Persona sine psopon. sed hec significatio nõ est vsitata modo. ¶ Persona siue prosopon proprie dictus est homo larnatus qui representabat certos homines: vt cremetam et sunonem. dicebatur enim prosopon a pro quod est inde et sopon quod est facies: quasi in facie habeant laruam. et ex hoc inoleuit consuetudo dicere vt homines dicerentur persone. et ex hac significatione translata sunt nomina p similitudinem ad patrem et filium et spiritũ sanctum: quia sicut certi homines distincti sunt suis propriis qualitatibus: ita pater et filius e spiritussanctus distincti sunt propriis notionibus secundum hanc translatiuam significationẽ persona idem est q ypostasis: id est res distincta rationalis. ¶ Ex hac distinctione patet solutio ad predictam obiectionem. Boetius enim in illa diffinitione hoc nomen substantia sumit secũdum q equipollet huic nomini greco ypostasis: et secundum hoc concedendum est q pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie: id est tres res distincte: sed modo non est in vsu in hac significatione hoc nomen substantia: immo ponitur pro essentia. et dicitur q pater et filius et spiritussanctus sunt vna substãtia siue vnius substantie. Et secundum q dicitur hoc nomen substantia de christo inquantum est homo: sumitur secundum q est genus. ¶ Ad secundo obiectuz dicimus q non valet hec argumentatio: pater e filius et spiritussanctus sunt tres per se existentes: ergo sunt tres substantie: si sumatur substantia secundum q sumitur in primo predicamento. ibi enim sumitur prout est apta nata subsistere vel substare accidentibus et suscipere contraria. sic autem non cõuenit personis diuinis. sed si sumatur sicut Boetius sumit in diffinitione persone tunc concedenda est conclusio. ¶ Ad tertio obiectum dicimus q pater et filius et spiritussanctus sunt tres entes vt hec dictio entes sumatur participialiter id est tres qui sunt. quia hoc nomen qui personale est. sed si sumatur nominaliter et substantiue falsa est. et he similiter false sunt: tres eterni sunt: tres omnipotentes sunt: secundum q illa nomina sumuntur substantiue. quia nullum substantiuũ recipit plurale nisi distinctio sit in sua forma. sed si sumatur adiectiue vera est. ¶ Videtur autem per predicta q hec est incongrua: persona est rationalis et indiuidua substantia. quia hoc nomen persona significat rem distinctam et prout est distincta: e hoc nomen in diuidua significat distinctionem: ergo ibi bis significatur distictio et ita videtur locutio nugatoria propter eiusdem inutilem repetitionem. ¶ Item videtur q anima secundum huiusmodi diffinitionem sit persona: quia anima ẽ substantia distincta suis accidentibus et ita substantia indiuidua. et constat q est rationalis nature: ergo anima est rationalis: nec indiuidua substantia: ergo est persona quod est falsum.

Solutio ad primum.

Ad idem.

Solutio.

¶ Solutio ad predictis. Notandum est q duplex est distinctio: est enim distinctio singularis que opponitur vniuersali rati q distinctio cõstat ex proprietatibus quas in nullo est alio reperire easdem. et istam distinctionem notat hoc nomen substantia positum in illa diffinitione et est distinctio incommunicabilitatis qua aliquid non potest communicari vt pars. Ex hoc patet q non est ibi repetitio eiusdem. quoniam est ibi alia distinctio que notatur per hoc nomen substantia. alia que notatur per hoc nomen indiuidua. Primam distictionem habet anima non secundam. ipsa non est indiuidua substantia secũdum q hoc nomen indiuidua sumitur in illa diffinitione. et ita patet q anima non est persona e etiam tertia distinctio que notatur per hoc nomen indiuidua que impedit ne christus secundũ q homo sit persona. sed de illa dicetur alias.

Duplex distinctio.

A

B

¶ Secunda questio huius quarti capituli.

Secundo videndum est vtrum hoc nomen persona dicatur vniuoce de personis creatis et increatis et etiam an vniuoce dicatur de personis increatis. ¶ Dicit boetius in libro de duabus naturis et vna persona christi q hoc nomen persona dicitur vniuoce de personis creatis et increatis. ¶ Sed contra. persone create et persone increate in nullo conueniunt nec in genere nec in specie nec in differentia nec in proprio nec in accidente: et omnis vniuocatio est secundum aliquam conuenientiam: ergo nichil dicetur vniuoce de personis creatis et increatis: ergo nec persona. ¶ Item dicit augustinus q omnia nomina que dicuntur de deo translatiue dicuntur de ipso preter hoc nomen qui est: ergo hoc nomen persona methaphorice dicitur de personis increatis et proprie de personis creatis: ergo equiuoce. ¶ Item videtur q equiuoce dicatur de personis increatis. quia nichil est commune patri et filio et spiritui sancto nisi eẽntia. sed hoc nomen persona non vniuocat patrẽ et filium et spiritum sanctum in essentia. quia nõ est datum ab essentia. quia secundum hoc non essent tres persone sicut nec tres essentie: ergo hoc nomen persona non est vniuocum ad tres personas increatas. ¶ Si dicaꝰ q intellectus tãte potestatis est q potest vnire ea que non sũt vnita in re. Contra. hoc est falsum ponatur enim q isti tres homines sortes plato et cicero non cõmunicant in aliqua forma in qua communicant alij: intellectus non potest vnire istos tres homines precise in aliquo nomine quia illud nomen esset datum ab aliqua forma illa: vel communicaretur istis tribus solis vel communicaretur istis et alijs. Si illis solis hoc est contra positum. si illis et alijs ergo nomen. ¶ Itẽ hoc nomen pater significat patrem non vt personam quia sic significaret idem q hoc nomen persona et hoc nomen filius significat filium non vt personam. sed hoc nomen persona significat vtrancq vt personam. ergo commune et non vt essentiam: ergo aliquid est commune tribus personis preter essentiã quod falsum est. ¶ Solutio. triplex est vniuocatio. est enim quedam vniuocatio per conformitatem sicut hoc nomen homo ẽ vniuocum ad omnes homines et album ad omnia alba. Secunda vniuocatio est secundum generalem naturam intellectus. est enim intellectus ymago dei habens similitudinem cum qualibet re et propter hoc intellectus ymago est cuiuslibet. vnde cum vtitur seipso sicut ymagine sub ipso intelligit omnia et hoc modo vniuocum est res ad personas certas et incertas. in illa diuisione rerum quedam sunt quibus fruendũ quedam sunt quibus vtendum. Tertia vniuocatio est per denominationem forme que est ex parte anime vt intelligibile operabile et similia. et hoc modo vniuocum est hoc nomen notatio ad proprietates personales. Quarta vniuocatio est secundum conuenientiam effectuum sicut dictum est superius de hoc nomine iustus. et hoc modo hoc nomen persona vniuocum est ad personas creatas et increatas. quia rationalitas creata et rationalitas increata conueniunt in effectu. ¶ Et ex hoc patet solutio ad duas rões. hec enim est falsa: persone create et persone increate in nullo conueniunt: quia conueniunt in effectu licet non conueniant in aliquo qõ in ipsis sit vniuoce. etiam dicitur quantum ad secundam vniuocationem quia substantia indiuidua que ponitur in diffinitione persone idem est q res per se existens distincta. Si autem queratur vtrum significatio huius nominis persona proprie dicitur vniuocum per conuenientiam effectuum propria an methaphorica. dicimus q ẽ mixta: quia quantum ad effectus propria est. Quinta vniuocatio est per conuenientiam in priuatione vel in negatione sicut non albũ ẽ vniuocum ad omne quod non participat albedinem: e hoc modo persona vniuocum est ad omnes personas increatas. quia hoc nomen pater significat paternitatem que distinguit patrem et facit ipsum non esse filium nec esse spiritum sanctum: sed non significat illam vt distinctionem. vnde non importat illam priuationem nisi per consequens. sed hoc nomen persona significat vt distinctionem: vnde importat priuationem que cõmunis est tribus personis: quia quelibet non est alia. per hoc patet solutio ad vltimo obiectum. Concedimus enim q nichil est quod sit commune tribus personis preter essentiam: sed in priuatione cõmunicant et hoc non est inconueniens.

Arg. prio.

Responsio ad q̃stionẽ.

Quintuplex vniuocatio

Solutio ad duas rões.

Ad vltimũ

C

D

E

F

¶ Tertia questio huius quarti capituli.

Circa tercium queritur vtrum hoc nomen persona dicatur de deo secundũ essentiam vel secundum relationem. ¶ Primo sic obicitur dicit magister in sententijs q omne nomen dictum secundum essentiam dicitur de tribus personis simul singulariter et nõ pluraliter preter hoc nomen persona. si ergo congrua est exceptio oportet q hoc nomen persona predicetur secundum essentiam. et si secundum essentiam ergo est nomen essentiale. ¶ Item dicit beatus augustinꝰ q omne nomen dictum de deo dicitur secundum essentiam vel secũduz relationem: ergo hoc nomen persona cum dicitur de deo aut dicitur secundum essentiam vel secundum relationem. si dicaturꝰ secundum essentiam: ergo est nomẽ essentiale. si dicaturꝰ secundum relationem: ergo dicitur de deo relatiue. quod falsum est. quia absoluta habet tantum predicationem hoc nomen persona. ¶ Item dicit beatus augustinus q pater filius et spiritussanctus ideo dicuntur tres persone: quia commune est eis id quod est persona: sed non est eis commune nisi essentia: ergo videtur q idem sit persona precise q essentia. ¶ Preterea si ideo sũt tres persone quia cõmune est eis id quod est persona: eadem ratione sunt tres essentie. quia commune est eis id quod est essentia. ¶ Solutio. Ad primum obiectum dicimus q hoc nomen persona partim dicitur secundum essentiam/partim secundum relationẽ. quia in diffinitione eiꝰ expresse significatur eẽntia per hanc vocem rationalis nature. et ibi ettam designatur relatio scilicet distictio. quia ergo hoc nomen persona dicitur secundum essentiam: excipitur ab illa secunda. quia non primo significat distinctionem ideo dicitur pluraliter de patre et filio et spiritusancto: potius q̃ nomina que mere significant essentiam. ¶ Ad secundo obiectum dicimus q hec argumentatio non valet hoc nomen persona dicitur secundum relationem: ergo dicitur relatiue. quia dici secundum relationem nichil aliud est q̃ significare relationem. dici vero relatiue est dici in relatione ad alia extra. sicut cuz dico iste est magnus: hoc nomen magnus dicitur secundum relationem: quia significat relationem. et non tamen dicitur relatiue: quia refert rem substantiatim ad aliquid extra. includit enim i se id quod ad aliquid dicitur. idem enim est magnus q excedens homines mediocris stature. Similiter hoc nomen persona dicitur secundum relationem: et includit in se id ad quod dicitur sua relatio. quia is est sensus: persona id est res rationalis nature distincta ab alia. ¶ Ad aliud obiectum dicimus q est communitas secundum intelligentiam/secundum predicationem siue suppositionem. et est communitas secundum rem. Est enim secundum rẽ siue realiter cõe tribꝰ psonis z oibꝰ fruẽ-

Ly persona est nomẽ essentiale.

Arg. prio.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Solutio. Ad primũ.

Ad secũdũ

Ad tertium

Triplex cõmunitas.

tibus ea. hoc autem quod dico persona est commune secundum intelligẽtiam vel suppositionẽ tantum non secundum rem sicut hoc quod dico homo. sicut enim hoc nomẽ homo significat humanitatem communiter ita hoc nomen persona communiter personam significat et distinctionẽ Et sicut in communi significatione huius termini homo comprehenduntur plures homines et plures humanitates: ita in communi significatione huius nominis persona comprehenduntur plures distinctiones et plures persone. et ideo sicut sortes et plato et cicero sunt plures homines: ita pater et filius et spiritussanctus sunt plures persone. Et per hoc patet solutio ad vltimo obiectum. ¶ Item probatur ꝙ hoc nomen persona sit pure eẽntiale. quia dicit beatus Augustinus ꝙ idem est esse personam patris ꝙ esse eẽntiam patris. et ita videtur secundum hoc ꝙ hoc nomen persona pure significat essentiam. ¶ Itẽ cum beatus Johannes dixisset: tres sunt qui testimonium perhibent in celo: pater et verbum et spiritussanctus quesierunt heretici: qui tres: et dicit beatus augustinus ꝙ responsum fuit tres personeꝰ nõ vt illoꝙ diceretur sed nec taceretur. et dictum est tres persone. i. tres entes et ita pater et filius et spiritussanctus dicuntur tres persone. i. tres substantie. i. tres entes. si ergo hoc nomen presone equialet huic nomini entes: et constat ꝙ hoc nomen entes est nomen essentiale pure: ergo et hoc nomen persona est nomen eẽntiale pure. ¶ Preterea si pater et filius et spiritussanctus sunt tres entes: eadem ratione sunt tres eterni: vt hoc nomen eterni tenetur substatiue sicut hoc nomen entes. quod est contra simbolum. ¶ Ad hoc dicimus ꝙ hoc nomen persona habet tres significationes. ¶ Prima est secundum ꝙ mere significat essentiam. hanc enim habuit anteꝯ facta esset hec interrogatio ab hereticis: quoniam tunc bene conceditur ꝙ pater et filius et spiritussanctus sunt vna persona: id ẽ quedam res que est per se vna. et secundum hãc significationem dicit beatus Augustinus ꝙ esse personam est esse essentiam: et ꝙ nichil aliud est dicere personam patris ꝯ essentiam patris. hec significatio decidit ab vsu. ¶ Secunda significatio est translatiua significatio secundum quaꝫ translatum est hoc nomen persona a naturalibꝰ ad patrem et filium et spiritum sanctum. ꝫ secũdum hoc significat distinctionẽ primo ex necessitate coacti sunt latini respondere ad illam interrogationem hereticorum. et ideo transtulerunt hoc nomẽ persona hoc predicto modo ꝫ responderunt tres persone: non vt illud diceretur: id est non quia hoc esset secundum primam ꝫ pro priam significationem quam tunc habebat hoc nomen persona. sed ideo dictum est tres persone: ne taceretur id est translatum est hoc nomen persona ad significandum distinctionem ad hoc vt responderetur hereticis ne si taceretur videretur esse conclusum. ¶ Dicimus ergo ꝙ cum dicitur pater et filius et spiritussanctus sunt tres substãtie id est tres entes, hoc nomen entes est participium et idem est entes ꝙ qui sunt: sicut idem est currens ꝙ qui currit. Secundũ hoc ergo ꝙ hec dictio entes includit in se hanc dictionem qui sunt intellectus huius dictionis qui sũt significat distinctionem personalẽ. ¶ Sed hoc nomen eternus nullam significat distinctionem etiam quando tenetur substantiue. et ideo non possunt dici tres eterni sicut tres entes. Et notandum ꝙ quidam magne auctoritatis dixerunt ꝙ hoc nomen persona supponit essentiam et in singulari et in plurali. sed in singulari significat distinctionem singulariter. et in plurali pluraliter. et hoc idem vult ipsa nominis ethimologia. quia persona dicitur quasi pro se vna siue per se vnum. dicunt ergo ꝙ is est sensus pater est persona. i. per se vnum id est distinctus. ꝫ significat hoc nomen persona distinctionẽ non in suo supposito sed in patre. similiter cum dicitur pater ꝫ filius et spiritussanctus sunt tres persone id est sunt vnum per se id est distincti ꝫ hoc volunt probare. per illam interrogationem hereticorum qui tres quia sicut hoc nomen aliqui non potest supponere nisi pro essentia. ita hoc nomen qui non potest interrogare nisi pro essentia. Sed ad hanc interrogationẽ qui tres responsum est persone: ergo si competens est data responsio hoc nomen persone supponit pro essentia. Ad interrogationem erit dicendum essentia non potest competenter responderi nisi essentia. ¶ Preter ea hec interrogatio qui tres data est super auctoritatem: vt videtur Johanni. qui dixit tres sunt qui testimonũ perhibent in celo pater verbum et. ss. qua auctoritate certificauit et de personis et de earum notionibus. nõ restabat ergo questio nisi de essentia: quoniam in deitate non est nisi persona vel essentia vel notio: ergo cum quesitum est qui tres quesitum est de essentia et congrue responsum est persona: ergo hoc nomẽ persona supponit pro essentia quod ipsi concedunt predictis rationibus. ¶ Sed quod eorum solutio nulla sit patet hoc modo. quia ex eorum opinione sequitur ꝙ persona que est pater sit filius: quia hoc nomen persona non supponit nisi essentiam: ergo hoc nomen qui supponit essentiam: ergo cum hec sit vera essentia que est pater est filius: similiter hec erit vera persona que est pater est filius. non enim potest dici ꝙ hoc nomen persona supponat essentiam non absolute. sed respectiue scilicet respectu distictionis. quoniam secundum eos per hoc nomen persona non significatur distictio respectu essentie siue in essentia. ¶ Item secundum eos hec est incõgrua aliqua persona est. quia hoc nomen persona nõ habet circa quod significat distinctionem circa suum suppositum. et non habet ibi aliud circa quod illam significet secundum eos et cum responsum sit tres persone a christianis ad predictam interrogationem nulla facta est certificatio de essentia. idem enim est secundum eos persona id est per se vnum hoc autem nomen vnum est ita generale ꝙ non specificat: et ita de nullo certificat et sic non certificat de essentia propter has et multas alias rationes ab vsu exsufflata est opinio illa. ¶ Nos autem dicimus ꝙ cum quesitum est qui tres fuit questio ab hereticis de nomine plurali essentiali quod est substãtiuum huius nominis tres vel de significato talis nominis. sed hoc fuit impossibile ꝙ tale nomen responderetur scilicet pure essentiale plurale. sed responsum est. tres persone per quod certificatur de essentia de qua fiebat questio. quoniam hoc nomen persona intelligitur essentia. sicut patet per diffinitionem persone que talis ẽ persona est rationalis nature indiuidua substãtia per hoc ꝙ dicitur rationalis nature specificatur sic essentia siue natura. et ideo certificatum est illud quod erat in questione licet non mere: quia non potuit sine distinctione certificari pluraliter essentia. quoniam nullum plurale mere conuenit personis diuinis: vt patet ex predictis. per hoc patet ꝙ nullomodo melius potuit responderi ad illam interrogationem hereticorũ ꝯ illomodo quo responderunt ꝓpiani.

¶ Quarta questio huius quarti capituli.

Quarto queritur vtrũ ꝑsona sit essentia. et vtrum sit deꝰ deitas. ¶ Probatur ꝙ persona sit essentia. quia dicit boetius in libro de ebdomadibꝰ ꝙ vere simpliciter idem est quod est et quo est. et deus simplicissimum est: ergo idem est quod est et quo est. et ita idem est deus ꝙ deitas: ergo deus est deitas similiter cum pater sit simplicissimus idem est pater et quo est. sed quo est est essentia vel deitas: ergo pater est essentia: ergo persona est essentia. ¶ Item dicit augustinus ꝙ pater est quicquid ipse pater habet. excepto ꝙ filium habet et non est filius: ergo cum habeat essentiam pater ẽ eẽntia. et ita persona est essentia. ¶ Sed contra dicit magister ostendens quãtulãcumq; differentiam propositorum ostendentes erimus quoniam non idem sed persona generat persona generatur. essentia nec generat nec generatur: ergo persona et essentia non sunt idem. ¶ Item in naturis bene tenet: quia si hec res est illa suppositа hac re supponitur illa. et hoc est propter idẽptitatem essentialem quam significat hoc verbũ est: ergo si hec est vera persona est essentia. suppositа persona supponitur essentia propter consimilem idemptitatem quam notat hoc verbum est. ¶ Item si hec est vera sortes est homo idez supponitur per subiectum et predicatum: ergo si hec est vera: persona est essentia idem supponitur per subiectum ꝫ predicatum et ita supposita persona supponitur essentia. Sed cõtra aliquid est nomen de essentia quod de nulla persona potest esse nomen hec enim est vera: eẽntia est quelibet persona et nulla persona est quelibet essentia: ergo suppositа persona nõ supponitur essentia. ¶ Item deitas siue eẽntia est forma dei vel persone. vnde ad phili. ij. qui cum in forma dei esset ẽ. ergo deus vel persona est informatum deitate vel essentia. sed informans et informatũ relative dicuntur sicut igitur hec est falsa. pater est filius propter naturam relationis: ita hec debet esse falsa deus est deitas et hec persona est essentia. propter naturam relationis que est informatis ad formatum. item esse in pluribus nõ esse in pluribus sunt opposita: ergo non sunt in eodem: sed sũt in persona et in essentia. quia nulla persona est in pluribus et essentia est in pluribus: ergo persona et essentia nõ sunt idẽ. ¶ Solutio. concedimus ꝙ persona est essentia et deitas. ¶ Et ad oppositas rationes concedimus ꝙ principia fidei sunt quorum vnum est ꝙ deus est simplicissimus ex quo sequitur ꝙ persona est essentia et deus est deitas. Aliud est ꝙ aliquid conuenit essentie quod nulli persone: et ex hoc sequitur ꝙ suppositа persona nõ supponitur eẽntia. ¶ Ad primo ergo obiectum dicimus ꝙ generare vel generari non est differentia persone ad essentiam. sed persone ad personam. ex hoc enim ꝙ pater generat sequitur ꝙ non sit ille quẽ generat: sed non sequitur ꝙ nõ sit essentia. vnde non assignatur per hoc differentia inter propositа. ¶ Ad secundo et tertio obiectum dicimus ꝙ non est simile de naturalibus et theologicis rebus propter duas causas simul sumptas. Prima est: quia in naturalibus essentia identificatur se persone: quia vnica eẽntia est persona vnica. et plures persone plures essentie. sed in theologicis vnica essentia numero est plures persone. Secunda est: quia in naturis q̃cũq; proprietas est persone / est et essentie. sed non est ita in theologicis. quia proprietas patris est paternitas que nõ est proprietas essentie. vnde in theologicis suppositа persona non supponitur essentia: nisi aliquis velit dicere ꝙ vnus ꝫ idem homo est plures persone. vt ille qui est decanus et archidiaconus. sed secundum hoc oportebit dicere ꝙ suppositо decano supponitur homo. ¶ Ad quarto obiectum dicimus ꝙ deitas siue natura diuina non est forma dei sed conforma. vnde non procedit obiectio. sicut enim sortes ꝙ formam suam que non est ipse agit: sic deus per naturam vel deitatem que ipe est agit. ¶ Ad vltimo obiectum dicimus ꝙ non valet hec argumentatio: esse in pluribus et non esse in pluribꝰ non sunt in eodem: sed sunt in persona et in essentia: ergo persona et essentia non sunt idem. quoniam in prima iste terminus eodem vnicam habet suppositionem: aut tantum pro persona aut tantum pro essentia. in secunda due sunt suppositiones. vna pro essentia: altera pro persona. et est instantia hic: actuale et artificiale non sũt in eodem: et sunt in ere et statua: ergo statua et es non sunt idem. ¶ Sed iterum arguitur ꝙ persona non sit essentia: quia dicit hylarius ꝙ aliud est natura: aliud res nature. vt aliud ẽ igneitas: aliud ignis. ergo aliud ẽ deus: aliud natura dei. et ita deus nõ est deitas. Si dicaꝫ ꝙ nõ est simile de naturalibꝰ ꝫ diuinis. Cõtra: hylariꝰ ꝓcedit a naturalibꝰ ad diuina ꝓ similitudinẽ. ¶ Itẽ dicit

Ad primũ.

Ad scõm et tertium.

Ad quartũ

Ad vltimũ

Iterũ arg. cõtra ꝑdic. Hylarius.

Secundo.

Boetius. boetius in libro de duabus naturis et vna persona christi: q nestoriꝰ dicebat in christo duas esse psonas: sicut duas naturas entes. nō vnicā naturam sicut vnicam personam. distinguenda ergo sunt et separanda proprijs actionibus natura et persona. ergo secundū hoc natura et persona diuersas habent diffinitiones quas ibidē ponit boetius. est enim natura prout ibi accipitur/ vniuscuiusq; specifica differentia: et persona est rationalis nature individua substantia. ſq quorum diffinitiones sunt diuerse ipsa sūt diuersa: ergo persona et natura sunt diuersa: ergo persona non est natura. siue essentia. ¶ Item dicit damascenus de ypos q non est deitas. deitatē enim solum patrem / aut solum filium/ aut solum spiritum sanctum dici nunq; audiuimus. deitas enim naturam manifestat. ypostasis vero personam. sicut humanitas naturam hominis et etiā ypostasim. natura vero diuina in vnaquaq; ypostasi. i. personarum denominatione dicitur. ergo secūdum hoc persona non est deitas. ¶ Itē esse in qualibet persona dicitur de diuina essentia: ergo vel secundum substantiam vel secundū relationem. si secundum substantiam: ergo dicitur de qualibet persona per se: et hoc est falsum. si secundum relationem: ergo secundum relationem illa eēntia distinguitur a qualibet persona: ergo sicut pater non est filius a quo distinguitur per paternitatē sic essentia nō est psona. ¶ Itē pater genuit filium aut secundum q pater aut secundum quod ineſt sibi aut secundum quod deꝰ aut secundum quod iste. quidam dicūt non secū dum quod pater ymo potius secnndum quod genuit est pater: nec secundum q innascitur. quia innascibilitas priuatio est. vnde non est origo filij: ergo non est filius: eadem ratione non est pater neq; spiritussanctus: ergo deitas non est persona. si secundum q iste. contra iste ab aliqua pprietate est iste. quia iste discretiuū est: ergo vel a paternitate vel innascitate vel deitate et inde vt prius. ¶ Item esse ab alio et non esse ab alio sunt in persona. et in essentia et non secundū idē cum sint opposita: ergo secundum diuersa: ergo persona z essentia sunt diuersa. ¶ Propter has et consimiles rationes. dixit magister gilbertꝰ et sequaces eius q deitas non est deus et q hoc nomen deus non potest supponere pro essentia.

¶ Sed contra hoc obicitur. deitas siue diuina natura aut est ens aut non ens. si dicatur q non ens: hoc prima fronte hereticum est. ¶ Preterea si est nō ens cōtra. deitas dat patri vt sit deꝰ. ergo a non ente habet pater vt sit deus. sed hoc est hereticum et reprobabile. si vero deitas est ens aut alia essentia est ens: aut seipsa. si alia sic igitur in infinitum. si seipsa: ergo diuina essentia seipsa est. sed deus nō seipso est nec est sua essentia: ergo alia est essentia diuina q; deus. quia qō per se est tale est magis tale: ergo deus non summe est quod est hereticum. ¶ Item essentia diuina est res diuina. sed res diuina est deus: ergo essentia diuina est deus. ¶ Itē essentia diuina causauit omnia: ergo ē causatrix omnium: ergo est causatorꝫ: ergo est deus. propter has ratiōes et quasdam auctoritates que dicte sunt superi reprobata est hec opinio. ¶ Unde dicimꝰ q deꝰ est deitas et persona est essentia. ¶ Et ad auctoritatem hylarij. dicimus q res nature et natura non sunt prorsus idem. et ob hoc dicit aliud esse natura et aliud rem nature. Personavero pprietatem habet per quam distinguitur. sed essentia nō habet. vnde sicut diceret aliquis q homo differt ab animali per hoc q abundat ab ipso. animal vero non differt ab homine quia non abūdat ab ipso. ymo tota essentia animalis clauditur in homine. sic quodāmodo differt persona ab essentia inq̄tum habet proprietatem. essentia vero non differt a persona que nullam habet proprietatē. vnde non est ibi mutua differentia. sed tantū ex parte altera et sic patet qualiter persona et essentia non sunt prorsus idem. ¶ Ad auctoritatem boetij distinguenda est duplex separatio: scilicz separatio secundum rem et separatio secundum intellectum. separatione secundum rem non est: vt separata persona et essentia. sed separatione secundum intellectum separate sunt tamen sicut persona et natura non sunt diuersa sic nec diffinitiones earum diuerse sunt proprie loquēdo. In diffinitione persone cadit natura: vt patet per predicta et ipsa diffinitio nature probatur de persona quia persona est sua perfectiua substantialis differētia siue sua substantialis perfectio. vſ soluendum est per interemptionem nō enim sūt diffinitiones diuerse sicut nec diffinita. ¶ Ad auctoritatem damasc. dicimus q sic intelligenda est: de ipostasi deitatem dicere nō possumus id est de vna sola ypostasi deitatem dicere non possumus. et hunc intellectum tenuit ipse cum dixit deitatem esse solum patrem. aut solum filium. aut solum spiritum sanctum. nunq; audiuimus filium autem esse deitatem bene audiuimꝰ. quia christus est dei virtus et dei sapientia. que sine dubio essentiam significat. ¶ Ad quartam rationem dicimus q esse in qualibet persona dicitur de essentia secundum relationem. non tamen propter hoc distinguitur essentia a persona quia quod dicit boetius in libro de trinitate. deus est quantus sine quantitate. qualis siue qualitate. sed non est relatus sine relatione. intelligendum est tantum de relationibus personalibus. Pater enim nō est relatus ad filium sine relatione. quia paternitas non significat diuinam essentiam. sed quando diuina essentia significatur vt relatio tunc deus est relatus sine relatione. sicut cum dicitur deus est dominus vel actor creaturarum. vnde per huiusmodi relationem non distinguitur essentia a persona. eodemmodo dicimus hic. essentia diuina est in qualibet persona. essentia est hic relata sine relatione. ipsa enim est in qualibet persona non aliqua proprietate distinctiua. ¶ Ad quintam rationem dicimus q deus pater genuit filium non inq̄tum pater nec inq̄tum innascibilis nec inq̄tum iste nec inq̄tū deus. quia si hoc eadem ratiōe et filius genuisset filium. sed inq̄tum deus innascibilis.

Opinio boetius.
Ad primā.
Ad secūdā
Duplex separatio.
Ad tertiam
Ad quartā
Ad quintā

inq̄tum enim est fons totius bonitatis: qui non est ab alio voluit ab eterno cōmunicare suū eē z delicias suas: vt iocunda esset possessio sicut superius dictum est. Sicut ergo sortes inq̄tū sortes ex virtute humanitatis generat filium: vt saluetur esse in specie cum individuum sit corruptibile. sic pater inq̄tum deꝰ innascibilis ex virtute diuinitatis genuit filium: vt communicaret alij suas delicias. ¶ Sed nō videtur soluta obiectio ppter hoc: quia si pater ex virtute deitatis genuit filiū: ergo deitas est origo filij. et hoc videtur velle augustinus qui sic exponit illū verbum ex vtero ante luciferū genui te. id ē ex mea essentia: ergo essentia diuina refertur ad personam vt origo vel causa: ergo essentia nō est persona. ¶ Solutio. sicut in naturis formē nō agūt proprie loquendo. sed subiecta earū per virtutē formarum. Sicut fortitudo athlete proprie loquendo nō superat alium. sed athleta ex fortitudine sic eēntia diuina vel deitas nō generat nec est causa filij proprie loquendo. sed pater ex deitate. nec ex hoc sequitur q deitas nō sit persona imo potius subtiliter inspicienti sequitur q eēntia sit persona propter omnimodā simplicitatē. q̄ ibi est. ¶ Ad sextā rationē dicimus q hec argumentatio non valet. esse in alio non esse i alio sunt in persona et essentia. et non secundū idem: ergo secundū diuersa. q; sufficit oppositioni ſm affirmationē et negationem vt sit differentia secundū vnam proprietatem existentem in vno et absentiā eiusdē proprietatꝫ in alio quomodo diximus superius specie differre a genere et individuū a specie z personam ab essentia. vnde sufficit differentia ex altera parte. Et est instantia sortes nō predicatur de pluribus. homo predicatur de pluribus: ergo sortes nō est homo. si autem fiat hec argumentatio: magis differūt opposita scōm affirmationē z negationem q̄ relatiue opposita. sed propter relatiuā oppositionē hec est vera. pater non est filius: ergo propter oppositionem affirmatiōis et negationis hec est falsa. persona nō est eēntia. Soluendū autē per interemptionē prime. regula est. oppositio eſm exigit mutuā differentiā. sed oppositioni scōm affirmationē z negationē sufficit differentia ex altera parte. ¶ Sed iterū obicitur. intellectꝰ distinguit personā ab essentia. vnde boetius. separanda sunt natura z persona propriis diffinitionibꝰ illi distinctioni aūt aliquid respōdet in re aut nichil: si nihil: ergo cum in re vnica sit essentia diuina in re non est nisi vnica persona diuina. si vero aliqd rñdet in re. ergo scōm rē differunt persona et essentia: ergo persona non est essentia. ¶ Solutio. intellectus aliquando facit distinctionem per suam abstractionem aliquando per rei proprietatē: et cū per suam abstractionē non oportet aliquid respondere in re: sicut cū intellectus abstrahit albedinē a subiecto nō oportet illam esse abstractam in re. nec tamē est mendacium in illa abstractiōe: quia huiusmodi abstrahere nihil aliud est q̄ intelligere albedinem nō in tellecto subiecto. quādo autem facit distinctionem per rei proprietatē: tunc illi distinctioni aliquid respondet in re. vnde distinctioni quā facit inter personam z essentiā aliquid respōdet in re

Replicatur
Solutio.
Forma pro prie nō agit sed suppm.
Ad sextam.
Replicat. Boetius.
Solutio.

Nota ista. Augu.
Obiectio.
Solutio.
Obiectio.
Solutio.
Replicat.
Scdo.
Tertio.
Quarto.

Sed hec distinguenda est. Intellectus distinguit personam ab essentia. Si enim sic intelligatur: intellectus ponit personā non esse essentiā. falsa est. si autem sic intelligatur: intellectus ponit aliquid ineſſe persone: quod non essentie: ita est. ¶ Ad auctoritatem predictorū solutio vera sit: patet per augustinū qui dicit i libro de trinitate: q ne fas est dicere deū subiacere bonitati sue: z nō eē suam bonitatem Item in eodem. trinitatē personarum dicimus esse vnam summā essentiā: z vnā summam essentiam esse trinitatem. Item in eodem. filius nō eo est verbum: quo est. sed quo est et est sapiētia z potentia. Et per hoc patet q nō ex toto idē est persona: et natura z notio. ¶ Sz contra hoc quod dictum est q persona et eēntia differūt ex parte altera obicitur. quia notio que ineſt persone et non ineſt essētie: est ipsa persona et ipsa essentia. ergo per notionē non differt persona ab essentia. Ad hoc dicendum est q hec argumentatio non valet. deberet addi: z notio ineſt essentie z ineſt persone. Ob hoc enim solum dicimus psonam differre ab essentia: quia notio ineſt persone et non ineſt essentie. ¶ Sic iterum obicitur. essentia diuina predicatur de qualibet trium personarum: ergo predicatur de pluribus differentibus solo numero z in eo quod quid est: ergo est species. et hoc falsum: q; oporteret plures essentias diuinas esse. ¶ Ad hoc dicendum est q ratio speciei sic intelligitur. species est qō predicatur de pluribus contentis sub specie: vt de pluribus essentijs. sed pater et filius et spiritus sanctus non sunt plures essentie: nec sunt contenti sub essentia. quia supposita essentia: nō supponitur persona. ¶ Sed contra hoc quod dictū est q inter personam et essentiam non est mutua differentia sed tantum ex altera obicitur: quia essentia est communis tribus personis et illa cōmunitas est in re: ergo illa cōmunitas ineſt eēntie et non ineſt alicui persone: ergo aliqua proprietas ineſt essentie q̄ non ineſt persone et econtra. ergo ibi est mutua differentia. ¶ Item differentia se habet ad personam: vt informans ad informatum. ergo informatio ineſt essentie et non ineſt persone. quia persona non se habet vt informans. ergo aliqua proprietas ineſt eēntie: q̄ nō ineſt persone. ¶ Item hoc nomen essentia datum est ab aliqua forma que ineſt essentie. hoc certum est. sicut humanitas a qua datuz est hoc nomen homo ineſt homini. aut illa forma ineſt persone aut non: si ineſt: sed terminus supponit pro eo cui ineſt sua forma: ergo hoc nomen essentia supponit pro persona. et hoc falsuz si non ineſt persone ergo aliqua forma ineſt essentie que non ineſt persone. et inde vt prius. ¶ Item dicit augustinus in libro de trinitate. q filius dei non eo est verbum quo est. sed quo est: est essentia. est deus. est sapientia. ergo forma q̄ est essentia: non ineſt persone et ineſt essentie: ergo aliqua forma ineſt essentie que non ineſt persone,

Ad istud.

¶Ad hoc dicendū ē q essentia diuina seipa est seipsa: z cōmunis seipsa z informās. vnde ipsa ē cōmunitas illa: illa informatio illa forma a qua datū est hoc nomen essentia. Sed aliter significatur vt eēntia: aliter vt cōmunitas: aliter vt informatio: z prout significatur vt eēntia ineſt pſone. prout significatur aljs modis: nō ineſt pſone. ¶Cōcedim⁹ ergo q nulla ꝓprietas ineſt eēntie que nō inſit perſone. Hec valet hec argumentatio. cōmunitas ineſt eēntie z nō ineſt alicui pſone. ergo aliqua ꝓprietas ineſt essentie: q̄ non ineſt perſone. sed bene sequitur: ergo aliq̄ ꝓprietas aliquomodo intellecta ineſt eēntie: quo modo intellecta non ineſt perſone. Eodem modo dicendū est ad alias obiectiones. ¶Sciēdum autē q quia posuit magister gilbertus solā formā predicari: negauit hanc/diuina essentia ē pater. quia paternitas nō ineſt diuine essentie.

A

Dictū ꝓretam.

Cōtra opinionē illi⁹.

B

¶Sed cōtra predictā solutionē obicit. Si eēntia diuina prout est significata vt cōmunitas vl vt forma a qua datum est hoc nomē essentia non ineſt persone. querit: aut illi modo significandi respōdet aliquid in re: aut nihil. si aliquid: ergo aliquid in re impedit ne essentia diuina sic significata insit persone. illud nō est priuatio: quia in tali modo significandi nō datur intelligi priuatio. est ergo aliqua positiua dispositio. ergo aliqua ꝓprietas realis ineſt essentie: q̄ nō ineſt persone. si vero nihil respōdet: ergo nihil impedit quin diuina essentia sic significata insit persone ergo forma a qua datū est hoc nomen essentia: ineſt persone. ergo hoc nomē essentia supponit ꝓ persona. ¶Idē videtur p augustinū q̄ dicit in libro de trinitate q̄ sicut deus de deo: sic essentia de eēntia. ergo sc̄z hoc essentia generat eēntiā. z ita hoc nomē essentia supponit ꝓ pſona. ¶Itē eisdē rationibus quibus ostensum ē superius q deus genuit deū: potest ostēdi q eēntia diuina genuit essentiā diuinā. q⁹ eēntia diuina benignissima est: largissima z potentissima ē ergo potuit ab eterno dare suā essentiā aljs: cū sit fons desideratissimus. ergo ab eterno potuit voluit z sciuit generare. ergo eēntia genuit eēntiam. Sed cōtra: hoc nomē natura ꝫ boetiū cōmune est ad natūrā creatam: z ad natūrā increatam. ergo et essentia. ergo bene dicitur hec eēntia (demonstrata diuina essentia) demonstratur. ergo hec essentia genuit hanc essentiā. eadē demonstrata. ergo eadē essentia genuit se. q̄d ē impossibile. ¶Itē hoc nomē deus cū sit nomē absolutū (vt dicitur) dat intelligere oēs quasi ꝓprietates. vnde dat intelligere quasi collectionem ꝓpietatum: quaꝝ collectio in nullo alio reperitur. ergo forma huius termini deus: simplicissima est. scilz deitas. ergo hoc nomen deitas nullomodo potest supponere ꝓ pluribus. ergo nullomodo potest supponere ꝓ patre. q⁹ si posset: eadem ratione z ꝓ filio z spiritu sancto. et ita natura diuina nō generat nec generatur. ¶Item natura diuina cōmunis est tribus personis. sed nature rerum discretarum discrete sunt: et constat q̄ ille non generant. quia hec humanitas nō generat: sed iste homo. similiter natura cōmunis non generat. hec enī est falsa: eēntia que est quelibet pſona generat. quia hoc nomen essentia non potest ibi supponere ꝓ patre et sol⁹ pater generat. sic ergo habetur vera: nulla natura cōmunis vel ꝓpria generat. sed omnis natura est cōmunis vel ꝓpria: ergo nulla natura generat. quod cōcedimus. ¶Et ad ꝓmū obiectum dicimus q̄ essentia diuina seipsa est. z ipsa est sua forma. vnde abstractissima z simplicissima est z nullo modo habet cōcretionem vel quasi concretionē. deus autem z persona quasi concretionē habet. Dicimus ergo q̄ sicut dictū est q̄ forma a qua datur hoc nomē essentia ineſt persone; sed nō sic intellecta. et aliquid impedit in re sc̄z priuatio aliqua videlicet abstractio vel simplicitas omnimoda: sicut q̄ essentia diuina non insit persone vt cōmunitas: impedit quedā priuatio. sc̄z indistinctio. ¶Ad secūdo obiectū dicimus q̄ non valet hec argumentatio. essentia est de essentia: ergo essentia genuit essentiam. q⁹ prima recipitur ꝓprie sub hoc sensu pater secundum essentiam genuit filium secundū essentiam. Sed vltima nec ꝓprie nec ꝓprie recipienda est. essentia generans prout est in patre dedit seipsam prout est in filio. et secundum q̄ est in patre est origo suipsius secundum q̄ est in filio. ¶Et ideo dicit augustinus q̄ essentia ē de essentia: sed omnes relationes huiusmodi reducuntur in hanc ꝓprietatem. pater habens essentiam dedit illam essentiam filio. quia est generare filium. ¶Ad vltimo obiectum dicimus. q̄ essentia diuina cuꝝ sit forma non agit ꝓprie loquendo. quia forma non agit: sed habens formam. vnde ipsa non fluit nec est fons ꝓprie sed formalitas. pater fons est ꝓprie. vnde ipse fluit ꝓprissime. ¶Sed contra predicta obicit. quia primum principium agendi agit. hoc patet in naturis. ponderositas mouet deorsum. et aliquis gregat. hoc etiam verum est in natura increata. quia diuina natura est creatrix et gubernatrix omnium: ergo a simili primum principium generandi generat. Sed diuina essentia ē primum principium generandi: vt patet per hāc auctoritatem. Ex vtero ante luciferum genui te ergo diuina essentia generat. cōtra si diuina eēntia generat filium ergo diuina essentia non est filius. et hoc falsum. ¶Solutio. hec argumentatio non valet: primum principium agendi agit: ergo primum principium generandi generat q̄d patet per diffinitionem eius quod est generare. Est enim generare naturam quam habet alij dare. et per hoc patet q̄ natura non generat. quia natura non habet naturam sed solum subiectuꝝ quod habet naturā generat ꝓprissime loquēdo. ¶Patet ergo q̄ natura creata non generat multominus natura increata. quia duplex impedimentū est. primū q⁹ non habet naturā ꝓprissime loquendo. sed quia filius non est aliud vel alius ꝑ illaz per predictā rationem patet q̄ non generatur nec generat. quia primū principiū agendi non fit: g̃ primū principium generādi nō gene-

Ad primū

C

Ad secūdū

D

Ad vltimū

E

Obiectio cōtra p̄dicta.

F

Solutio.

G

Quare diuina natura nō gñat nec gñatur

H

Opio mgri ad q̄stionē.

I

ratur. et ita diuina essentia non generatur nec procedit: eadem ratione non generat.

Af. q ly p̄sona suppo nit eēntiaz

K

¶Quinta questio quarti capituli.

Queritur abstracta pſonalitate a persona quid remaneat. ¶Hoc ei nomē pſona datum est a pſonalitate quam significat quasi concrete abstrahaz: ergo personalitas a significato huius termini aut aliquid remanet aut nichil. Si dicatur q̄ nichil. ex hoc sequitur q̄ hoc nomē pſona sit nomē abstractiuū quia precise significat pſonalitatē cōcretiue vel quasi concretiue. Si dicaꝫ q̄ aliquaꝝ remanet ergo vel persona vel eēntia: nō pōt dici q̄ persona. q⁹ abstracta humanitate ab hoīe nō remanet hō: similiter abstracta albedine ab albo non remanet album: g̃ eodēmodo abstracta pſonalitate a pſona non remanet pſona. relinqtur ergo q̄ remanet eēntia. z ita in hoc significato persona intelligitur pſonalitas quasi cōcretiue z eēntia subiectū: g̃ hoc nomē persona supponit eēntiam

L

Af. sc̄o.

¶Itē hoc nomē pater significat paternitatem: ꝓter paternitatē aut significat aliq̄d aut nihil Si dicaꝫ q̄ nihil: sequit ex hoc q̄ hoc nomē pater sit pure adiectiuū. cū nihil significet nisi pūnitatē cōcretiue vel quasi cōcretiue. Si dicaꝫ q̄ hoc nomē pater: ꝓter paternitatē significat aliq̄d: ergo aut personā aut eēntiā z inde vt ꝓpr⁹.

Af. ad questionē et ad primū.

M

¶Solutio. cuz dī abstrahi personalitas ab hoc significato persona distinguēdum est. q⁹ duplex est abstractio. alia est fm intellectū. alia fm rez. si hic intelligat de abstractiōe intellectuali dicim⁹ q̄ aliq̄d remanet: sc̄z hoc vniuersale res. q⁹ persona idē in intellectu est q̄ res distincta rationalis. facta g̃ predicta abstractiōe intellectuali remanet pſona. licet nō fm q̄ pſona: ꝫ remanet in vniuersali. sc̄z in hoc vniuersali animal. si autē ipse vult intelligere de abstractiōe reali dicimus q̄ hoc ē impossibile: q̄ pſonalitas abstrahatur a pſona realiter. cū pſonalitas sit persona

Ad secūdū

N

¶Eodēmodo respōdēdū est a secundo obiectū hoc nomē pater nichil significat ꝓter paternitatem realiter. q⁹ paternitas est pater. vñ nichil significat q̄ habeat eē realiter: ꝓter paternitatem actualiter. sc̄z hocim̄ res vel hocim̄ pſona quia pater idē est in intellectu q̄ res generans. vel persona generans eo tamen modo quo superius dicitur esse ꝓter suum inferius.

¶Sexta questio huius quarti capituli.

Queritur primo quid significet hoc adiectiuū numerale tres: cum dī pater et filius z spūssanct⁹ sunt tres. ¶Nō pōt dici q̄ significet essentiam. q⁹ per essentiā non distinguunt tres personе. distinguūtur in q̄tū sunt tres similiter nō pōt dici q̄ hoc nomē tres significet ipsas pſonas: q̄m ipe persone nō insunt sibijpsis: nec distinguunt seipis sed suis notionib⁹. Si dicaꝫ q̄ hoc nomē tres significat aliquā notionez: sequitur q̄ sunt plures notiones q̄ quinq̄. ¶Ad dicit magister in sentētijs q̄ hoc nomen tres nichil ponit penit⁹. ꝫ tantum ꝓriuat maiorem numerū z minorē. vnde est sensus. pater. z filius. z spūssanct⁹. sunt tres pſone z non plures q̄ tres. nec tantuz due. similiter is est sensus. pater z filius sunt due pſone. i. non tres nec tantū vna. Et cū dicit pater est vna pſona is est sensus. i. nec due nec tres sc̄m eē: ergo hoc nomē tres includit pluralitatē ꝓriuatiue. et hoc nomē plures vnitatē priuatiue. q⁹ is est sensus fm magistrū. pater z filius z spūssanct⁹ sūt plures pſone id est nō vna. et ita iste due dictiones vna plures mutuo sese includūt: z ex hoc sequit q̄ vtraq; includit seipam q̄tum ad intellectū. q̄d est impossibile. ¶Alij dicunt q̄ hoc nomen tres nichil significat nisi intellectū z ē dictio officialis distinctiua. ¶Sed hec solutio nulla est: q⁹ si bijpsi est cōtraria si significat intellectū cū ois intellectus sit multitudo z signū rei si aliqua dictio significat intellectū oportet q̄ rem cuius intellectus est signū significet. ꝓterea hec eēt incongrua pater z filius z spūssanct⁹ sunt tres. q⁹ hoc verbum sunt nihil ibi copulat fm eos. ¶Alij dicūt q̄ hoc nomē tres significat distinctionē q̄ est in intelligente tres pſonas distinctue sub suis notionibus. ¶Sed hec solutio sic iterū nulla est. q̄m etsi nullus vnq̄ posset intelligere. tñ nichilominus pater z filius z spūssctūs ab eterno fuerūt tres

Alia opio q̄ ipobat.

Tertia opio q̄ silr impro batur

O

¶Sbicit contra istas tres opiniones simul. q⁹ paternitas est ꝓprietas qua distinguit pater. qua re non eodēmō dicūt q̄ vnitas est ꝓprietas qua pater ē vnus siue distinct⁹. vnitas in natura lib⁹ est ꝓprietas distinctiua rei quare nō eodēmodo dicet q̄ vnitas patris ē ꝓprietas distinctiua ipi⁹ cū pater habeat ꝓprietatē distinctiuam. z si hoc est seqtur q̄ sicut vnitas est ꝓprietas patris: ita ternarius ē ꝓprietas ipsarū personarū. quod est contra tres p̄dictas opiones. ¶Sz nos hoc cōcedimus dicētes q̄ vnitas nihil aliud est q̄ eius notio pſonalis: sed alia rōne dicitur notio: z alia vnitas. Dicit aūt notio: q⁹ per eā cognoscit pſona. dicit vnitas: q⁹ p eā distinguit vna pſona ab alia. fm aūt q̄ notio facit pſonā quā refert nō eē illā ad quā refert: ex hoc dicit distingui z ex hoc dicit vnitas. tres ergo vnitates insunt trib⁹ personis: quaꝝ aceruus (vt ita loquar) est ternarius theologicus qui est in tribus pſonis. a quo pater et filius z spūssctūs dicūtur tres. vnitas aūt que est in essentia nō est cōmunicabilis alicui illarū vnitatū: immo ē quelibet illarum. vnde patet q̄ non ē quaternitas in deitate: sed tantū trinitas.

Opinio doctoris.

P

Spinia opi nio.

Q

Contra p̄

R

¶Queritur aūt vtrū hec sit vera. pater z filius z spūssanctus sunt vnus. ita q̄ hec dictio vn⁹ substantiuē. ¶Probat q̄ sit vera. q⁹ cum dico de⁹ est vnus. hec dictio vnus significat vnitatē essentie tm̄: ergo est pure essentiale: g̃ dicit de tribus personis singulariter z nō pluraliter. ergo hec ē vera pater z filius z spūssctūs sunt vn⁹: fm q̄ hec dictio vnus substātiuat. sicut hec ē vera: pater z filius et spūssanctus sunt eternus. ¶Ad hoc dicunt q̄dam q̄ hec dictio vn⁹ q̄n substātiuat ꝓpter articulum quē in se habet q̄ est signū discretionis trahitur ad supponēdū p pſona. z sic hec est falsa pater z filius z spūssanct⁹ sunt vnus. ¶Sz hec so-

Questio incidens

S

dictã opionem.

lutio nulla videtur eẽ per hoc ꝙ oẽ adiectiuũ masculini gñis qñ substantiuaꝫ habet in se articulũ vt albus: grãmaticus. eo dẽmõ eternus omps ergo si ꝓpter articulũ solũ hec dictio vnus supponit tm̃ pro ꝑsona: eadem ratione articulus huius dictiõis eternus trahet ipm̃ ad supponendũ pro ꝑsona. z ita hec erit falsa: pater z filius z spiritus sanct⁹ sunt eternus. z hec erit vera: sunt tres eterni: z hec dictio eterni teneatur substantiue.

¶ Secũda opinio.

TErtio queritur de voluntate sensualitatis. Unde q̄ritur de fletu z tristicia apostoloz z beate virginis de morte dñi de quo dicit in psalmo. Ad vesperū demorabit fletⁿ: z in euangelio dr ad beatā virginem. Et tuā ipsius aiam ptransibit gladius. scz dolor passionis. ¶ Querit ergo an dolor ille fuerit meritorius. Videt q sic. qz bonū fuit ergo potuit esse meritoriū. Sz maxime ꝓbabile est q si potuit eē meritoriū fuit meritoriū in beata virgine: ergo btā ꝑgo meritorie tristabat de morte dñi. ¶ Itē illa tristicia subiacebat libero arbitrio. erat ei ex aliqua voluntate et nichil adeo est in potestate liberi arbitrij sicut ipsa volūtas: ḡ cū esset bona et subiaceret libero arbitrio erat meritoria. ¶ Itē dicit apostolus: si cōpatimur et cōregnabimⁿ: ḡ ex ꝓpassione meremur regnū celoz: ergo apostoli et beata virgo cōpatiendo xpo meritorie tristabantur de morte ipsius. ¶ Sz contra. si tristicia illa fuit meritoria ergo z voluntaria: ergo ab aliqua volūtate: nō nisi ab illa qua volebāt xpm nō mori. Si em̄ nō vellent xpm nō mori nō tristarentur de morte ipsius: sed volūtate qua volebāt xpz non mori scienter volebant cōtrariū volūtati diuine: ergo illa voluntas non erat meritoria: ergo nec opus ꝓcedens ab ipsa. ¶ Ad hoc cōcedimⁿ. fuit em̄ illa volūtas sensualitatis. carnaliter em̄ diligebant apm dñz qz carnales erāt tunc. qđ patuit in petro qñ negauit dñm. z q illa tristicia carnalis fuerit patet in psalmo. Sustinui q̄ simul cōtristare tur et nō fuit. tristabatur em̄ xps spūali tristicia de cecitate iudeoz. et nō erat q̄ sic tristaretur. ¶ Dicimus ergo ad primo obiectū q non valet hec argumētatio: illa tristicia fuit bona: ergo potuit esse meritoria. nō em̄ potuit subesse libero arbitrio. ¶ Ad scdo obiectum dicimⁿ q quidam motus sunt q̄ sunt ad necessariū. et habēt sensum necessariū. sicut sunt fames z sitis. stomacus sentiens inanitionē suā appetit de necessitate. z tales motus nō subsunt libero arbitrio nec secundū esse suū nec ſm ꝓgressū. Sunt alij motus q̄ licet sint ad necessariū. habēt tñ causaz z sensum volūtarij. vt videre audire ꝛc. talis erat tristicia apostoloz. videntes aūt xpm pati non poterant nō dolere: tamen videre erat volūtarium. z hmōi tristicia non suberat libero arbitrio ꝗtum ad esse: sz ꝗtum ad ꝓgressuz ne tñ. ꝓgrederetur q generaret timorem humanum. opus aūt meritorium debet subesse libero arbitrio z ſm esse suū z ſm progressum. Et qđ augustinⁿ dicit nichil adeo est in potestate nra sicut volūtas: intelligit de volūtate rationis. ¶ Ad tertio obiectū dicimⁿ q intelligitur de cōpassione voluntaria q̄ fit ad imitationē passionis xpi. Unde is est sensus. si ꝓpatimur id est si ad imitationē xpi patimur z conregnabimus. Per hoc pz q volūtas sensualitatis et volūtas rationis nō sunt cōtrarie: qz nō sunt circa idē susceptibile: nec sunt cōformes. Et ꝓpter hoc voluntas sensualitatis et voluntas dei non sunt cōtrarie. Volūtas em̄ dei et volūtas ratiōis cōformes sunt: qz vtraq; est ad virtutē. ¶ Sed queritur de fletu xpi q̄ fleuit videns ciuitatē hierusalē. qz si cognouisses et tu. ille fletus fuit meritoriⁿ ergo ab aliqua volūtate meritoria z illa volebat xps aliquid nō nisi q ciuitas destrueretur: q̄ meritorie volebat ciuitatē nō esse destruendā. ¶ Cōtra. sciebat deū velle oppositū: ergo non meritorie volebat illud. ¶ Ad hoc dicūt quidā q fletus ille fuit ex volūtate sensualitatis. Sed cōtra. sensualitas nō mouetur nisi p apprehēsionē sensus vel ymaginationis: sed destructio futura nō fuerat in sensu nec in imaginatiōe qz nichil est in imaginatione qđ prius nō fuerit in sensu: ḡ voluntas illa nō fuit sensualitatis. ¶ Forte dicet q in intellectu fuit illa destructio quā p volūtate sua facit eidē in ymaginatiōe et deinde in estimatiōe et ex hoc dolor in sensualitate ex quo fletus ¶ Sz hec solutio nulla videtur esse. est em̄ cōtra ordinē naturalem. a sensu em̄ z imaginatione pueniⁿ ad intellectū nō econuerso. ¶ Preterea dicit augu. q xps p hoc q esuriⁿt timuⁿt fleuⁿt ꝛc. instruxit nos ostēdit ei se esse verū hoīem: ergo non descēdit ab intellectu ad imaginationē. hoc em̄ est miraculū et miracula faciēdo nō ostendebat se esse verum hominē. ¶ Propter hoc dicimⁿ q nō fleuit p destructione ciuitatis iudeoz. sed p peccatis iudeorum ꝓ quibus destructa fuit ciuitas et volebat ꝗtum in ipo erat pctā eoz non esse. ¶ Item circa volūtatē sensualitatis. queritur vtrū meritorie velle vel nolle possimⁿ passiones sctoz. Dicit magister in sentētijs q possumⁿ eas velle meritorie et demeritorie ſm diuersos fines. sicut si aliquis vult aliquem sanctum pati vt maiorē habeat coronam meritorie vult. sz si intuitu tormenti deme ritorie vult et hoc videt velle ecclesia q̄ cārat. pium est gaudere martino intuitu scz glorie eius et

plum est flere martinū intuitu desolatiōis populi ergo fletus ille cū esset ex pietate erat meritoriꝰ: ergo et volūtas ex qua erat ille fletus erat meritoria. sed volūtate illa nō volebāt nisi martinū non esse martinū. ¶ Cōtra sciebāt deū velle cōtrariū: ꝙ peccabat mortaliter volēdo illud ¶ Ad hoc dicūt quidā ꝙ hoc dicit hieremias ex sensualitate z volūtate sensualitatis volebat hieremias non eē destruendā. ¶ Sed cōtra sensualitas nō mouet nisi sensu ꝓcedēte: ꝫ ibi nō fiebat mentio nisi de destructiōe futura ꝙ nō erat in sensu: ergo nō dixit illud ex sensualitate. ¶ Itē sensualitas nō eligit inter verū z falsum: qz sensualitate nō magis volumus hoc esse verum ꝙm illud. ¶ Propter hoc dicimꝰ ꝙ hieremias ex ratiōe fidei respondit amen: sed nō volebat hierusalē simpliciter nō esse destruendā: sed volūtate cōditionali siue velleitate. Unde tm̄ valet hieremiam dixisse amen: ꝙtū si dixisset vellem ꝙ ita fieret sicut tu dicis. i. paratus essez velle si populus peniteret. sicut intelligit illud apli. optabā ego anathā esse ꝓ fratribus meis. i. optarē si optabile esset. z qđ dicit glosa: optat fieri qđ ille mēritur sumitur hoc verbum optat ꝓ volūtate cōditionali. ¶ Itē hieremias flebat pctā populi ꝓpter q̄ destruēda erat hierusalez. Uñ dicebat: qs dabit capiti meo aquā zc̄. ille fletus etiā erat meritoriꝰ: qz bti q̄ lugent et ꝓ suis pctis patiunt. ergo volūtas ex qua erat ille fletus erat meritoria. ꝫ illa volūtate non volebat nisi iudeos nō esse peccaturos. ꝙ merito rie volebat iudeos nō esse peccaturos. ¶ Cōtra vera amicitia est idem velle z nōvelle: ꝙ sicut tenemur velle id qđ scimꝰ deū velle: ita tenemur nō velle id qđ scimꝰ deū nō velle. sed deꝰ nolebat iudeos nō eē peccaturos: ergo hieremias nō debebat velle iudeos nō esse peccaturos. Similis est obiectio de penitēre q̄ flet ꝓ pctis que fecit: z fletus ille meritorius est: ergo et volūtas ex qua est ille fletus est meritoria. ꝫ illa volūtate vult se nō peccasse: ꝙ meritorie vult se nō peccasse. Contra. deꝰ nō vult hoc et scit deū nō velle hoc. z ide vt ꝓius. Eadē est obiectio de xꝓo q̄ flebat ꝓ peccatis iudeorū. posset em̄ queri ab ipo: aut vis iudeos nō eē peccaturos: aut nōvis. si vis: ergo nō peccabūt. si nō vis: quare fles: ¶ Solutio. I istis tribus casib⁹ dicendū est ꝙ fletꝰ nō est ex volūtate ꝑdicta: sed ex volūtate fiēdi. Uñ dicendum est ꝙ flebat hieremias nō qz volebat iudeos absolute non esse peccaturos: ꝫ qz vellet. i. paratꝰ esset velle si peniterēt. similiter et deꝰ vellet. Unde ꝓ ꝙ hmōi velleitas nō est cōtraria volūtati diuine ꝫ vellet se nō peccasse si esset reuocabile. Ex his etiaz colligitur ꝙ scti flent ꝓ pctis populi non qz volūt ea nō esse: sed qz vellent. eodēmodo flent ꝓ penis et miseriis ꝓpꝛis non qz volūt eas nō esse: ꝫ quia vellent. ¶ Sed obicit. habitꝰ fiendi vel potentia fiendi nō exit in actuz nisi ꝓ aliquod actuale: sed velleitas nō est actuale aliqđ: ergo sancti non flent actualiter qz vellent. i. ꝓpter ipsi sunt velle sed qz volunt actualiter pctā vel miserias non eē. ¶ Et ad hoc dicēdū est ꝙ ipsa velleitas nichil aliud est q̄ ipsa caritas qua sancti parati sunt velle ꝓpꝛio omne bonū adesse: z oē malū abesse. vñ illa velleitas est habitus fiendi. Ex caritate ei tanq̄ ex habitu est fletus actualis. et ille habitꝰ exit in actū ꝓ aliqđ actuale ꝫ non per volūtatē actualē sed ꝓ actualē cōsiderationē culparū vel miseriaz ¶ Quinta q̄stio sub ꝙrta principali. rz. capituli.

Quinto querit̄ vtruz aliqs in aliquo casu teneaz velle ꝙ deus ꝓmittat ipm peccare mortaliter ¶ Probaz ꝙ sic. ponatur em̄ ꝙ deus reuelet alicui ꝙ ipse peccabit mortaliter. Si dicaz ꝙ hoc nō potest esse qz huiusmodi reuelatio eēt hoi penalis. ¶ Contra. maiorē penā etiam tpalem infert deꝰ homini q̄ sit pena q̄ ex hmōi reuelatiōe sequitur: ergo huiusmodi penā potest intelligere: ergo pōt reuelare alicui ꝙ ipe peccabit mortaliter. ¶ Itē acerbius punit hoīem qñ punit euz ad initiū eterne dānationis sicut puniuit herodē z anthiocum epiphanē. ergo pōt hoi reuelare ꝙ ipse peccabit mortaliter. qz si potest intelligere maiorē penam pōt ꝛtelligere minorē. sed si hoc est ergo iste scit ꝙ deus ꝓmittit ipsuz peccare mortaliter. ꝫ quia quicq̄d deꝰ ꝓmittit vult ꝓmittere: ꝙ iste scit ꝙ deus vult permittere ipsum peccare mortaliter. sed tenetur velle quicq̄d scit deū velle: ergo tenetur velle ꝙ deꝰ ꝓmittat ipm peccare mortaliter. sed deum ꝓmittere aliquē peccare mortaliter est inducere ipsum in tentatiōē: ergo tenetur velle ꝙ deus ipm inducat in tentatiōē. ¶ Cōtra. teneaz ozare ꝙ deꝰ nō inducat ipm in tentatiōē. qz formaozandi quā tradidit dns est ars ozādi que immutabilis est: ꝙ non teneaz velle ꝙ deus inducat ipm in tentatiōē. z ita nō tenetur velle ꝙ deꝰ ꝓmittat ipsuz peccare mortaliter. ¶ Solutio. Ad hoc dicendum est ꝙ deus nō pōt reuelare alicui ꝙ peccabit mortaliter. quia vt dicit augustinus donū scientie est donū pietatis: z donuz pietatis datur hoi advtilitatē nō ad perniciē. ¶ Unde deus nō potuit reuelare ꝓmo homini nec ꝓpio angelo casum suū. fecisset em̄ cōtra miam suā et ita cōtra se si inflixisset penā sine culpa. ¶ Ad illud ergo quod obicit ꝙ maiorem penā etiā tēporalez infert deꝰ: dicimꝰ ꝙ verū est q̄tum ad sensum sed non q̄tum ad dānū. Si em̄ reuelaret alicui suam dānationē vel ꝙ ipse peccaret mortaliter preclu deret ei viam salutis. ¶ Ad secūdo obiectum dicimus ꝙ ꝓpꝛie loquēdo nunq̄ deꝰ inflixit penā in presenti ad initium eterne dānatiōis nisi secūdum euentum. Quātū em̄ ad intētionē dei q̄tum in se erat tam herodi q̄m marie sorori mo⁹ inflixit penā ad correctionē sed qz herodes nō est correctus secuta est eū eterna dānatio. ꝫ em̄ q̄tum ad voluntatē dei actualē vel beneplacitū ei⁹ inflixit ei penā ad imitū pene eterne: tm̄ q̄tum ad voluntatem z intētionē ꝓditionalē erat ad correctionē

¶ Serta questio capituli decimitertij

Utruz sancti debeant optare penas eternas reꝓborum. ¶ Et videt ꝙ non: qz sup illum locū psalmiste. Cōuertantur pctōres ad infernū dicit glosa. hoc non optando dicit sed predicēdo z diuine volūtati cōsentiendo ergo ꝑm hoc nō optabat dauid penas eternas reꝓboꝝ. ¶ Sed cōtra. qz deꝰ volebat penas eternas reꝓborū et sancti volūt easdē. z q̄to sentioz tanto magis vult: sed dauid multum sanctus erat: ꝙ dauid volebat penas reꝓborum ergo optabat. qz idem est multuz velle z optare. ¶ Itē velle penas reꝓborū z optare easdez in eadē vi videntur eē z eiusdē virtutis: ergo qua ratione vnū est meritoriū z reliquū. ¶ Ad hoc dicendū est ꝙ sancti nō optant penas reꝓborum. Optare em̄ vel desiderare nō se hz ad delectabilia z ad instabilia. Uñ nō valet: volunt penas reꝓboꝝ: ergo optant. z est fallacia consequētis. nec ipse deus optat penas reꝓborum z imo quasi cū doloꝛe iſligit eas. Uñ dicit in ysaya. Heu ego cōsolabor sup hostibus meis et vindicabor de inimicis meis. Et in fine canticoꝝ sup illū locū: fuge dilecte mi dicit glo. hoc nō optando dicit sed voluntati dilecti cōsentiēdo. qs em̄ optat fugere quē diligit: nec est verū ꝙ velle penas reꝓboꝝ et optare easdem sint in eadem vi. qz volūtas illa idē est ꝙ consensus q̄ est in ratione. sed optare penas est in irascibili. ¶ Sz obicit contra predicta qz dicit augustinus et boetius ꝙ omne qđ est inq̄tum est bonū est: ergo pena eterna inq̄tum est bonū est z etiā inq̄tum pena eterna. ꝫ bonū est ꝓfectio cuius apprehensio est delectatio: ergo pena eterna inq̄tum est bona est delectabilis. ꝫ oē bonū delectabile optandū est ergo sancti debēt optare penas eternas reꝓborꝝ. ¶ Ad hoc dicimus ꝙ pena eterna inq̄tum est bona est. sed non inq̄tum pena vel puniens nisi ꝑm accidēs: videlicet quia ibi apparet iusticia dei.

¶ Septima questio capituli.

Septimo querit. an ecclesia debeat ozare ꝓ eo quē scit esse reꝓbū obstinatū ¶ Uidet ꝙ nō quia si mihi reuelatū est ꝙ deus isti nunq̄ dabit gratiā suā teneoz ipsum non diligere ex caritate. qz teneor ei nō velle summū bonū vel scz per gloriā vel gratiam Similiter et ecclesia si ipsi idē reuelatū sit: ergo non debet ozare ꝓ eo. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ hec vltima argumentatio nō valet. in statu em̄ reuelationis nō debet ozare ꝓ huiusmodi reꝓbo. sed quia possibile est ꝙ non sit in statu reuelatiōis cōcedenda est hec. possibile est ꝙ ecclesia debeat ozare ꝓ isto.

Octaua questio capituli.

Ultimo queritur. vtruz voluntas nostra ex eo sit bona ꝙ est cōformis volūtati diuine ¶ Uidetur ꝙ sic. Queritur ei quare tenemur cōformare volūtatē nostrā voluntati diuine nisi ex hoc fieret bona. qđ si cōcedāt ꝓbāt oppositum sit ita ꝙ aliquid ex caritate velit ipsum pauperez facere diuitē vt habeat necessaria z alius ex inuidia velit eundē pauperē semp esse pauperē z hec est volūtas dei vt semp sit pauper cōstat ꝙ voluntas primi bona est z tm̄ dissona est volūtati diuine et volūtas scdi mala est et tm̄ cōsona est voluntati dei: ꝙ voluntas nra nō est bona ex eo ꝙ est cōformis volūtati dei. ¶ Qđ cōcedūt quidā dicēres ꝙ nos nō tenemur velle quicq̄d scimus deū velle nisi in preceptis z phibitis. sed in hoc an ista musca fuerit vel nō fuerit nō tenemur cōformare voluntatē nostrā volūtati diuine. ¶ Sed cōtra dicit augu. ꝙ impij sunt q̄bus displicet diuina prudentia: sed quilibet tenet esse pius: ergo quilibet tenet ad hoc vt ei placeat ꝓuidētia diuina: ergo si velit cōtra ꝓuidentiā diuinā peccat mortaliter sed omne qđ est ex prudentia diuina est: ꝙ si aliqs vult nō esse qđ est peccat mortaliter: ergo i oib⁹ tenemur velle qđ scimꝰ deū. ¶ Itez murmurare contra deū est peccatuz mortale vnde apls. nec murmuraueritis sicut q̄dā eoꝝ murmuraverunt zc̄. sed velle cōtra volūtatē dei est murmurare: ꝙ velle scienter cōtrariū eiꝰ qđ deꝰ vult est peccatū mortale et inde vt ꝓius. ¶ Itē in iob. qs resistit ei z pacē habuit. sed quilibet pacificus tenet esse ergo quilibet tenet nō resistere deo: ꝙ tenet non velle contrariū eiꝰ quod scit deū velle. ¶ Itē dicit beatus dionysiꝰ. optimi est optima adducere ergo quicq̄d facit deꝰ optime facit. ¶ Sed cōtra optima nō debemꝰ velle: ergo nō in omibus tenemur velle q̄cq̄d scimꝰ deum velle. ¶ Qđ concedimus. tm̄ volūtas nra non est bona ex eo solo ꝙ est cōformis volūtati diuine in volito. ꝫ oportet ꝙ sit cōformis in fine voluntatis z in alijs bonis circūstātijs. ¶ Adhuc ꝓbāt ꝙ in oibus tenemur velle q̄cq̄d scimus deum velle qz vniuerse vie dñi mia et veritas z alibi oēs vie tue veritas. veritas aūt operū dei vt dicit anselmus cātuariēsis ni hil aliud est q̄ rectitudo operū dei ꝑm quā a summa sapientia exeunt z ad eum tendunt. igitur qui in aliquo opere dei siue musca sit siue alia creatura vult cōtrariū eius qđ scit deū velle: deuiat a veritate. ꝙ peccat. ꝓpter hoc culpat diabolus qz in

veritate nō stetit. ergo in nullo licet velle contra
riū eius qō scimus deū velle. ¶ Item dicit aug.
q̄ qui sciēter dicit falsum ipse peccat: q̄ declinat
ab eo qō est/ad illud qō non est. hoc est a veritate
ad falsitatē. Sz similiter q̄ vult cōtrariū eius qō
scit deū velle/declinat a veritate: ḡ peccat. z ide
vt prius. ¶ Propter hoc dicimus q̄ non est susti
nenda illa opinio q̄ dicit q̄ solū in p̄ceptis z phi-
bitis tenemur velle quicquid scimus deum velle.
Opinio. ¶ Aliorū est opinio sed paucorū q̄ dicūt q̄ tene-
mur velle volūtate rōnis quicq̄d scimus deuz vel
le: sed licitū est desiderare p̄m vim cōcupiscibilez
cōtrariū eius qō scimus deū velle. Et hoc dicūt
se habere ab apl̄o q̄ dicit ad philip. Cōfidēs scio
q̄ manebo et p̄manebo. et tamē cupiebat dissol-
ui et esse cū xp̄o: z hoc erat cōtra voluntatē dei.
cōtra p̄ed. opiniones. ¶ Et hec opinio nō potest sustinerī. sicut ei sunt
quedā p̄tutes in rōne: sic sunt q̄dam in cōcupisci
bili z irascibili: sed in oībus p̄tutib⁹ tenemur assi-
milari deo. ergo nō solū in eis que ptinēt ad rōnē
tenemur velle q̄cq̄d scimus deū velle: sz etiā i eis
Secundo augustinus q̄ ptinet ad irascibilē z concupiscibilem. ¶ Itē ōr
aug. q̄ oīa sunt vera a prima veritate: z oīa bona
a prima bonitate. ḡ sicut peccat qui volūtate rō-
nis vult cōtrariū eius qō scit deū velle/q̄ deuiat
a prima veritate)ita peccat q̄ volūtate cōcupisci
Obiectio. bili vult cōtrariū eius qō scit deū velle. ¶ Sz p̄z
hoc obicit. ponat q̄ iste sciat in habitu aliquē ali
um esse pauperē et velit q̄ iste fit diues modo nō
attendēs p̄uidētiā dei nec sciens in actu illum eē
pauperē: queritur an iste peccat volendo istum eē
diuitē modo. Videt q̄ non. q̄ vult bonū. bonū ei
est vt ille habeat necessaria/et nō scit in actu deū
velle oppositū: ergo nō peccat. ¶ Item ignorat
2. In oppositū primo. istum esse pauperē: z hoc ignorātia facti: pauper
em̄ est p formā. sed ignorātia facti ex toto excusat
ergo iste nō peccat. ¶ Sz cōtra. Impius est cui
displicet diuina p̄uidētia. i. infidelis. fides em̄ di
cit q̄ oīa fiunt z regūtur diuina p̄uidētia. ergo p
diuinā p̄uidētiā iste est pauper. et hoc scit iste sal
tem in habitu et displicet ei hec paupertas. ergo
displicet ei diuina p̄uidētia: ḡ est ipius: ḡ peccat
Secundo. ¶ Itē hec videt eē ignorātia iuris: q̄ de iure di-
uino est oīa fieri p̄ p̄uidētiā diuinā: ḡ z pauperta
tē illius. sed iste ignorat hoc: ḡ habet ignorantiā
iuris. sz ignorātia iuris neminē excusat: ḡ iste pec
S Solutio cet volendo ipm̄ fieri diuitē mō. ¶ Ad hoc dicen
dum est q̄ nō peccat: cum non aduertat diuinam
p̄uidentiā circa hoc: nec est impius sed esset im-
pius si actualiter aduerteret p̄uidentiā diuinam
Dupl̄r aliquid est de iure. et vellet cōtrariū. ¶ Et ad illud qō obicit q̄ hic
est ignorātia iuris distinguendū est: q̄ deus que-
dam facit p̄ se esse de iure: quedā p̄ aliud. sicut q̄
Opinio doctoris omnia fiant p̄ diuinā p̄uidentiā hoc vniuersale p̄
se facit deꝰ esse de iure: sed q̄ nō pluat mō/vel iste
sit pauper/z hmōi singularia facit deꝰ de iure esse
per aliud: sicut per materiā z formā. et in talibus
materia excusat. ¶ Dicimus ergo q̄ vbi non ad-
uertit aliquis diuinam p̄uidentiaz: non est pec
catum velle oppositum eius qō deus vult. vñ di-
cimus q̄ ex caritate poterāt flere martinū cōside
rato dāno subditorū ex morte ipsi⁹ nō considera-

ta actualiter diuina p̄uidētia: sed actualiter ipsa
cognita/impius est volēdo oppositū. ¶ Sed vi- Replicat
detur q̄ deus impius fuerit flendo lazarum: q̄ re ¶
uocabat ad p̄sentes miserias. ipse ei actualiter
sciebat oīa: ergo actualiter sciebat deū velle la-
zarū revocari. ¶ Et solutio est q̄ hūane miserie Solutio
dupliciter possunt p̄siderari. vno modo p̄m q̄ sūt hūane mise
medicine et venīūt a diuina p̄uidētia: z sic nō est rie duplicit
flendū p̄ ipis. alio mō p̄out ortum habēt a pec cōsiderant.
cato: et sic flende sunt: q̄ hoc modo nunq̄ placēt
deo nec sanctis. vñ ille eum mihi q̄ incolatus meus
p̄olongatus est. zc.

¶ Capitulū. 14. de misericordia et iusticia
dei quod cōtinet septem questiones.

Quid mia? iusticia

Dictо de voluntate dei: dicēdū est de mi
sericordia dei z iusticia. q̄ mia dei volū
tas dei est: qua vult revelare miserias.
et iusticia dei voluntas dei est qua vult
reddere vnicuiq̄ qō suum est. sunt autem mia z iu
sticia dei idem in subiacenti: sz differūt in effectu
Diuisio capituli. p̄imo modo querit vtrum omnia opera dei ḡna
liter sint ex mia vel iusticia. secūdo de cōmensura
tione pene ad culpam. tertio vtrū deus miser: cor
dius agit cū vno q̄z cū alio. quarto de adequatio
ne p̄emij ad meritū. quinto vtrū tam iuste punia
tur aliquis a deo q̄tum meruit. sexto vtrū iustifi-
care sit opus iusticie. septimo vtrū pena quā deꝰ
infligit: ad maiorem coronam sit iusticie vel mie.

circa p̄mam q̄stionē ar.

¶ Circa p̄mū sic obicitur. Vniuersevie domini
mia et ṽitas. et sumit veritas p̄o iusticia sicut di
cunt sancti. et alibi. Oēs vie tue veritas. ḡ ḡnali
ter oīa opera dei sunt ex mia vel ex iusticia: vel ex
vtraq̄. ¶ Sed cōtra. p̄ima opa creationis sicut
celū z terra nō sunt ex iusticia. quod p̄batur. q̄a
tripliciter p̄t aliq̄d dici eē ex iusticia dei. primo
p̄m q̄ reddit aliq̄d p̄m merita. sc̄o q̄a reddit q̄ p
misit. tertio q̄a dat aliq̄d p̄z exigentiā nature. res
em̄ imperfecta naturaliter exigit perfici. vnde ex
iusticia dei videlicet p̄m exigentiā rei datur p̄fec
tio rei ipfecte. p̄m hec opa dispositiōis z ordina
tiōis possūt dici eē ex iusticia. materialis em̄ ipfe
ctio rerū naturaliter exigebat p̄fci. Sīlr opa p̄
pagationis hoc modo sunt ex iusticia. impfectio
em̄ siue corruptibilitas indiuidui exigit saluari p
petuo in specie: cū non possit semp saluari in indi
uiduo. sz prima opatio creatiōis nullo istorū mo
dorū est ex iusticia. hec patet: neq̄ ē ex mia quia
nulla p̄cessit miseria. ḡ nō est verū generaliter
q̄ oīa opa dei sint ex mia vel ex iusticia. ¶ Solu Solutio.
tio. Duobus modis p̄t intelligi hec auctoritas.
vniuerse vie dñi mia et veritas. p̄t em̄ intelligi
ḡnaliter de oībus opib⁹ dei: z tunc misericordia
non sumitur secundum q̄ respicit miserias: sed su
mitur p̄o supfluenti bonitate dei: siue p̄ mera li-
beralitate dei. veritas similiter nō sumitur p̄o iu
sticia: sed p̄ rectitudine operū. ¶ Sed distinguit Triplex ve
anselmus cantuariēsis triplicē veritatē. s. verita ritas scm̄
tem enunciatiōis: veritatē volūtatis: z veritatē anselmum.
operis. veritas enūciatiōis est cum enūciatio sig
nificat illud ad qō fuit instituta: z p̄out fuit insti
tuta. sic affirmatio significat de eo qō est esse: et
negatio de eo qō nō est nō esse. et veritas volūta

tis idem est q̄ rectitudo volūtatis. vnde in euāge
lio. ille in veritate nō stetit. i. in recta voluntate.
veritas opis idē est q̄ rectitudo operis p̄m quam
res sunt in actu. put fuerunt eternaliter in mente
diuina. z hoc modo oīa opera dei sunt recta z oīa
indicant sapientiā z potentiā z bonitatē dei. z sic
verū est q̄ vniuerse vie dñi sunt mia et veritas: q̄
oīa opera dñi sunt ex superfluenti bonitate dei. z
sic p̄z q̄ prima opa creationis sunt mia z veritas.
pōt tñ intel pōt etiā intelligi hec auctoritas particulariter.
ligi ṗticula vniuerse vie dñi mia z veritas. vt intelligat de il-
riter. lis operib⁹ quib⁹ deus ad nos venit reuelādo sc̄z
miserias nr̄as et reddēdo vnicuiq̄ qō suum est: vl
puniēdo vel remunerādo. Sīlr vniuerse vie domi
Et ni mia et veritas. q̄bus nos imus ad deū sunt mia
et veritas. mia ei ad ipm̄ cōpatiēdo miseriis z red
Et sic solui turobiectio dendo vnicuiq̄ quod suum est: nobis sc̄z proximo
et deo. Et sic cessat obiectio de primis operibus
creationis.

¶ Secunda questio capituli decimitertij.

Secundo querit vtrū deus possit punire
Aīa q̄ sic. aliquā q̄tū meruit. ¶ Probat q̄ sic. q̄a
iste meruit puniri tanta pena demōstra
ta cōdigna: ergo iustū est istuz puniri tā
ta pena. nō nisi a deo: ergo iustū est q̄ deꝰ puniat
In oppm̄. istum tanta pena: ergo deꝰ de iusticia sua pōt istū
punire tanta pena. ¶ Contra. dicit auctoritas.
culpa est p̄sequi culpā totā. ergo si hoc culpabi
le est in hoie misericordē: multo fortius est culpa
Secundo. bile in deo qui summe misericors est. ergo deꝰ nō
potest punire aliquē q̄tuz meruit. ¶ Item dicit
aplus q̄ deus nō potest negare seipsum. negaret
em̄ seipm̄ si nō puniret malos: negaret em̄ iusticia
suā que ipse est: similiter negaret miam suā q̄ ipse
est. ergo nō pōt punire imisericorditer: ḡ non pōt
Opinio doctoris punire aliquē q̄tum meruit. ¶ Ad hoc cōcedimus.
Ad primuz Duplex iu sticia. nec illud est ei impotētia imolaus. ¶ Ad primo
obiectū distinguēda est duplex iusticia sc̄z p̄m exi
gentiā meritorū z p̄m iusticiā dei. p̄m exigentiaz
meritoꝝ iustum est istū puniri tāta pena: sz nō de
iusticia dei cū de necessitate admixta est mia. Aīa
y non valet hec argumētatio. iustū est q̄ deus pu-
niat istū tāta pena: ergo deꝰ de iusticia sua potest
istum punire tāta pena. q̄ in prima hec dictio iu-
stum tenet cōiter p̄ iusticia meritorū z p̄ iusticia
dei: in cōclusione hec dictio iusticia tenet tm̄ p̄o
iusticia dei. z ita p̄ceditur a superiori ad inferius
Replicatur affirmando. ¶ Sz cōtra p̄dicta obicit. dicitur
Apoc. 18. in apocalipsi de babylone. q̄tū glorificauit se et
Bath. 7. in deliciis fuit: tātum date illi tormentū z luctuz
¶ Et in euāgelio. In qua mēsura mensi fueritis/
remetietur vobis. ¶ Et in ysaia. In mensura cō
Esa. 27. tra mensurā cū abiecta fuerit iudicabit eā. sc̄z in
mensura pene/cōtra mēsurā culpe. ¶ His aucto
ritatibus videt q̄ deus puniat pctōz ḡtum me
Apoca. 10. ruit. ¶ Itē i apoca. Cū poculo qō miscuit vobis
miscete illi duplu. Et vocat populū penam qua
babylon afflixit sctōs. sicut in hieremia. Sume
calicē vini furoris huius. vocat calix pena. ḡ ma
gis puniuit deus babylonē q̄tum meruit puniri i affli
ctione sanctoꝝ. ¶ Ad idem facit illa auctoritas
Esa. 40. ysaie Suscepit de manu dñi duplicia p̄o ominb⁹

peccatis suis. ¶ Item sup illū locū psalmiste Ex ps.
visuris z miqtate redimet aīas eorum. dicit aucto
ritas. Plus exigit in penis: q̄m cōmissum sit i cul-
pis. ergo plus punit peccatoz q̄m meruit. ¶ Itez
plus puniuit deus iob pena tēporali/ q̄m meruit. Job.
vnde ipe dicit Nō peccaui. sc̄z tm̄. Eadē rōe deꝰ
potest aliquē punire pena eterna plusq̄m meruit.
¶ Itē cum culpa sit momētanea: quare punitur
eternaliter. ¶ Ad hoc dicit greg. q̄ qui iste pecca Opio gre=
uit i suo eterno. deꝰ punit eū in suo eterno. ¶ Sz gorij.
hec solutio nulla videt esse: imo potius i suo eter Cōtra gre.
no. ¶ Propter hoc solūt quidā aliter dicētes q̄ Aliquorum
iste punit eternaliter: q̄ reatus eternus est: q̄ in solutio.
inferno nō pōt deleri cū in inferno nō possit eē ca
ritas. ¶ Sed hec solutio nulla est: q̄ ponit in so- cōtra pred.
lutione qō dignū est poni in q̄stiōe. Queri em̄ po solutionem
test quare non deleat reatꝰ: cum p̄o momētanea
culpa hō sufficienter punitus videat p centū an-
nos vel mille. vel quare ponit euz deus in loco in
quo nō pōt deleri reatꝰ: cū alibi possit eū sufficiē
ter punire. ¶ Solutio. Tres p̄me auctoritates Solutio do
intelligūtur vt fiat cōparatio in gne hoc modo. si ctoris ad p̄
multuz glorificauit se: multū date illi tormentuz di. auctori-
et si magna fuerit mensura culpe: magna sit mēsu tates
ra pene. sed non ppter hoc punitur aliqs q̄tū me
ruit. ¶ In quarta z quita auctoritate intelligit
duplicitas p̄m ppōtionē z p̄m dualitatem eoz in
quib⁹ punit pctōr. vnde is est sensus miscete ei du
plum. i. punitatis in corpore z aīa. ¶ Ad sextam Ad sextam
auctoritatē dicim⁹ q̄ plus exigit in penis q̄m com auctoritatē
missum sit in culpis. i. pena maior est duratione z
acerbitate: q̄m delectatio culpe fuerit dulcz. acer
bitas em̄ pene vincit delectationē culpe: z dura-
tio durationē. z non plus exigitur in penis q̄m exi-
git meritū culpe: q̄ exigit penā eternā sicut post
ea patebit. ¶ Ad septimo obiectum dicimus q̄ ad septimū
Iob nō fuit magis punitus q̄m meruit: q̄ punire ē Job ppie
penā infligere p̄o pctō: z Iob nō fuit tota illa pe- nō puniteba
na inflicta p̄o pctō: sed pars ad maiorē coronam tur.
¶ Ad vltimo obiectū quesitū dicit aug. q̄ hec q̄- Ad vltimū.
stio quare culpa tp alis puniat eternaliter fit acsi
sola circūstantia tpis aggrauaret pctm̄. quod nō
est verū: imo psona i quā peccatur aggrauat pec-
catū. magis em̄ peccat q̄ peccat cōtra imperato
rem: q̄m qui cōtra cōsulē. vnde cum pctm̄ mortale
sit cōtra deū qui eternus est: eterna pena ei debe
tur. ¶ Due ergo sunt cause quare pctm̄ mortale Due cause
punitur pena eterna. prima est: q̄ est cōtra deum q̄re morta-
eternū. secūda est q̄ pctō: peccat in suo eterno: z le punitur
q̄tum in se est non imponit finē peccato. Et has eternaliter
duas causas cōiungit greg. cū dicit q̄ iste pecca A
uit in suo eterno/deus puniuit ipm̄ in suo eterno:
q̄ cuz dicit peccauit: intelligit peccasse cōtra de
um eternū. q̄ peccatū est factū/ vel dictū/ vel cō
cupitū cōtra legē dei. z ita p̄tra deū. ¶ Sed ad- Replicat
huc videt posse p̄bari q̄ deus punit aliquē pe- de paruulis
na cōdigna etiā maiori: q̄ paruulos q̄ decedūt si Primo.
ne baptismo punit in carentia visionis dei p̄ pec
cato originali: z carētia visionis dei est pena con
digna originali: ergo deus punit paruulos pena
cōdigna. nō em̄ pōt dici q̄ minori carētia q̄m con
digna puniat eos: quia carētia visionis dei cū sit

Scdo aug. priuatio nō recipit magis ꝛ minus. ¶ Itez dicit aug. ꝙ carētia visionis dei maria pena est: ꝛ peccatum originale minimū est: ergo pctm̄ minimū

Tertio punit maxima pena: ꝙ maioꝛ cōdigna est. ¶ Itē ex visione dei maxima gloria est: ꝙ ex carētia visionis dei maxima pena. qꝛ maria gl̄ia maria pena cōtraria sunt: ergo paruuli puniūtur maria pena

Quarto. et inde vt prius. ¶ Itē vt visione dei est maxima delectatio: ꝙ ex carētia visiōis dei est maxima tristicia: ꝙ maria pena. ꝛ inde vt prius. ¶ Itē si adulti qui sunt in inferno viderēt ꝛ delectarent in ipo

Quinto. tanta haberēt delectationē ex visione dei ꝙ mallent eē in penis eternis sensibilib⁹ ꝛ videre deum ꝯ carere visione dei: nulla pena materiale sentirent. ꝙ carētia visiōis dei maioꝛ pena est ꝯ ignis gehenne. ꝛ inde vt prius. ¶ Solutio. Ad primū obiectū dicim⁹ ꝙ pctm̄ originale ꝓprie loquendo

Solutio Ad primū. Originale ꝓprie nō punitur. nō punit: sed verū est ꝙ nō remunerat. visio ei det remuneratio bonoꝛū est. verūtamē eo mō loquendi quo paruuli dicunt puniri cōcedim⁹ ꝙ carētia visionis dei est pena cōdigna originali. Sz nōvalet hec argumētatio. paruuli puniūtur ꝓ originali/carentia visiōis dei: ꝛ carētia visionis dei ē pena cōdigna originali: ꝙ puniunt pena cōdigna. sicut nō sequit: sortes videt hoiez/ ꝛ plato est homo ergo sortes videt platonē. qꝛ multe sunt carentie

B et deus punit eos minoꝛ carētia ꝯ sit condigna. ꝯ̄ eim carentia ꝑm se recipit magis et minus: tm̄ recipit ꝑz illō qō priuat. Dicit ei aug. ꝙ q̄libet

Augu. pena pecca ti originalꝫ citra cōdignum. aliq̄d habet de circūfulgētia bonitatꝫ dei q̄ vbiqꝫ est. et q̄ minus ꝑz maioꝛes tenebꝛas patit. ¶ Añ quedā carētia visiōis dei maioꝛ est alia. vnde dicimus ꝙ deꝰ minoꝛē carētiā visiōis sue infligit parAd scdm uulis: ꝯ erigat pctm̄ originale. ¶ Ad scdo obiectū dicimus ꝙ carētia visiōis dei/maria pena est

Ad tertiū ꝛ quartum. ꝯ̄tum ad damnum: sed minima ꝯ̄tum ad sensum. ¶ Ad tertioꝛ quarto obiectū eadē est solutio. nō eim valet hec argumētatio. ex visione dei est maxima delectatio: ꝙ ex carētia visionis dei est maria tristicia. nec est locus a cōtrariis: qꝛ deꝰ q̄ est summe bonus nō ꝑz cōtrariū: nihil ei ē summe malū. Sicut nec valet hec argumētatio. ex potu dulcie delectatio: ergo ex carētia potus dulcis est tristicia. sz hoc sequit: ꝙ ex potu amaro est tristicia. eo modo quo dicit arismeticus ꝙ delectatiōi que est ab eo ꝙ est considerare qꝛ dyameter est assimeter coste nichil est cōtrariū. qꝛ illud i quo est delectatio non ꝑz ꝛtrariū. quia illud ꝑm qō est nō habet cōtrariū. et delectatiōi q̄ est ꝑm coꝛpoꝛalē actuAd vltimū. sz ꝑm coitum nichil est contrariū. ¶ Ad vltimo obiectuz dicim⁹ ꝙ nō valet hec argumētatio. mali magis vellent esse in igne gehēne et videre deū ꝯ non esse in penis et carere visiōe dei: ꝙ carētia visionis dei ē maioꝛ pena ꝯ ignis gehēne. nō eim sunt cōparabilia: ignis gehēne/ ꝛ carētia visionis dei. equiuoce enim dicunt pene. vnū vt damnū: reliquum vt tormentum.

Qꝛ deꝰ miseꝛicoꝛdius agit cū vno ꝯ cum alio aī primo. ¶ Tertia questio decimequarti capituli.

Tertio querit vtrum deus miseꝛicoꝛdius agat cū vno ꝯ cum alio. ¶ Ꝓbatur ꝙ sic. sint duo quoꝝ vnus sit duplo magis peccatoꝛ ꝯ alius. ꝛ sic vterq; decedat. culpa vnius est dupla ad culpaz alterius: ꝙ pena condigna vnius est dupla ad penā cōdignā alterius: et vnus in inferno duplo magis punitur ꝯ alius: ꝛ cōstat ꝙ deꝰ aliq̄d vtriq; relaxat de cōdigna. ergo magis in ꝯ̄tate subtrahit de pena cōdigna vnius: ꝯ de pena cōdigna alterius. qō patet etiā in numeris. si eim aliqs nūerus sit duplus ad alium ꝛ de vtroq; fiat subtractio ita ꝙ in residuis remaneat dupla ꝓportio: plus subtrahit de duplo ꝯ de subduplo. ꝙ plus relaxat isti de pena ꝯ alij. sed in hoc ꝙ relaxat/miseꝛicoꝛditer agit: ꝙ miseꝛicoꝛdius agit cū vno ꝯ cum alio: ꝛ cū isto q̄ magis peccauit. qō videt iniustū. ¶ Item iacob elegit in vtero matris/ ꝛ esau nō: ergo miseꝛicoꝛdius egit cum iacob ꝯ cum esau. ¶ Item multa beneficia dat quibuslā que nō dat alijs: ergo miseꝛicoꝛdius agit cū vno ꝯ cū alio. ¶ Sed cōtra. ꝯ dignus est iste sua pena/ tam dignꝰ est ille sua: ergo ꝯ iuste punit deus istum/tam iuste punit illum: ergo deꝰ non iustus agit cum vno ꝯ cū alio. ergo nec miseꝛicoꝛdius. ¶ Item quicq̄d deus iuste agit iustissime agit: ꝛ hoc qꝛ iustissimꝰ est. ergo quicq̄d deꝰ miseꝛicoꝛditer agit/ miseꝛicoꝛdissime agit: quia ipse miseꝛicoꝛdissimus est. ¶ Item dicit beatus dionysius. optimi est optima adducere: ergo miseꝛicoꝛdissimi est miseꝛicoꝛdissime agere. ergo q̄cquid deus miseꝛicoꝛditer agit/ miseꝛicoꝛdissime agit: ꝙ non miseꝛicoꝛdius agit cuz vno ꝯ cum alio. ¶ Ad hec dicūt quidam ꝙ deꝰ nō iustius agit cum vno ꝯ cum alio: tamen miseꝛicoꝛdius agit cum vno ꝯ cum alio. et hoc est quia iustitia respicit debitum: ꝛ malis equaliter debētur pene sue: ꝛ bonis equaliter premia. sed miseꝛicoꝛdia respicit actum: et effectus miseꝛicoꝛdie maioꝛ est in vno ꝯ in alio. ¶ Sed hec solutio non potest stare: quia in deo sunt virtutes exemplares: ꝛ omnis virtus mediū est duoꝝ viciorum. ꝛ quanto magis accedit ad medium/tanto maioꝛ virtus est: ꝛ quanto magis recedit a medio tanto magis accedit ad vicium. virtutes autē dei veriſſime sunt ergo sunt iveriſſimo medio: ergo miseꝛicoꝛdia dei in veriſſimo medio est: ergo quicquid deus miseꝛicoꝛditer agit miseꝛicoꝛdissime agit. quia opera sunt que a veriſſimo medio exeunt ꝛ maxime sunt talia. ergo deus non miseꝛicoꝛdius agit cum vno ꝯ cum alio sicut nec iustius. ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ vtraq; istarū est duplex. deus iustius agit cum vno ꝯ cum alio: deus miseꝛicoꝛdius agit cuz vno ꝯ cum alio. quia si fiat comparatio habito respectu tantū ad actus vera est vtraq;. qꝛ sicut effectꝰ miseꝛicoꝛdie maioꝛ est in vno ꝯ in alio: ita ꝛ effectus iusticie. si nō fiat cōparatio habito respectu ad actus cum oibus suis circūstantijs tā persone ꝯ negocij falsa est vtraq;. quia deꝰ (pensatis omnibus circūstantijs) nec iustius nec miseꝛicoꝛdius agit cū vno ꝯ cū alio. quia pensatis oibus circūstātijs deꝰ dat vnicuiq; ꝑm ꝓpriā virtutē vt dicitur in ambꝛosio: et hoc est dare cui dandū ē vt dicit ambꝛosius. ¶ Unde dicim⁹ ꝙ si aliq̄ duo peccatoꝛes sint oīno pares: si deus dat vni gꝛaz/ dat ꝛ alij. ¶ Per distictionē istā patet qualiter rñdē dū. sit ad predictas obiectiones. ¶ Sz mirū videt

Secundo

Tertio

In oppoſitum arguit

Secundo:

Tertio dionysius.

Ꝓria opio.

Similiter aſſ.

Solutio aliquoꝝ.

cōtra prēd. opinionem

Cōtra solutionē ꝓio.

Secundo.

Alia solutio.

cōtra prēd. solutionem

Opinio doctoris. B

Solutio doctoris.

Quō deus iustius agit cum vno ꝯ cum alio

Ambꝛosij. ꝓ rñsio ad obiectiones

Replicat.

Solutio C ꝙ in inferno ei qui magis peccauit plus remittit de pena ꝯ et qui minus peccauit. magis eim indignus est mia dei ille qui magis peccauit: ꝙ minꝰ miseꝛicoꝛditer deberet agere deus cū ipo. ¶ Solutio. ad hoc est ꝙ deus in ꝑtivita respicit circūstātias: qꝛ hō ꝓparat se cooperante deo. ē enim hoc tēpus merendi. sed in futuro nō respicit circūstantias: sed vbi maioꝛ miseria: maioꝛem effectuz miseꝛicoꝛdie exhibet.

¶ Quarta questio capituli decimiquarti.

Aſſ ꝙ sic.

Quarto queritur de adequatione premij ad meritū et queritur vtrū deus iustius coꝛonet petrū ꝯ linū. ꝓbat ꝙ sic. qꝛ petrus magis meruit coꝛonā ꝯ linus: ꝙ iustius est petrum coꝛonari ꝯ linū. nō nisi a deo: ꝙ iustius petrus coꝛonak a deo ꝯ linus: ꝙ deus iustius agit cū vno ꝯ cum alio: nō ꝙ iustissime agit cum quolibet. qō est cōtra predicta. ¶ Solutio. Hec est triplex. petrus iustius coꝛonak a deo ꝯ linus. si itelligat sic. petrus maioꝛi effectu iusticie coꝛonak ꝯ linus vera est. si sic magis exigūt merita petri ꝙ petrus coꝛonet a deo siue exigētia maioꝛum meritoꝝ coꝛonatur petrus a deo ꝯ linus iterū vera est. sivero sic intelligitur. magis respōdet coꝛona petri suo merito: falsa est. si vero sic diceretur: iustius coꝛonak petrus a deo suo premio ꝯ linus suo: simpliciter falsa esset. qꝛ nō haberet nisi tertiā significationē. quia ꝯ̄tum dignus ē petrus suo premio: tm̄ dignus est linus suo. ¶ Similiter solet obici de adequatiōe pene ad culpam hoc modo. demōstrētur duo quoꝝ alter est in duplo peioꝛ alio. ꝯ̄tum dignus est iste sua pena/tm̄ dignus est ille sua: sed ꝯ̄tuz dignus est iste sua pena: tm̄ dignꝰ est iste puniri/ ꝛ similiter ille: ꝙ ꝯ̄tuz dignus est iste puniri: tm̄ dignus est ille puniri. ꝛ hoc falsum. qꝛ in duplo peioꝛ/duplo magis dignꝰ est puniri. ¶ Ad hoc dicūt quidā ꝙ hec est falsa: ꝯ̄tum dignus est iste sua pena: tm̄ dignus est ille sua. quia sensus est (vt dicūt ipsi) quāto merito vꝛ demerito est iste dignus puniri: tanto ille. et hoc falsuz. quia inequalia sunt demerita. ¶ Hec solutio nulla videt. qꝛ hec cōcedit simpliciter. ꝯ̄tum potens est iste valde fortis ferre illum magnum lapidē: tm̄ potens est ille minus fortis ferre illuz paruum lapidē. ¶ Ꝓterea vterq; iustissime punitur in inferno sua pena: ergo nō magis iuste punitur vnus ꝯ alius: ꝙ equaliter iuste. ergo ꝯ̄tū dignus ē iste sua pena: tm̄ dignꝰ est ille sua. ¶ Nō cōcedūt quidā: sed dicūt ꝙ sequens argumētatio non valet. ¶ Sed hoc nō pōt dici: qꝛ illa argumētatio resolubilis est in duos sillogismos hoc modo. ꝯ̄tum dignꝰ est primus sua pena/tm̄ dignus ē secundus sua pena: sed ꝯ̄tum dignus est scōs sua pena tm̄ dignus est primus. ꝛ ecōtrario. ergo tm̄ dignus est primus puniri ꝯ̄tum dignus est scōs sua pena: ꝛ ꝯ̄tum dignus est secūdus sua pena tā tū dignus est puniri. ergo ꝯ̄tū dignus est primꝰ puniri: tm̄ dignus ē scōs puniri. ¶ Ꝓpter hoc dicimus ꝙ prima est vera ꝛ argumētatio necessaria. sz hec est falsa: ꝯ̄tum dignus est iste sua pena tm̄ dignus est puniri. qꝛ sic adequatur cōparatio pene ad culpā ipi culpe vel demerito. et talis ꝓpaAf ꝙ sic. quia ꝯ̄tum meruit istū puniri taz iustum est istū puniri: ꝛ ꝯ iustū est ipm puniri tam iuste punit a deo. sicꝛ ille punitur qui duplo peioꝛ est ꝯ̄tū meruit puniri tātuz iuste punitur a deo. sed isti duo eque iuste puniuntur a deo: ergo iustissime: ꝙ isti eque meruerūt puniri. qō manifeste falsum est. ¶ Item deꝰ summe iuste punit istuz: sed iste nō meruit summe puniri: ꝙ magis iuste punit istū ꝯ meruit puniri. ¶ Solutio. Cū dicit tam iuste punit istum. demōstrat adequatio pene ad culpam vel quātitas adequationis. ꝛ cum dꝰ iste tantum meruit puniri: demōstratur ipsa culpa vel quātitas culpe. sed culpaz adequatio pene ad culpam non sunt cōparabiles nec in se nec ꝑm effectus. sicut due quātitates diuersarū specieꝝ aut colores diuersarū specieruz cōparabiles sunt scōm effectus. qꝛ ꝯ̄tum hec albedo disgregat/tm̄ hec nigredo congregat: vl'ma gis vel minus. ¶ Dicimus ergo ꝙ hec est falsa. Resolutio doctoris. ꝯ̄tum meruit iste puniri/siue ꝯ iustū est istum puniri: tam iuste punitur a deo. quia nō est ibi cōparatio. et si esset ibi cōparatio hec eēt vera: magis punit iste a deo ꝯ meruit puniri. quia summe iuste punitur: ꝛ nō summe meruit puniri.

¶ Sexta questio decimiquarti capituli.

Aſſ ꝙ sic.

Sexto queritur vtrū iustificare sit opꝰ iusticie. ¶ Ꝓbatur videt: qꝛ sicut se habet mia ad misereri: ita se hz iusticia ad iustificare. sz misereri ē opus mie: ergo iustificare est opus iusticie. ¶ Itē dicit aug. sup epistolā ad romanos. qꝛ si deus nō reciperet cōfugiētes ad se iniquitas esset: igit recipere cōfugiētes ad se est iusticia: sz hoc est cōferre gratiaz siue iustificare: ergo iustificare ē opus iusticie. ¶ Contra. de miseꝛicoꝛdia iustificat deꝰ non ergo de iusticia. ¶ Solutio. Ad primum dicimus ꝙ hec est falsa. sicut se habet miseꝛicoꝛdia ad misereri: ita iusticia ad iustificare. qꝛ misereri ē opus miseꝛicoꝛdie. sed iustificare nō ē opus iusticie: immo iustificare est ipsam iusticiam facere. posset tamen dici iustificare est opus exemplare iusticie: quia creata exemplum est iusticie increate exemplaris que in deo est. vnde iusticia creata exit a iusticia increata vt a causa formali exēplari: sed non vt a causa efficiente. ¶ Ad secundo obiectum dicunt mgri ꝙ nō recipere fugiētes ad se iniquitas eēt. i. infidelitas. nō eim esset deus fidelis in verbis suis: si nō reciperet fugiētes ad se cū ita ꝑmiserit. tm̄ recipere solius mie est. ¶ Posſumus tm̄ ꝯ̄tum ad presens distinguere dupliceꝫ iusticiā. vnā ꝑm exigentiā meritoꝝ: aliā ꝑm ꝑmissionē. veritas eim qua homo dicit verax nullo mō volēs aliū decipere i ꝓbis/species est iusticie. vt dicit tullius. vñ dicim⁹ ꝙ iustificare ē opus iusticie ꝑmissiōis. veritas dei que est virtus exēplaris in

Scdo

In oppoſitum aſſ.

Solutio.

Ad primū.

Ad secūdū

E ipso. ipse enim ita promisit Conuertimini ad me: et ego conuertar ad vos.

¶ Septima questio capituli decimiquarti.

Aſſ q non. SEt primo querit vtrũ pena quam infligit deus ad maiorem coronã vt in iob: vel ad cautelã vt in paulo sit opus iusticie.

¶ Probatur q nõ. q3 iob nõ meruit illã vnde dicit Non peccaui. nec est mie quia mie nõ est punire. g̃ non Vniuerse vie dñi misericordia z veritas. ¶ Ad hoc dicũt magistri q illa pena est misericordie dei large sez bonitatis dei. sed cõtra hoc dicunt multe auctoritates q ois pena iusta est: et ita ois pena videt esse ex iusticia dei. qõ cõcedimus. ¶ Sed distinguenda est multiplex iusticia. est iusticia meritorũ ſm quam iudex punit reos. et est iusticia promissionis ſm quã dicit homo verax reddendo qõ promisit. z est iusticia correctionis z promotiõis quã debet pater filio. z iusticia promotiõis quã debent superiores inferioribus. Justicia eñ importat debitũ. debemus ei superioribus obedientiã et reuerentiam: paribus consiliũ et auxiliũ: inferioribꝰ protectionẽ z correctionem. illa g̃ pena q̃ infligitur a deo ad maiorem coronam vel ad cõseruationem humilitatis: de iusticia correctionis vel promotionis vel protectionis est. vnde patet q nõ valet argumẽtatio iob non meruit hanc penã: ergo hec pena non est de iusticia dei. cõcedimus tamẽ q hmõi pena est de misericordia dei: sed mediate quia mia mouet iusticiã q infligat penam huiusmodi.

¶ Capitulũ decimũquintũ de locari comparatione dei ad creaturas z continet quattuor questiones.

DIcto de nominibus psonalibus z essentialibus dictis de deo siue cõnotẽ effectuz in creatura siue nõ: dicendũ est de locali ꝓparatiõe creatoris ad creaturã

Multipliciter aliq̃d dr esse in loco ¶ Sciendũ est g̃ q multipliciter dicitur aliq̃d in loco. prio ſz loci circũscriptionẽ vt dicit damasc. prout locus ab ipo diffinit sic. Locus est finis cõtinentis id qõ cõtinetur ſm q cõtinet. z hoc ẽ dicere Locus est superficies rei ambiẽtis. ſm hũc modũ sola corpora sunt in loco: nec oia quia vltima spera cũ nõ ambiat aliq̃ alio nõ est in loco. Secũdo modo vt dicit damasc. dicit aliquid eẽ in loco per alicuiꝰ operationis determinationẽ. z hoc mõ spũalis et incorporea substãtia est in loco: vt angeli z aie. sed non circũscribunt a loco. Tertio mõ dicitur aliquid eẽ in loco per circũscriptã presentiã. z hoc mõ deus dicit esse vbiq̃. ¶ De prio mõ nichil ad pñs: ſz de duobꝰ vltimis dicamus. Primo g̃ videdũ est vtrũ deus sit vbiq̃ z quo mõ sit vbiq̃. secũdo quot modis deꝰ sit in rebꝰ. Tertio de loco angelorꝰ z sctãrũ aiarũ. Quarto qualiter itelligẽdũ est q dicũt scti deũ esse sp. ¶ Q̃ deꝰ sit vbiq̃ ꝓbat

per opationis determinationem. Diuisio capituli. Q̃ deꝰ sit vbiq̃ ꝓbat

Ambrosiꝰ. ¶ Et q hãc auctoritatẽ ꝓbat ambrosius q spũs scꝰ est deꝰ: q3 solius dei est replere orbẽ terrarũ z eẽ vbiq̃. z per hoc patet nullã esse opinionẽ adamitaꝝ qui ponunt vniuersale eẽ vnũ numero: si hec eñ eẽt substãtia vna numero esset vbiq̃. ¶ Itẽ in libro sapiẽtie dr: Attingit vbiq̃ ꝓpter sui mũdiciã. ¶ Et item Attigit a fine vsq̃ ad finẽ fortiter. Per has mltas auctoritates patere põt q deus est vbiq̃. ¶ Rõnibꝰ etiã idem ꝓbari põt. qdã eñ effectꝰ non possunt eẽ sine essentia et presentia sue cause: sicut corpora nõ possunt esse sine eẽntiali pñtia materie z forme. z hoc est ꝓpter vehemẽtiã cause et indigentiã effectus. sed deus causa causalissima est: et quelibet creatura maxie indiget eo. ergo nulla creatura põt eẽ sine eẽntiali pñtia dei: g̃ deus est vbiq̃. ¶ Item deꝰ summe potẽs est: g̃ per se facit q̃cquid facit: g̃ sine medio: ergo in diſtãter. g̃ vbicũq̃ operat ibi est p cẽntialẽ pñsentiã dei. sed vbicũq̃ operat: vbicũq̃ ergo est. ¶ Itẽ ab oi parte mũdi influit fons bonitatis dona sua: ergo vbicũq̃ est fons bonitatis ¶ Itẽ dicit anselmus q deꝰ est quo maius vl melius excogitari nõ põt: sed maioris liberalitatis et bonitatis est per essentialẽ presentiã illustrare et visitare oĩa q̃ per absentiã: et deus liberalissimus et optimus est: ergo per essentialẽ presentiã illustrat omĩa: g̃ deus est vbiq̃. ¶ Quõ autem sit vbiq̃ dicũt scti q ꝓtẽtialiter/presentialiter/eẽntialiter. Potentialiter p dñium et gubernationẽ sed ne putaret aliquis q trñ est vbiq̃ sicut rex terrenus potentialiter est in toto regno suo: ideo additur pñtialiter. ¶ Sz quia pñtia est duplex: mẽtalis qua amicus dr presens amico/et essentialis ne intelligeret de mẽtali addit essentialiter. est g̃ deus vbiq̃ potentialiter per dñium et gubernationem. presentialiter per presentiã essentialẽ Dicit aũt ioh. crisostomus q q3 deꝰ est vbiq̃ scimus quomodo autem est vbiq̃ intellectu nõ capimus ¶ Sed videtur nichil dicere. quia sicut p fidem scimus q deus est vbiq̃: ita per fidẽ scimus q deus sit vbiq̃ potentialiter/presentialiter/z essentialiter. ¶ Item sicut scimus probare q deus est vbiq̃: ita scimus probare q deus est vbiq̃ illo triplici modo. ¶ Item intellectus addit supra fidẽ vnde Si nõ crediderit nõ intelligetis. Fides ei simpliciter consentit credendis: ſz intellectus q̃rit causas. sed nos scimus assignare quare deꝰ sit vbiq̃ potẽtialiter/presentialiter: g̃ intellectu capimus quo modo deus est vbiq̃. ¶ Solutio Per fidẽ scimus q deus est vbiq̃ z etiam illos tres modos: sed intellectu nõ capimus quo mõ est vbiq̃: eo modo quo est vbiq̃. est eñ vbiq̃ incircũscripte intellectu aũt nõ capimꝰ q circũscripte sit vbiq̃ vñ sup illud exodi Nõ videbit me hõ et viuet. dicit glo. non videbit me per incircũscriptã essentiã Intellectus eñ noster in pñti vita angustus est: vnde nõ põt capere incircũscriptã essentiã vt incircũscripta est: ſz in futuro capiet q̃n ampliatus erit. In pñti ei imbutꝰ est fantasiis z imaginibus rerũ corporearũ in q̃bus res corporeas cõprehẽdit localiter et incircũscripte: sed in futuro q̃n nõ loquẽtur ei res ſz ipe deꝰ incircũscriptã eẽntiam incircũscripte capiet. Q̃n aug. i lib. confessionũ. Qui

Ad idem. Sz ostẽdit idẽ rõnib. Scda rõ. Tertia rõ. Quarta rõ Quõ deus est vbiq̃. F Duplex pñsentia. Crisostomꝰ Contra crisostomũ arg. Secundo. Tertio. Solutio gre nõ intelligimus de um circumscripte in hac vita. Augustinꝰ

¶ Primus aūt tractatus diuidit in sex capitula In primo querit vtrū in primo statu suo angel⁹ habuit caritatē. Secūdo supposito q; nō habuit caritatē sed tm̄ naturalē dilectionē vtrū illa naturali dilectione frueretur se. Tertio vtrū de illa dilectione de via faceret finem: z de creatura deū suū. Quarto vtrū illa dilectio naturalis fuerit symoniaca z vtrū illa dilectiō e diligeret deū sūme: sicut volunt p̄robare quidā opinātes q; naturali dilectione diligebat angelus deū in p̄rio statu sūme sc̄z ppter se z sup oīa. Quinto z vltimo vtrū dilectio naturalis angeli in primo statu fuerit ordinata vel inordinata et iusta estimatrix rerum vel iniusta. Sexto si talis dilectio fuerit eiusdem speciei cum charitate.

Tertia rō.

Ad secūdū

In oppm̄. Augustin⁹.

Ad vltimū.

Sc̄o.

Tertio.

Diuisio primi tractat⁹ p capitula.

Auguste. de ydeis.

Solutio ad primum.

Nota ista.

¶ Primum capitulum primi tractatus.

Q; angeli nō habuer̄t charitatē i primo statu arguitur.

Orca primū capitulū. ¶ Prio videt q; nō habuerit caritatē in primo statu sic. ¶ Ām in principio genē. dicit augusti. q; cū dicit. in principio creauit deus celū z terrā. per celū intelligit angelica natura informis. per hoc autē qō sequitur fiat lux. intelligitur cadē natura formata ad deū conuersa. ¶ Q; aūt habuit caritatē per illud qō dicit ysaias. xliij. Quō cecidisti lucifer q̄ mane oriebaris. q: ergo habebat tantā claritatē vt diceretur lucifer videtur q; haberet gr̄az. ¶ Itē in ezech. xviij. Tu signaculū similitudinis eius fuisti Et iterꝫ in eodē de eodē lucifero. ois lapis pretiosus operimentū tuū. p lapidē p̄ciosum videntur significari v̄tutes: ergo in prio statu habuit v̄tutes. ¶ Preterea de eodē ꝺ: tu plen⁹ sapiētia z decore in deliciis paradisi fuisti. Et beatus aug. de angelis dicit: simul cū diens naturā z largitēs gr̄am. ¶ Hoc idē potest p̄robari rōnib⁹ q̄m̄ angelus in prio statu aliqua lege ligat⁹ erat: aliter non potuisset peccare. z poterat demereri transgrediendo p̄cepta illius legis sicut patet ex euentu: ergo implēdo p̄cepta illius legis poterat mereri: sed mereri nō poterat nisi habēdo caritatē: ergo habebat caritatē. ¶ Preterea in primo statu aut diligebat deū c̄p̄tū debebat et sicut debebat aut nō. si sic: ergo ex caritate diligebat eū. q̄m̄ sola caritate sic diligit deus. si non: ergo omittebat hoc p̄ceptū quod erat scriptū in mēte sua. diliges dñm deū tuū. z̄c. ¶ Itē in prio statu angelus aut diligebat deū p̄pter se et super omnia aut nō. si sic ergo ex caritate. q̄m̄ meliori modo nō p̄t diligi de⁹. si non diligebat deū p̄pter se deū sed p̄pter se. i. p̄pter se angelū q̄ magis diligebat se c̄p̄ deū. ergo peccabat mortaliter. q̄m̄ ex hoc est pctm̄ cupiditatis. q̄m̄ ea magis diligitur creatura c̄p̄ creator: z similiter luxuria z hmōi. ¶ Solutio. p̄positiu⁹ z multi alij dixerunt q; angeli creati fuerūt in naturalibus et gratuitis. Et respondent ad illud qō dicit augu. q; angelica natura in prio statu fuit informis nō simpliciter: sed in cōparatiōe ad statū p̄firmationis. ¶ Nobis magis placet via cōis. s. q; nō habuerūt gratuita. Q; aūt ꝺ: Tu autē signaculū. z̄c. ꝺ: ppter naturalia p̄spicacissima q̄ habebat lucifer p̄e alijs angelis. Q; ꝺ: ois lapis p̄ciosus z̄c. per lapidē p̄ciosum angeli nō intelliguntur v̄tutes sed alij angeli qui in cōparatione sui ad ipsum ornabāt ipsum. q̄m̄ in cōparatione rex minus pulcrarū magis apparet pulchritudo pulcrioris. similiter cū dicitur tu plen⁹ sapiētia z̄c. intelligitur de sapientia quā habebat perspicaci ratione z de decore claritatis naturaliū. et de deliciis quib⁹ delectabat in deo per naturalē cognitionē z naturalē amorē. sicut aliquis delectatur naturaliter videndo p̄ratū viride. Quod aūt dicitur simul audiens naturā z largiēs gratiā intelligitur sic. simul dedit eis naturalia bona gratis.

In oppm̄ arguitur.

Sc̄o ez̄e.

Primā rō.

Sc̄a rō.

Tertia rō.

Solutio p̄positiui.

Opinio doctoris q; nō habuerunt charitatē.

Ad primū obiectum.

¶ Ad primo obiectū dicimus q; hoc argumētū nō valet angelus in primo statu habuit sufficienter vnde posset demereri: ergo hmōi sufficienter bene posset mereri. q̄m̄ plus exigit ad meritū c̄p̄ ad demeritū: q̄m̄ solus homo principiū est mali sed nō boni: q̄m̄ deus est principiū o⁹ boni. licz autē angelus nō haberet sufficienter quo posset mereri gratiā in primo statu habebat tamen quo posset mereri. s. liberū arbitriū quo poterat mereri accepta tñ gratia. ¶ Ad alīd dicimus q; angelus diligebat deū in primo statu c̄p̄tū debebat et sicut debebat ex eis q̄ data erant ei. i. ex naturalibus. diligebat ergo deū angelus c̄p̄tū debebat: et sicut debebat diligere tunc. nō tamē diligebat eū simplr̄ c̄p̄tū debebat vel tenebatur diligere: q̄m̄ habebat mandatū caritatis scriptū in mente sua. tenebatur ergo eū diligere ex caritate: sed nō nisi p̄ius accepta gr̄a. ¶ Ad illud dicimus q; angelus naturali dilectione magis diligebat se c̄p̄ deū. nec sequit̄: ergo peccabat mortaliter. Impediente fallacia sc̄m cōsequēs: q̄m̄ illa predicta se h̄it vt excedentia z excessa: quoniam dilectio qua aliq̄s diligit se plusq̄ deū q̄ libido est. i. q: vult frui creatura est pctm̄. talis dilectio est in luxuriosis/sup bis/cupidis: et hec dilectio innaturalis est. sed dilectio q̄ creatura diligit sup vtilitatē vel cōseruationē suā naturalis est: et licet tali dilectiōe diligat se creatura plusq̄ deū: tamē nō peccat in hoc q̄m̄ nō est ei datuz aliquid naturaliter quo diligat deū plusq̄ se nec per se supra se. ¶ Itē angelus cognoscebat z diligebat deū: ergo deus cadebat in eius intellectū z eius affectū: sed ita est in sensibilibus q; si dulce cadit in gustū nō infectū sed bene dispositum delectat ipsum. z p̄m q; magis dulce magis delectat: ergo cū summe delectabile caderet in affectum angeli siue in gustū eius spūalem nō infectum: sed bene dispositū summe delectabat ipm q̄m̄ si delectabile inc̄tū delectabile delectat: q̄ summe delectabile inc̄tū summe delectabile sūme delectat: ergo angelus in primo statu summe delectabat in deo: ergo sūme diligebat deū. sed sūma dilectio dei est caritas: q̄ diligebat deū ex caritate. ¶ Solutio. Cōcedim⁹ q; angel⁹ sūme delectabatur in deo c̄p̄tū ad stat̄ū: nō tamē sūme simpliciter: et hoc ideo cōtingebat q: gust⁹ spūalis non erat in angelo in optima z vltima dispositione. s. dispositione gratie. Erat quidē dispositus per ymaginē nō per similitudinē gratuitā: z ideo nō sūme delectabat angelus in deo simplr̄: sed summe delectabatur in eo p̄m capacitatē quā tunc habebat. ¶ Itē ois potentia magis se habet ad illud ad quod principaliter et per se est q̄ ad illud ad quod nec principaliter nec per se est: sed vis cōcupiscibilis se habet ad diligendū deū principaliter et per se: sed ad diligendū creaturā nec principaliter nec per se: q̄ magis se habet ad diligendū deū c̄p̄ ad diligendū aliquā creaturā: sed homo per eā solā potens est diligere aliquaz creaturā vltima dilectione. s. ppter se z sup oīa: ergo multo fortius per vim cōcupiscibilē solā. z per se potuit angelus diligere deū in primo statu vltima dilectione. s. ppter se z super oīa iz hoc est motus caritatis: ergo in primo statu angelus habuit caritatē et antea. ¶ Item sicut se habet

Arguit cōtra p̄dic. 1.

Solutio.

Arg. sc̄o.

Tertio.

habitus ad habitū ita potentia ad potentiā: sed habitus quo diligitur deus est maior q̄ habitus quo diligitur creatura. qm̄ sicut dicit augu. caritas magis diligit legē dei q̄ cupiditas milia auri et argenti: ergo potentia qua diligitur deꝰ magis se habet ad diligendū deum q̄ potentia qua diligitur creatura ad diligendū creaturā. ꝛ inde vt prius. ¶ Itē qō natura est tale magis est tale q̄ quod nō est tale natura: sed ille naturaliter diligit deū demonstrato aliquo auaro et nō naturaliter diligit diuitias mūdi ergo cōtra naturā: ergo magis diligit deū q̄ diuitias mundi. nō g̃ preponit diuitias mūdi deo: qō aperte falsuꝫ est

¶ Solutio. cōcedimus cōclusionē duarū primarum obiectionū. vis em̄ cōcupiscibilis magis se habet ad diligendū deū q̄ ad diligendū tpalia. qm̄ ad diligēdū deū se habet naturaliter ꝛ ex naturali sua intentione: ad hoc em̄ data est. ad diligendū autē temporalia nō fuit data. tamen talis facta est q̄ ea posset homo diligere tēporalia vel debito modo vel indebito modo. sicut em̄ intellectus habet apprehendere oīa ꝛ eterna et transitoria: sic vis cōcupiscibilis et annexa habet concupiscere ꝛ eterna ꝛ trāsitoria. ¶ Non valet autē hec argumentatio: ꝙcupiscibilis magis se habet ad diligendū deū q̄ ad diligendū tpalia: sed sola pōt diligere tpalia propter se ꝛ sup oīa: ergo et deū. quia nō cōcludit quod proposuerat. ppo fuerat em̄ de simplici dilectione: et ipse cōcludit de dilectione perfecta ad quā vis cōcupiscibilis nō magis se habet q̄ ad diligendū perfecte tpalia. ppter quattuor causas. Prima est qm̄ ad op⁹ perfecte dilectionis exigit̄ multiplex electio siue multipler deliberatio. ad actū autē vicij nulla exigitur deliberatio sicut dicit origenes q̄ virtus est tarda. viciū autē ꝑceps. Scōa causa est q̄ vis cōcupiscibilis se habet ad perfecte diligē dum deū tantū per mediā caritatē: qꝫ aliter non potest ferri supra se sed immediate se habet ad diligendū tēporalia. Tertia causa ast qꝫ deus modo non videtur: quia deum nemo vidit vnq̄. tēporalia autē aperte videntur. Quarta causa est fomes. dicim⁹ autē q̄ vis cōcupiscibilis nō habet se per se ad diligendū deū dilectione volūtaria: imo per apprehensionē ꝛ extrinsecū mouēs.

¶ Ad tertiū obiectū dicimus q̄ hoc nomen natura tripliciter accipitur sicut dicit boetiꝰ in li. de duab⁹ naturis ꝛ vna psona xp̄i. Primo modo dicitur natura principiū motus per se ꝛ nō scōm accidens. Scōo vnuscuiusq̄ rei specifica differētia. Tertio quelibet res q̄ intelligi pōt. Scōꝫ primā significationē intelligitur regula aristotelis. qꝫ sm̄ hoc intelligit̄ natura q̄ est principium alicuius rei per se. ¶ Scōꝫ hoc liberū arbitriū non est natura respectu suarū operationū. qꝫ non per se mouet ad opa interiora vel exteriora: est tamē natura sm̄ scōam significationē q̄ idē est q̄ ratio. Natura tamē sm̄ primā significationē posset dici sm̄ aliquē effectū quē per se elicit vel sm̄ aliquā dispositionē quā p se habet. Per hoc ptz solutio ad tertiā obiectionē. qꝫ scōm primam significationē vis cōcupiscibilis non se habet naturaliter ad diligēdū deū vel temporalia: sed extrinsecus mouens. scōm autē scōam significationem se habet ad vtrūq̄ naturaliter quia ex libero arbitrio quod est natura vt dictū est.

¶ Secundū capitulū primi tractatus.

Secundo capitulo q̄ritur vtrū angel⁹ naturali dilectiōe frueret̄ se. ¶ Qō ꝓbatur. qꝫ angelus in primo statu diligebat se ꝛ ꝓpter seipm̄: sed frui est amore inherere alicui rei ꝓpter se. g̃ angelus in primo statu fruebatur se: ergo fruebatur creatura. sed dicit Aug. per totū ꝛ solū malū hominis est frui creatura: ergo naturalis illa dilectio erit pctm̄. ¶ Itē dicit aug. in li. de ci. dei q̄ amor sui est fundamentū ciuitatis dyaboli: sicut amor dei est fundamentū ciuitatis dei. ergo amor sui pctm̄ est. ergo amor quo angelus diligebat se ꝓpter se pctm̄ erat. ¶ Sed videtur hoc impossibile: qꝫ delectatio est cōiunctio cōuenientis cū cōuenienti: sed nihil pōt cōiungi sibi: ergo nullus pōt delectari in se ꝓpter se: ergo nullus pōt se diligere amore libidinoso: ergo amor sui non potest esse peccatū ergo nō est fundamentū ciuitatis dyaboli. ¶ Solutio. amor naturalis sui ē ille quo quis vult sibi bonū. s. esse/viuere/intelligere. ꝛ talis amor non tendit nisi ad ꝙseruationē sui. qꝫ aūt dicitur amor sui. i. amor ꝓprie excellentie. et sm̄ hoc idem est q̄ superbia. ¶ Quandoq̄ amor sui ꝺr amor libidinosus huius vite tēporalis. sicut em̄ aliquis in diuitijs gl̄iatur. i. ꝓpter se delectatur vel in fortitudine quod ꝓhibetur per hie. ca. ix. Nō gloriet̄ diues in diuitijs suis: nec fortis in fortitudine sua. ꝛc. ¶ Ita qñq̄ aliquis ꝓpter se delectat̄ in vita ista temporali et trāsitoria et bene pōt contingi vite sue per apprehensionē: qꝫ per apprehensionē cōtingitur homo rei etiā nō existenti qñq̄. vt cū aliqs delectatur in spe alicuius boni qō nō habet nec vnq̄ habebit. ¶ De tali amore dicit greg. q̄ est filia luxurie et pōt dici q̄ amor sui in secunda vel tertia significatione est fundamentum ciuitatis dyaboli: quia magis se habet homo ad diligēdū se q̄ ad aliud: ꝛ ideo homo corrupt⁹ citi⁹ ꝛ vehementius diligit se amore libidinoso q̄ aliud.

Capitulū tertium primi tractatus.

Circa tertiū capitulū q̄rit̄ vtrū illa dilectione de via faceret̄ finē: ꝛ de creatura deū suū. ¶ Videtur q̄ sic: qꝫ dicit aug. ve illis qui diligunt nutus tuos pro terra. Nutus dei sūt oēs creature. peccant igitur amatores mūdi qꝫ de nutu facīt rē: de via finē: ergo naturalis dilectio si ꝓprehendit nutū ꝓpter viam pro fine pctm̄ est. ¶ Preterea gulosus de vētre facit deū suū: qꝫ facit ipsum suprem̄ finem sibi. Eodē modo auarus thesaurū diuitiaꝝ facit sibi deū: qm̄ diligit eas ꝓpter se: ergo cū homo naturali dilectiōe diligat se ꝓpter se et faciat se suprem̄ finē sue dilectionis. restat q̄ ipse tali dilectione facit se deū suū: sed constat q̄ ipse nō ē verus deus suus: ergo tali dilectiōe peccat: qm̄ nobis ꝓcipitur. Abijcite deos alienos de medio vestri. ¶ Itē angelus naturali dilectiōe diligebat se ꝓpter se et nō ꝓpt deū illa ergo naturalis dilectio excludebat vltimū finē: ergo in ea erat ꝓuatio speciei: qꝫ omnis actus voluntatis species est et relatio ad deū: ergo in illa dilectione erat malitia. g̃ illa dilectio erat pctm̄. ¶ Solutio. Dicimus q̄ naturali dilectiōe q̄ diligit se homo ꝓpter sui vtilitatē nō peccat: qm̄ illa dilectione nō fruitur se nec tendit ad fruendū se quod est seipsum facere finē sibi suprem̄ ꝛ seipsum facere sibi deū. Cum em̄ bonū naturaliter sit finis oīm: tunc hō facit creaturā sibi suprem̄ finē ꝛ deū sum qñ diligit eā vt sūmū bonū. i. vt delectetur in ea ꝓpter se: sed cum diligit creaturā ꝓpter naturalē aliquā vtilitatē. talis dilectio nō excludit vltimū finē: sed ex hoc q̄ se diligit ꝓpter suā vtilitatē pōt peruenire ad hoc vt vere diligat deū. cū autē vere diliget deū tūc perfecte diliget se ꝓpter suā vtilitatē: qm̄ omne aīal mundū findit vngulā. ¶ Per vngulā significatur finis volūtatis siue operis: qꝫ oia desideria et opera nostra debemus referre ad gloriam dei ꝛ vtilitatē nostrā: qm̄ hoc vult deus vt eius sit gloria. sicut ipse dicit ꝙ ysaiā. ca. xlij. Gloriā meā alteri nō dabo. ideo cātamus ei quotidie gloria patri ꝛc. in fine psalmorum per quos intelligitur operatio. Utilitatem autē vult deus esse nostrā qm̄ ipse bonorū nostrorum non eget. et ideo patet q̄ dilectio naturalis non est contraria caritati nec repugnans ei: sed pōt esse via ad ipsaz. ¶ Per hoc patet solutio ad duo obiecta. ¶ Patet etiā solutio ad tertio obiectū: qꝫ licet illa dilectio naturalis careret debito fine non tamen excludebat debitū finem quia susceptibilis erat illius sicut contingit in actionibus in differentibus.

¶ Quartum capitulum vtrum illa dilectio fuerit symoniaca.

Circa quartū capitulū sic obicit. Angelus in ꝓio statu diligebat deū non ꝓpter deū sed ꝓpter seipz siue ꝓpter suā vtilitatē: ergo illa dilectiōe intendebat acquirere rem tpalē siue suā vtilitatē: ergo illa dilectio est symoniaca qm̄ ex eo est symonia et pctm̄ q̄ aliqs aliq̄d intendit acquirere tēporale pro spirituali. Ideo pro maximo spirituali intendebat acquirere tēporale: g̃ illa dilectio erat marie symoniaca ergo erat peccatū. ¶ Forte ad hoc dicet aliquis q̄ licet hoc ꝙ spūali intēderet acquirere tēporale tamē in hoc nō peccabat qm̄ illō nō intēdebat ex cupiditate. ¶ Sed cōtra. si aliquis eps nō habens vñ sustētaretur vēderet vel intēderet dare alicui prebendam ꝓ re tēporali: hac intētiōe tm̄ vt ex illo tēporali sustentaret̄: cōmitteret symoniā. hoc nō est dubiū licet illud nō intēdatur ex cupiditate. eadē ratione et in dilectione naturali erit symonia: ergo ipsa est peccatū. ¶ Propter cōsimiles obiectiones q̄ infinite possūt hic fieri direrūt quidam: ꝛ adhuc dicūt multi q̄ angelus siue adā in principio diligebat se nō ꝓpter se sed ꝓpt deū et deū ꝓpter deū tantū ꝛ q̄ naturali dilectiōe diligebat deū ꝓpter se et super omnia. ¶ Nō nituntur quidam ꝓbare sic. naturali dilectione nō diligit quis nisi suā vtilitatē: hoc em̄ est diligere se: ergo maiorē sui vtilitatē magis diligit: g̃ summā vtilitatē sūme diligit. deus autē sūma est vtilitas creature siue sibi sūme vtile: ergo naturali dilectione sūme diligit deū ergo diligit deū ꝓpter se et super oīa: vel ad minus diligit deuz equaliter sibi cū diligat deū sūma dilectiōe et se summa dilectione. ¶ Itē hoc preceptū diliges deū. ꝛc. est preceptū morale: ergo erat scriptū a natura in mente angeli in primo statu: ergo naturaliter instituz erat angelo diligere deum ex toto corde. ꝛc. ergo naturali dilectione diligebat deū ꝓpter se ꝛ sup omnia. ¶ Sed contra. angelus in primo statu diligebat deū ꝓpter se et super omnia: sed hmōi dilectione dilector integer rectā estimator est qui iuste estimationi nec aliquid addit nec aliq̄d detrahit. talis est qui iuste ꝛ sancte vuit sicut dicit aug. in ꝓio li. de doctrina x̄piana. ergo sola dilectione naturali iuste ꝛ sancte viuitur: quod ē hereſis pelagiana. ¶ Preterea excellētissimus mod⁹ diligēdi deū est diligere deū ꝓpter se ꝛ sup oīa: sicut dare elemosinā est q̄dā actus informis sed per circūstātias format̄. vt si quis det elemosinā dando q̄tū debet/ qñ debet/ et cuius gr̃a debet: talis motus est informat⁹ talibus circūstātijs. Similiter diligere est motus informis secundū se: sed si apponātur circūstātie scz ꝓpter se ꝛ sup oīa plenissime erit formatus qm̄ nō sunt alique circūstantie q̄ possint addi vt meliorē efficiant motū illū ergo talis motus diligendi deū est excellentissim⁹ vt nichil bonitatis possit addi: ergo talis mot⁹ diligēdi deū est gr̃e non nature. ¶ Solutio. dupler dilectio naturalis scz volūtaria ꝛ inuolūtaria: siue naturalis rationalis ꝛ irrationalis. Est autē dupler dilectio inuolūtaria. vna quā habem⁹ cōem cuz brutis q̄ homo diligit se. i. vitā suā salutē ꝛ sanitatē et cōseruationē illoꝝ: qm̄ tali amore diligim⁹ mēbra nostra et magis diligimus magis necessaria: vt caput ꝓ quo ꝙseruādo exponimus cetera mēbra. tali dilectiōe diligūt se bruta q̄ per vim estimatiuā fugiūt nociua ꝛ appetūt innocua: ꝛ ea q̄ cōseruāt esse vel bene esse: talis dilectio nō pōt esse pctm̄ qm̄ nō est volūtaria nec pōt esse voluntaria. oē autē pctm̄ est voluntariū. Est aūt dilectio naturalis inuolūtaria q̄ ꝓprie est hoīs siue humane nature qua naturaliter aīa diligit sūmū bonū appetēs beatitudinē sine oī deliberatiōe ꝛ preelectione. ¶ Quoniā sicut dicit tullius: de⁹ est vox nature. ¶ Et sicut dicit boetius: de⁹ ē bonum qō ab oībus desiderat. ¶ De ista dilectiōe dicit eccle. cāti. iij. In lectulo meo per noctes q̄siui quē diligit aīa mea. ¶ Et aug. deum diligit q̄cq̄d diligere pōt. Hec igit̄ dilectio: qꝫ est irrationalis ꝛ inuolūtaria nō pōt esse pctm̄. ¶ Dilectio aūt volūtaria diuiditur in duas. s. in cōcupiscētiā ꝛ in auaritiā seu benuolentiā. Cōcupiscētia est dilectio qua diligim⁹ oē illud quo frui appetim⁹ vel quod habere volum⁹: sicut aliqs dicitur diligere vinū qꝫ appetit frui eo. Dilectio quedā amicitia est qua diligim⁹ oē illud cui bonū volumus. i. cuius bonis cōgratulamur. vter q̄ dile

Augustin⁹.
Quarto.
Solutio duarū primarū obiectionū
Nota.
Nota de libero arbitrio.
Origenes.
Ad tertium obiectum. Naturaliter tripliciter accipitur.
Solutio ad q̄situm.
Quid ē vngulā fidere
Esa. 42.
Ad duo prima obiecta
Ad tertiū.
Primarō.
Qꝫ sic.
Augustin⁹.
Solutio.
Amor sui quid est.
Idiere. 9.
Gregorius
Tertiarō.
Qꝫ sic.
Primarō.
Augustin⁹.
Scōarō.
Qꝫ sic.
Scōarō.
Scōarō. opinionis.
Impropatio pdi. opinionis.
Scōa improbatio.
Probatio.
Solutio ad q̄situm.
Dilectio multiplex.
Pctm̄ est voluntariū
Tullius.
Boetius.
Canticoꝝ.
Augustin⁹
Duplex dilectio volūtaria.
Cōcupiscētia.
Amicitia.
Caullatio
Replica cōtra caullationem.
Opinio q̄rundam.
Nō opinionis

ctione siue cōcupiscētia siue benivolentia diligimus deū per naturā sine adiutorio gratie et per gratiā. per naturā vero qñ est inducta per creaturarū testimonia qñ creature sūt sufficiētes ad inducendū testimonia de suauitate dei per q̄ concupiscentiā aliquā possūt accēdere in aīa hūana sicut habetur sapientie. xiij. et talis cōcupiscentia inducta testimonijs creaturarū est amor quo diligit deus p modū nature. ¶ Sic possūt creature persuadere deū esse dignū cui bonū diligat z cuius bonis cōgaudeat dū ostendunt nobis et clamāt q̄ ipse fecit nos z nō ipsi nos: z q̄ oīa visibilia fecit propter nos. z sic inducūt in nobis dilectionē que ē amicitia vera ad deū: z talis amor dei naturalis est q̄ per naturalia acq̄sit⁹ sine gr̄a gratū faciente: nec tñ est symoniacus qñ natura nō facit ipsum viā ad acquirendū aliquid aliud. ideo tali amore volumus deo sūmū bonū et eius bono cōgratulamur: licet inde nihil boni nobis accidat. ¶ Sicut amor quo pater diligit magistrum filij sui propter filium suum. ille amor est gratuit⁹ ex parte cause finalis: licet sit inductus ab amore filij qñ vult ei bonū. licet nihil cōmodi inde ei proueniret. ¶ Ex hoc patet solutio ad primū. q̄ scz amor naturalis quo diligit deus nō est symoniac⁹ sicut amor cupidorū q̄ diligūt deū propter nūmū ordine peruerso sicut dicit augustinus. Et ideo amor naturalis quo diligitur de⁹ gratuit⁹ est ex parte cause finalis. non tamen est o῀no gratuitus qñ nō est gratuitus ex pte cause efficiētis cū sit inductus a rōnibus naturalib⁹ et innatis illis: sed amor qui ē caritas siue sit cōcupiscentia siue amicitia gratuitus est ex omni parte ¶ Ad scōm dicim⁹ q̄ ille amor naturalis quo diligit aīa humana deū sicut sibi optimū siue sicut suā sūmā vtilitatē ille idē amor est amor quo diligit se homo ¶ Est em̄ regula gn̄alis q̄ omnis amor qui est cōcupiscētia diligēs se diligit illud quicquid aliū illo diligit. Et dicim⁹ q̄ illo amore diligit homo deū sūme scōm statū in quo est. s. scōm possibilitatē nature Similiter angelus in primo statu tali dilectiōe deū diligebat naturaliter nec magis nec min⁹ q̄ se: nec equaliter). sicut iste nō magis diligit dulce q̄ vinū vel minus vel equaliter. z hoc contingit: quia ex eadem dilectione numero z eodē modo se habente q̄ diligit dulce diligit vinū. Quod aūt dictū est supius q̄ homo magis diligit se q̄ deū naturali dilectiōe: dictū est de dilectione amicitie qua diligit de⁹. ¶ Ad vltimo obiectū dicim⁹ q̄ hoc preceptū diliges dominū ex toto corde zc̄. institū est in corde hois q̄ tum ad scientiā nō q̄tū ad faciēdi potestatē. qñ hec est potestas solius gratie vt per eam diligat homo deū plusq̄ se. z vt leuet se supra se. trenor. iiij. ideo dicimus q̄ nō valet hec argumentatio. hoc preceptū diliges dñm deū tuū zc̄. erat scriptum in mente angeli naturaliter: ergo naturaliter erat ei institū diligere deū ex toto corde zc̄. qñ differentia est inter legē z gratiā. qñ lex docet quid faciendū: gratia dat potestatē. vnde debet concludere: ergo naturaliter erat ei institū q̄ deus erat diligēdus ex toto corde, zc̄. erat enim per solam cognitionē: sed non per operationem. hoc enī erat solus gratie vt diligendo deū plusq̄ se leuaret supra se.

Inducit q̄s ad diligēdū deū p̄ creaturas.

Amor naturalis sine gratia.

Optimū exemplum.

Ad primū.

Ad scōm.

Alia gn̄alis

Ad vltimū.

¶Quintū capitulum primi tractatus.

QUinto capitulo q̄ritur sic. vtrū naturalis dilectio qua diligebat angelus deū in prio statu erat ordinata aut inordinata. ¶ Probat aug. in li. de doctrina xpiana assignat talē ordinē caritat⁹ prio debem⁹ diligere deū. Scdo nos. Tertio illud quod iurta nos est. Quarto corpus prio priū. Dilectio ergo naturalis aut tota est ordinata scdz hunc ordinē: aut aliq̄d habet cōtra hunc ordinē. Si primū ergo est simplr ordinata. si secundū/ergo est inordinata. ergo naturalis dilectio aut est ordinata aut inordinata. Sed augu. dicit q̄ ordinata dilectio caritas est: ergo si naturalis dilectio est ordinata ipsa est caritas: et si inordinata est pctm̄. cū ordo caritatis sit in pcepto. g̃ naturalis dilectio aut est caritas aut peccatū. sed cōstat q̄ nō est pctm̄: ergo ipsa est caritas. et ita angeli in primo statu habuerūt caritatem. ¶ Itē angelus tenebat diligere deū ex caritate in primo statu: ergo tenebatur diligere deum pluscz̄ se z diligebat deū minus q̄ se z se magis q̄ deū. ergo peccabat. ¶ Preterea illa dilectio erat iniusta: estimatrix z ponderatrix dei: q̄ magis diligendū minus diligebatur ea: et min⁹ diligendū magis: ergo erat peccatū. ¶ Solutō Dilectio naturalis angeli in primo statu differebat a caritate in duobus tantū scz in causa efficiente siue originali z causa inducēte siue motiua. Causa em̄ efficiens naturalis dilectionis est sola potentia. Causa inducens siue mouens sūt bona tēporalia: neutrū autē istor neq̄ ista simul faciunt contrarietatē dilectiōis ad dilectionē: sed solus finis dilectionis. Unde dilectio qua tēdit creatura ad fruendū creatura vel ad delectandū in ea est cōtraria dilectioni qua quis fruitur deo vel tendit ad fruendū eo propter se. vndevna ista rum est pctm̄: alia est virtus. Dilectione aūt naturali qua diligitur deus delectat aīa in deo: et ita naturalis dilectio nō repugnat q̄tū ad finez causati. imo potius cōuenit cū ea. et ideo non ē ei contraria licet sit disparata patet igit q̄ naturalis dilectio nec est inordinata p̄m q̄ inordinata notat vicium vel cōtrarietatē respectu caritatis ordinate: sed non ex toto ordinata. silr hec propositio est falsa quā ipse ponit. naturalis dilectio aut est ex toto ordinata p̄m hunc ordinem: aut habet aliquid contra hunc ordinē. q̄ re vera nihil habet cōtrariū huic ordini sed disparatum vt patet ex predictis. silr illa dilectio nō est iusta estimatrix dei: qm̄ hec dictio iniusta importat vicium: sed non est cuiuslibet rei iusta estimatrix. quod si esset: esset caritas.

Ordo charitatis p̄m augustī.

Q̄ angelorū dilectio fuit ordinata aī. i.

Secundo.

Tertio.

Solutio.

¶Sextum capitulum primi tractatus.

ORca vltimū capitulū. videtur q̄ dilectio qua diligebat angelus deū in prio statu: erat eiusdē speciei specialissime erat eiusdē cū caritate. p̄batio. Illa dilectione naturali diligebat idem ꝓpter idem quod diligitur

Q̄ dilectō

ritate.

caritate. s. deus propē se z proprie idē propter se g̃ illa dilectio erat eiusdē speciei specialissime cū caritate. Hec argumentatio est necessaria vt ptz in alijs affectionibus. sed nihil ē eiusdem speciei specialissime cū caritate quod non sit caritas: sicut nihil est eiusdē speciei specialissime cū albedine quod nō sit albedo. z sic de oībus sibi. g̃ naturalis dilectio est caritas. ¶ Ad hoc dicendum q̄ actus dilectionis naturalis et actus caritatis sunt eiusdē speciei specialissime: non tñ habitus ex quibus insurgūt vel pcedunt illi actus sunt eiusdē speciei. habitus em̄ nō sunt ad simpliciter agere sed ad facile agere: et vbi habitus explicat aliā difficultatē est alterius speciei. z ideo quia habitus caritatis explicat talē difficultatē qualē nō pōt explicare naturalis dilectionis habitus: habitus qui est caritas est alterius speciei g̃ naturalis dilectio. sicut patet in largitate z pdigalitate qui sunt diuersi habitus diuersarū specierū propter difficultatē specialē quam expetit largitas: et tamen ex eis surgunt actus eiusdem speciei scilicet dare danda.

Solutio.

¶Secundus tractatus secundi libri de statu malorū angelor̄ et cōtinet septē capitula.

Diuisio tractatus per capitula.

IStū est de primo statu angelorū: qui fuit stat⁹ innocētie. scōs stat⁹ malor̄ angelorū fuit stat⁹ culpe. scōs stat⁹ bonorū angelor̄ status gloríe. ¶ primo dicendū est de scōo statu malorū angelorū. Circa quē septē principaliter sūt inuestigāda. prio vtrū malus angelus potuit prescire casū suum. Scōo de primo pctō angeli vtrū fuerit peccatū omissionis: an pctm̄ actuale. s. pctm̄ superbie. Tertio que fuerit causa illius pcti. Quarto quare nō perseuerauit lucifer in bono siue cōditiōis. Quinto quod fuit pctm̄ aliorū angelorū. Sexto quare p ctm̄ malorū angelor̄ siue demonū fuit irremediabile. Septimo vtrū malus angelus quolibet motu suo peccet. Primū capit⁹. ¶ Q̄ malus angelus nō prescivit casum suū aperte dicit augu. qm̄ scientia est fructus pietatis: z cum angeli pij essent nō debuit eis dari ad dānū/sed ad fructū.

Aug⁹ scientia est fructus pietatis: q̄ ex bonitate dei est q̄ ipse pijs cōfert scientiā ad fructū/nō ad dānū. Sed aplus in epistola ad Thimotheū. 2. Thimo. 2 ca. iij. dicit q̄ deus nō pōt negare seipsū. et ideo nō potest negare iusticia cū ipse sit iusticia. ergo eodē modo nō pōt negare bonitatē: cū ipe sit bonitas. sed opus bonitatis est conferre pijs scientiā ad fructū/nō ad damnū: ergo dñs non potuit conferre angelis pijs scientiā cōtrario modo: g̃ nō potuit eis cōferre scientiā ad damnū: g̃ nō potuit eos facere prescios sui casus: q̄ sic coegisset eos desperare z dolere. ¶ Dixerūt igit quidā q̄ dñs potuit eis reuelare suū casū: tñ ipsi non potuerūt prescire suū casū: qm̄ nō habebāt potestatem sciendi hoc: sed dñs cōferret eis talē scientiā bene posset. sicut modo nō habeo ptātez faciendi miracula: sed dñs posset cōferre mihi z tūc haberē. ¶ Hec solutio improbat per predictas obiectiones. ¶ Ideo videtur q̄ angelus nō potuit esse prescius sui casus: nec deus potuit eis reuelare suū casum. Hec valet hec argumentatio. de⁹ potuit eis predicere suū casū ergo potuit eos certificare de suo casu. Est em̄ fallacia fm cōsequens a superiori ad inferius affirmando. ¶ Si autē deus dixisset angelo: tu per supbiā cades. angelus debuit intelligere hoc parabolice. dictum. sicut apostoli putabāt sepe dñm parabolice loqui: cū tamē non loq̄rē parabolice. ¶ Vel sub conditione sicut niniuite intellexerūt verba Jone cū dixit capi. iij. Adhuc quadragita dies et ninive subuertēt. qm̄ intellexerūt nisi penitē rent. ¶ Eodē modo debuit petrus itelligere qm̄ dominus dixit ei. ter me negabis nisi caueris tibi. ¶ Vel credere q̄ dñs loqueretur parabolice similiter intelligendū est de angelo si deus dixisset ei. tu cades per supbiā. ¶ Ad primo obiectū dicimus q̄ non habet rōnalis creatura iudicare nisi de his q̄ sub ipsa sūt. q̄ ergo oīa visibilia subiecta sūt angelice nature: ideo preuiderūt in verbo creaturas faciendas anteq̄ fierent. vñ Gen. ij. 02 q̄ dñs addurit oīa aīalia ad adam: vt videret q̄d vocaret ea. sed de supiorib⁹ vel paribus nō habet iudicare rōnalis creatura. ¶ Unde nō vident angeli ea q̄ sunt liberi arbitrij nisi ex q̄rebus eis a deo. sicut patet in angelo danielis cui restitit angelus persarū. Daniel. xij. Ideo licet angel⁹ viderit alias creaturas anteq̄ fierēt: tñ casus suū preuidere nō potuit vñ apūs. i. ad Corinth. iiij. sed neq̄ meipm iudico. ¶ Ad scōo obiectū dicitur q̄ non valet hec argumentatio.

Aug⁹ scientia est fructus pietatis: q̄ ex bonitate dei est q̄ ipse pijs cōfert scientiā ad fructū/nō ad dānū. Sed aplus in epistola ad Thimotheū. 2. Thimo. 2 ca. iij. dicit q̄ deus nō pōt negare seipsū. et ideo nō potest negare iusticia cū ipse sit iusticia. ergo eodē modo nō pōt negare bonitatē: cū ipe sit bonitas. sed opus bonitatis est conferre pijs scientiā ad fructū/nō ad damnū: ergo dñs non potuit conferre angelis pijs scientiā cōtrario modo: g̃ nō potuit eis cōferre scientiā ad damnū: g̃ nō potuit eos facere prescios sui casus: q̄ sic coegisset eos desperare z dolere. ¶ Dixerūt igit quidā q̄ dñs potuit eis reuelare suū casū: tñ ipsi non potuerūt prescire suū casū: qm̄ nō habebāt potestatem sciendi hoc: sed dñs cōferret eis talē scientiā bene posset. sicut modo nō habeo ptātez faciendi miracula: sed dñs posset cōferre mihi z tūc haberē. ¶ Hec solutio improbat per predictas obiectiones. ¶ Ideo videtur q̄ angelus nō potuit esse prescius sui casus: nec deus potuit eis reuelare suū casum. Hec valet hec argumentatio. de⁹ potuit eis predicere suū casū ergo potuit eos certificare de suo casu. Est em̄ fallacia fm cōsequens a superiori ad inferius affirmando. ¶ Si autē deus dixisset angelo: tu per supbiā cades. angelus debuit intelligere hoc parabolice. dictum. sicut apostoli putabāt sepe dñm parabolice loqui: cū tamē non loq̄rē parabolice. ¶ Vel sub conditione sicut niniuite intellexerūt verba Jone cū dixit capi. iij. Adhuc quadragita dies et ninive subuertēt. qm̄ intellexerūt nisi penitē rent. ¶ Eodē modo debuit petrus itelligere qm̄ dominus dixit ei. ter me negabis nisi caueris tibi. ¶ Vel credere q̄ dñs loqueretur parabolice similiter intelligendū est de angelo si deus dixisset ei. tu cades per supbiā. ¶ Ad primo obiectū dicimus q̄ non habet rōnalis creatura iudicare nisi de his q̄ sub ipsa sūt. q̄ ergo oīa visibilia subiecta sūt angelice nature: ideo preuiderūt in verbo creaturas faciendas anteq̄ fierent. vñ Gen. ij. 02 q̄ dñs addurit oīa aīalia ad adam: vt videret q̄d vocaret ea. sed de supiorib⁹ vel paribus nō habet iudicare rōnalis creatura. ¶ Unde nō vident angeli ea q̄ sunt liberi arbitrij nisi ex q̄rebus eis a deo. sicut patet in angelo danielis cui restitit angelus persarū. Daniel. xij. Ideo licet angel⁹ viderit alias creaturas anteq̄ fierēt: tñ casus suū preuidere nō potuit vñ apūs. i. ad Corinth. iiij. sed neq̄ meipm iudico. ¶ Ad scōo obiectū dicitur q̄ non valet hec argumentatio.

Q̄ sic. Primarō. Scōarō. Tertiarō. Ro. 9. In oppm. Primarō. Scōarō.

Opinio q̄rūdam.

Improbatio predic. opinionis.

Resolutio doctoris.

Si tenebat petr⁹ credē casum suū.

Ad primū.

Ad scōm.

¶Ad tertio obiectū dicendū q̄ si deus creasset angelū in misero statu: duo cōtradictorie opposita seq̄rent. sicut ex hoc q̄ dñs puniret aliquem eternaliter sine culpa: sequeret q̄ esset iniurios⁹. et sic soluitur tertia obiectio. ¶ Itē dictū est q̄ dñs nō potuit reuelare lucifero casum suū in statu inocētie. qm̄ si hoc esset: pena p̄cederet culpā sed cōstat q̄ dñs multotiens infligit hoib⁹ penā sine culpa vt martyribus: postq̄ purgati erāt ex toto ab omni culpa infligebat eis dñs multa tormenta. ergo nō est cōtra bonitatē dei q̄ deus inferat penā sine culpa/vel ante culpā. ergo in sta-

Ad tertiū.

Replica et alia obiectō

tu innocētie potuit angelo inferre penā sine culpa: ergo nulla ratio impedit qui potuit reuelare eis suā dānationē. ¶ Solutio. Est pena promouens: z pena suffocans. Pena promouēs est que purgat/instruit/z cōfirmat: z sunt flagella tribulationū. talē penā potest dñs infligere sine omni culpa. Pena aūt suffocans trahit ad desperationem. talē nō pōt deus infligere maxime sine culpa p̄cedente: qm̄ trahere aliquē ad desperationē nulla culpa precedente esset cōtra bonitatē dei. z hac ratione dicitur q deus habenti caritatem nō potest reuelare suam damnationem.

Solutio. Duplex pena.

¶ Secundum capitulum scōi tractatus.

Aūctio magistrox̄um. Obiectio cōtra solu.

CIrca scōm capitulū de p̄io pctō luciferi. Queritur vtrū scz fuerit pctm̄ omissionis: an pctm̄ actuale supbie. z que fuerit causa illius pcti. ¶ Dicunt magistri q ideo peccauit q: voluit esse similis deo. sicut ipse lucifer dixit ysaye. ca. xiiij. Ascēdam in celū/z ero similis altissimo. ¶ Sed ǒtra. hoc est qō deus maxime expetit vt simus similes ei. ergo non peccauit lucifer eo q voluit esse similis ei: q: tenebaf velle hoc: g̃ non ppter hoc fuit dānatus. ¶ Solutio. multiplex est similitudo: scz nature de qua dicit lucifero in ezechiele. xviij. Tu signaculū similitudinis: eius fuisti. Est similitudo gr̃e: qm̄ sicut pctm̄ facit hominē dissimilē deo: ita gr̃a facit similē. ¶ Est similitudo gloxie: de qua dr̄ iohānis prime. ca. iij. Carissimi/filij dei sum⁹ sed nōdū apparet qd erim⁹: sed cum apparuerit scimus q erimus similes ei. ¶ Est itex̄ similitudo equiparātie quā appetijt lucifer qm̄ voluit equiparari deo: volēs p̄esse z nō subesse. volens autē excellētiā diuinā voluit rapere diuinitatē. z ideo amisit felicitatē. ¶ Sz cōtra. dicit em̄ anselm⁹ id appetijt qō habuisset si perseuerasset: scz btitudinē eternā. ¶ Solutio in hoc peccauit quia ante tp̄s z sine datox̄e voluit hoc z sine laboxe vel merito. z i hoc voluit deo equiparari. ¶ Sed cōtra. angelus habuit rōnē perspicacissimā: ergo bene sciebat creaturā non posse eq̄parari suo creatox̄i: g̃ nūq̄ appetijt hoc.

Solutio. Multiplex similitudo. Ezechie. Prīa iohānis, ca. iij.

Replicatur Solutio.

Obiectio.

Solutio. Dicimus q bene sciebat hoc in habitu: sed ipse cōsiderauit pulchxitudinē suam nec contulit hoc. z ideo appetijt hoc. ¶ Itē auctoxitates et magistri concoxdāt in hoc q supbia fuit primū pctm̄ angeli ppter qō cecidit. ¶ Sz ǒtra ideo cecidit prim⁹ angelus q: considerauit pulchxitudinē suā z nō cōtulit: ergo tenebaf conferre. Quod etiā p̄obaf sic. ipse tenebaf vitare motum supbie: z nō poterat nisi p̄ferēdo' siue ratiocinādo: ergo tenebaf cōferre z nō contulit: ergo omisit. ¶ Preterea tenebaf vitare z nō vitauit: g̃ omisit. ¶ Itē ratio est rex̄ in regno aīe. sicut dicunt auctoxitates z sancti. ergo ratio tenebatur regere in angelo oēs motus sicut in hoīe. z nō regebat qm̄ necesse fuit: ergo omisit. ergo peccatū omissionis fuit in angelo qm̄ primo peccauit per supbiā. et illud naturaliter p̄cessit pctm̄ supbie. qm̄ ideo superbiuit q nō cōtulit: z nō ecōuerso. g̃ pctm̄ supbie nō fuit primū pctm̄. ¶ Ad quod p̄cedūt quidā dicētes q quicūq peccat actualiter peccat omittēdo. vt ille qui fornicaf peccat eo q nō vitat fornicationē. Ad quo dicit a sctis q superbia fuit primū pctm̄ angeli dicunt q hoc debet intelligi de pctō actuali tantū. ¶ Sed cōtra. angelus qm̄ primo peccauit cōsiderādo suā pulchxitudinē nec contulit tūc etiā habebat liberū arbitrium ad bonū z ad malū: ergo nō erat necesse tunc q ipse p̄ferret: q: sine omni collatiōe poterat ipe flectere liberū arbitrium ad bonū: ergo nō tenebaf tūc cōferre: ergo nō omisit eo q nō cōtulit. z ita nō fuit illud pctm̄ omissionis. ¶ Preterea. bonus angel⁹ cōfirmatus modo pōt cōsiderare pulchxitudinē suā etiā nō cōferendo: z tū nō mouebitur motu superbie. ergo talis p̄sideratio etiā sine tali collatiōe nō est necessaria causa supbie. g̃ nec in lucifero fuit necessaria causa supbie. z inde vt p̄ius. ¶ Preterea. si eo q cōsideauit pulchxitudinē suā z nō cōtulit/necesse fuit ipsum supbire: ergo supbia habuit in eo necessariā causam. nō nisi bonā: quia nihil erat in eo nisi bonū: ergo bonū fuit in eo necessaria causa mali. quod ē impossibile. qm̄ inde seq̄ref q supbia nō esset ei imputāda. ¶ Propter hmōi rōnes dicimus' q nulla fuit omissio in lucifero qm̄ primo supbiuit. Dicimus ergo q hec est falsa: tenebatur tūc cōferre q: aliter q̄ cōferendo poterat liberū arbitrium nō flectere ad malū: quia cōsideratio sue excellētie potuit esse via ad laudē dei vel ad reuerentiā etiā sine collatione. Hec aūt est duplex tenebaf vitare motū supbie. si hoc verbū vitare sit tantū p̄uatiue vera est sub hoc sensu. id ē tenebaf non moueri motu supbie. si autē hoc verbū vitare signficet positiue aliquē motū: falsa est vt ptx̄ predicta. ¶ Ad tertio obiectū dicim⁹ q hec ē falsa: ratio nō regebat oēs motus in angelo qm̄ necesse fuit. q: tunc non erat necesse cum alio modo posset euadere quēlibet motū malū. bonū tm̄ et expediens fuisset si cōtulisset: et per rōnē motus suos in deū retulisset. ¶ Itēvideē posse p̄obari q supbia nō fuit p̄ix̄ pctm̄. q: nullus appetit nisi bonū/vel apparens bonū: nullus em̄ appetit aliquid nisi estimet illō bonū. sicut patet i oue q̄ nō fugit lupū nisi estimet eū sibi nociuū: cū em̄ estimat de lupo q sit canis/nō fugit. eodē modo vis⁹ nō appetit mel: nisi estimet sibi dulce. ¶ Ex his similibus colligitur q nihil appetiē nisi estimeē bonū: ergo angelus quādo appetijt esse sicut deus estimauit esse sibi bonū: ergo credidit q bonum erat se p̄esse z non subesse. sed hoc credere erat pctm̄ infidelitatis: q: vera fides dicit q quilibet debet z teneē subesse deo. ergo peccatū infidelitatis fuit in lucifero qm̄ appetijt esse sicut deus z primo. q: regula est q estimatio p̄cedit appetitum: nō ergo pctm̄ superbie fuit primum in ipso.

Aūctio magistrox̄um. Obiectio cōtra solu.

Secūda rō.

Tertia rō.

Solutio doctoris z recolutio.

Soluit secundum.

Ad tertio obiectum.

Optima obiectio.

¶ Itē homo nō pōt peccare mortaliter qui primo peccet per cōsensum anteq̄ per appetitū: sed per em̄ est cōsensus primū pctm̄ vt patet per singula. eadā rōne angelus nō potuit peccare mortaliter: nisi p cōsensū p̄io peccet: g̃ lucifer prius peccauit per cōsensum q̄ per appetitū: g̃ appetitus ille siue supbia nō fuit in eo primū peccatū.

Alia ratio.

Solutio.

¶ Solutio. Dicimus q re vera lucifer estimauit bonū illud qō appetijt: sed nō oportet q estimauerit bonū illud/bonū sibi. sicut aliquis videns pulchā mulerē appetit illā per estimationē solam: quia estimat eam delectabilē. Apprehēsum em̄ delectabile (vt dicit aristoteles) mouet. nō dicit q apprehensum delectabile sibi moueat subiectū: z ita nō oportet q ibi p̄cedat peccatū infidelitatis. ¶ Ad scōo obiectū dicim⁹ q naturaliter anteq̄ appeteret p̄esse z nō subesse cōsensit in illū appetitū: z ille consensus fuit mortale peccatū. sed erat idem pctm̄ cum illo appetitu. sicut consensus in pctō luxurie appetitus z opus exterius sunt idem pctm̄. et hoc ideo cōtingit quia in sensu rōnis est intellect⁹ z prima auctoritas mouendi alias vires aīe z membra exteriora.

Ad secūdo obiectum.

Actus interior z exteriox̄ sūt vnum peccatum.

¶ Tertium capitulum secundi tractatus.

Q aliqua causa p̄cessit pctm̄ primū angeli arguitur. Ratio.

CIrca tertiū capitulū queritur de causa primi peccati/sic. Nihil est cuius ortū legitima causa nō p̄ecesserit. q̄ prīa volūtas angeli habuit legitimā z sufficiētem causam sui: ergo habuit necessariā causā sui nō nisi illam p̄sideratiōnē pulchxitudinis sue/ cū p̄uatione collationis. ergo dū cōsiderabat pulchxitudinē suā nō poterat vitare primū motū superbie nisi cōferret: ergo tenebaf cōferre in tali statu: et non contulit/ergo omisit. ¶ Dicimus q hec argumentatio nō valet. prima volūtas mala habuit legitimā causam z sufficientē: ergo necessariam. qm̄ talis argumentatio nō tenet in voluntarijs causis. sicut patet in mūdo cuius deus fuit causa sufficiens: nō necessaria. ¶ Itē dicitux est q mala volūtas nō habuit causam necessariā sed sufficientem: z q angelus quādo pulchxitudinem suā cōsiderauit et non conferendo potuit flectere liberū arbitriū suū ad bonum. ponatur igit q quidā altus angelus in eodē statu scz in cōsideratione sue pulchxitudinis sine collatione flexerit liberū arbitriū ad bonū. inde sic. Non est causa vel ratio quare potius iste peccat q̄ ille: z iste peccat/ergo ille. ¶ Huiusmodi obiectionē facit aug. in li. de ciuitate dei. de duobus hoībus qui eodem modo se habent q̄tū ad corpus et q̄tū ad aīam/z q̄tū ad naturalia z q̄tum ad gratuita: et videant pulchram mulierē. vn⁹ appetit: ali⁹ nō. inde sic. Nō est ratio quare iste potius peccat q̄ ille: sed iste peccat/ergo z ille. qm̄ non pōt dici q corruptio carnis sit causa quare iste potius peccet q̄ ille: quoniā eadem est corruptio carnis in vtroq̄. similiter non pōt dici q pulchxitudo mulieris sit causa: cum eandē mulierē videant z eodem modo. similiter non pōt dici q tēptatio diaboli sit causa. z̄c. qm̄ pono q ipsi cōsilij tēptatiōe tēptent et p̄ox̄us equali tēptatiōe. ¶ Forte dicetur q vnius peccat: alius nō. qm̄ deus conseruat vnū: z non aliū. ¶ Sed ex hoc sequitur q q̄da⁹ non cōseruat istū: ideo naturaliter prius iste peccat: ergo dñs nō cōseruat istum q̄ ipe peccet qō est impossibile. q: hoc esset falsū qō dixit dñs Josue ca. i. Non te deseram neq̄ derelinquā. nō te deseram in bonis faciendis: nō te derelinquā in malis cauendis. qm̄ deus nullū deserit prius q̄ deseratur. Si dicat q nulla fuit causa sufficiens quare iste potius peccat q̄ ille: sed aliqua fuit causa deficiens. hoc no pōt dici: cū idem defectus sit i vtroq̄. ¶ Forte dicetur q hec argumētatio non valet nō est causa quare potiꝰ iste peccet q̄ ille: iste peccat: ergo ille. ¶ Sed cōtra. hec argumētatio est necessaria: non est causa q̄re potius iste claudicat q̄ ille: iste claudicat: ergo ille. vtroq̄ existente claudo. ergo si hec argumentatio nō tenet in claudicatione materiali: nec etiā in spūali scz in pctō. ¶ Dicim⁹ q hec argumētatio nō valet: non est causa quare iste potius peccet. z̄c. et hoc cōtingit ppter libertatē arbitrij: q̄ sola cum defectu est causa sufficiens peccati nō necessaria vnde mod⁹ argumētādi nō tenet in claudicatione spūali: licet teneat i materiali. qm̄ causa claudicationis materialis scz vis gressibilis cum suo defectu nō se habet ad oppositā scz ad claudicare z ad recte ambulare: sed tm̄ ad claudicare. sed liberū arbitriū cū defectu suo habet se ad oppositā scz ad male agere/quod est claudicare spūaliter: z ad bene agere/quod est recte ambulare spiritualiter. et est in tali argumentatione fallacia fm̄ cōsequens: ex hoc q causalitas facit necessariā cōsūctionē in quibusdā/ z in quibusdam non.

Aūctio magistrox̄um. Obiectio cōtra solu.

Solutio.

Aūctinus.

Responsio ad rōnem.

¶ Itē aug. dicit q peccare est spreto incōmutabili bono: rebus mutabilibus adhxrere. qō faciens libero volūtatis arbitrio: ergo liberū arbitriū est causa sufficiens peccati. qm̄ non pōt dici q sit alterius modi causa. ¶ Sed aug. dicit contrariū in duodecimo libro de trinitate dei. vbi loquitur de angelis. q: dicit q male volūtatis non est causa efficiens sed deficiens: q: ipsa nō est effectio sed defectio. ergo liberū arbitrium non est causa efficiens peccati. ¶ Preterea. si in primo pctō angeli fuisset causa efficiens: ergo vel p modum volūtatis/vel per modū nature. si volūtatis: ergo per volūtatē bonā vel per malā fuit illō causa prime volūtatis. si per bonā: ergo bona volūtas fuit causa prime male volūtatis. qō esse nō potest. qm̄ iā nō esset prima volūtas: cū haberet malā volūtatē causam sui. si per modū nature: g̃ mala fuit natura que fm̄ se fuit causa mali. ¶ Si direxit q ipse angel⁹ fuit causa sue p̄rie male voluntatis: ergo vel fm̄ illud qō habebat/vel fm̄ illud qō nō habebat. Nō pōt dici q fm̄ illud quod non habebat: quoniā nihil potest agere fm̄ illud quod non habet. si direxit scōm illud quod habebat: sed nō habebat nisi bonū z ipse erat bon⁹: g̃ bonū fz q bonū fuit causa mali. sīliter obicit dicto q liberū arbitriū vel quodcūq̄ aliud fuit causa prime male volūtatis. ¶ Solutio. dicimus q re vera liberum arbitrium fuit causa prime volūtatis male: sed non fuit eius causa per se nec causa necessaria. et ideo dicit augu. q nichil est causa efficiens prime male voluntatis: quoniā nihil per se et necessario est causa ipsius. ¶ Tamen liberum arbitrium est causa male voluntatis non secundum se sed secundum accidens scz per defectū. qui duplex est scz quasi materialis et q̄si actiuus. Quasi materialis defectus est hoc qō anīa siue angel⁹ est creatura de nihilo creata. ¶ Aū

Augustinus quid sit peccare.

Aūctio ǒtra p̄dic. primo. Augustinus

Secundo.

Cauillatio

Contra assatio est necessaria: non est causa q̄re potius iste claudicat q̄ ille: iste claudicat: ergo ille. vtroq̄ existente claudo. ergo si hec argumentatio nō tenet in claudicatione materiali: nec etiā in spūali scz in pctō. ¶ Dicim⁹ q hec argumētatio nō valet: non est causa quare iste potius peccet. z̄c. et

Solutio doctoris.

Cauillatio.

Solutio doctoris.

Duplex defectus.

Augustin⁹. dicit btūs aug. in libro cōtra epistolā fundamēti q̄ eū dico natura corruptibilis: duo dico. q̄ dico natura/pertinet ad deum: q̄ dico corruptibilis/pertinet ad nichilum. et ideo quia de nichilo est corruptibilis est tanc̄ reducibilis in iuū principiū: sed filius dei qui nō est de nihilo sed de substantia dei patris nō est corruptibilis nec potest peccare. ex hoc defectu et libero arbitrio habet homo q̄ pōt peccare. Defectus aūt quasi actus est priuatio vtilis act⁹ ex quo habet homo q̄ peccat actu. peccat eñ propter defectū. defect⁹ est

Causa primi pcti in angelo. causa defectus: sicut negatio negationis. ¶ Ex eo enim q̄ angelus cōsiderauit excellētiam suā z excellētiā dei supra se/et nō cōtulit: ex hoc actualiter peccauit. z ita liberū arbitriū cum illo defectu causa fuit pcti. ¶ Sicut in claudo vis gressibilis est causa claudicatiōis. nō ꝑm se nec per se: sed per defectū qui est in altero crure vel pede.

Similitudo notandū. ¶ Et in ceco vis gressibilis est causa quare cadat in foueā: non propter se sed propter defectū visus. ¶ Similiter liberū arbitriū ꝑm se nō est causa pcti: sed ꝑm illū defectū. ¶ Ex hoc ptz solutio ad obiecta. patet eñ q̄ btūs Augu. dicit q̄ libero arbitrio male agimus. tñ ei⁹ causa nō est efficiens: sed deficiens. quia liberū arbitriū non est per se causa eius quod est male agere sed p accidens: sc̄z per defectū illū naturalē. sicut ptz in claudicatiōe. ¶ Sed q̄ritur adhuc de appetitu

Questio in cidēs de appetitu āgeli primo. diaboli quomodo appetēdo excellentiā dei peccauit moraliter. ¶ Quia appetēdo illā/ nō appetijt nisi bonū: g̃ in hoc nō peccauit. ¶ Preterea. vel peccauit ꝑm viā superiorē intellect⁹: vel ꝑm inferiorē. videt q̄ nō ꝑm inferiorē: q: nō cōsiderauit id qō erat inferius sed id qō erat supius ergo si peccauit ꝑm alterā viā: peccauit ꝑm viam

Secundo ysaie. xlvj. Tertio. supiorē. sed hoc est impossibile: q: intellect⁹ ꝑm viā superiorē nunq̄ permisceť fantasie: z semp dictat bonū. Aliter ꝑ nihilo diuisset ysaias ca. xlvi. Recedite preuaricatores ad cor. Et dñs iohannis viij. Voca virū tuū. ¶ Item dicit aug. q̄ aīa media est inter deū z creaturas. z q̄n cōūgitur deo

Augustin⁹. per cognitionē z dilectionē: illuminatur/ melioratur/ z perficitur. quādo vero cōūgit inferiori creature: obtenebratur z corrūpitur. sed eodem modo angelus medius est inter deū z creaturas: et per appetitum quo appetebat excellentiā dei cōiungebat se superiori: ergo illūinabatur z meliorabatur: nō ergo peccabat. ¶ Itē diabol⁹ ap

Quarto. Diabol⁹ q̄d petebat id qō sursum erat: et in hoc corrūpebat et fluebat. ergo nō debet dici diabolus. id ē deorsum fluens: sed potius sursum fluēs. ſz homo peccator potius debet dici diabolus. i. deorsum fluens: q: fluit diligendo inferiora. ¶ Solutio. Ad

Ad primū. primū dicimus q̄ diabolus re vera appetijt bonum: sed nō bonū sibi: immo contra naturā esset

Ad secūdū q̄ ipse preesset et non subesset. ¶ Ad scdo obiectum dicimus q̄ peccauit scōm viā inferiorē intellectus. cōsideratio eñ excellentie sue cū predicto defectu occasio fuit z quasi quedā persuasio appetēdi excellētiam dei. z ita quasi fuit fantasticus intellectus eius per excellentiā inferiorem ad appetendū superiorē. ¶ Ad tertiū.

de causis. ¶ Pꝛima est status. decēs em̄ est vt in statu nostre miserie magis abundet effect⁹ mic; q̃ in statu ade qui erat in delicijs paradisi Jn homine em̄ ꝑm istius miserie statū sūt sagitte dñi. ꝛ ita multū pene secū portat. ¶ Alia causa ē gñalis hoiꝝ instructio. vnde p hoc q; dñs tm̃ punuit peccatū ade: instruere voluit quemlibet hoiem a pꝛincipio mūdi vsq; in finē q̃tum habet odio peccatum. vt sic homo esset a peccato.

Quarta questio pꝛincipalis huius capituli.

Af q; sic p augustinū.

Vltimo q̃ritur vtrū adā potuit peccare venialiter in pꝛio statu. ¶ Et videt̃ q; sic. q; dicit aug. q; pctm̃ adeo volūtarium est q; si nō est volūtariū nō ē pctm̃.

Augustin⁹ Bernard⁹.

Nichil autē in potestate nr̃a ita est sicut volūtas sicut ipe aug. dicit. Et bern. dr. Volūtas est motus animi liber sui. Sꝫ pꝛim⁹ motus est volūtarius: igitur est in volūtate hoīs: igitur est in ptāte hoīs. ꝛ est pctm̃ veniale cū est illicitū. igitur i ptāte hoīs est peccare venialiter per pꝛimos motus. sed eandē ptātē quā habet homo in hoc statu habuit adā in pꝛio statu. igit in pꝛio statu adā potuit peccare venialiter.

Jn oppm̃.

¶ Cōtra. pctm̃ venia le est ex fomite: sed adā nō habebat fomitē: ergo non poterat peccare venialiter.

Secundo.

¶ Jtē infirmitas carnis facit q; pctm̃ sit veniale. sed adā nō habebat infirmitatē carnis: g̃ nō poterat peccare venialiter.

Tertio.

¶ Jtē nōdū verſatū erat ſtratū eius in infirmitate eius: ergo nondū erant moꝛdinate vires eius in ipso. igit nondū poterāt cōcupiscibilis ꝛ irascibilis mouere ipm ante cōsensum rōnis: ergo nō poterat peccare venialiter. ¶ Sed cōtra. Dicit aug. sup illud apli Lignū/ fenū/ stipula. q; quidā diligunt vxores ꝛ filios plus debito: tm̃ minus q̃ deum. ꝛ hi venialiter peccāt. alij pluſq̃ deum: ꝛ hi mortaliter peccāt. Sed adā plus debito poterat diligere vxoꝛē ꝛ filios: et tamen citra deū. igitur poterat peccare venialiter. ¶ Dō concedimus dicentes q; duobus modis cōtingit cōmitti peccatū veniale. pꝛimo modo cū pcedit ex fomite si ue ex volūtate coacta: vt est videre in pꝛio motu qui est pctm̃ veniale. est em̄ volūtarius a volūtate coacta: et est volūtarius q; volēte rōne surgit Et talis motus non poterat pcedere vel surgere in adam in pꝛimo statu. vñ non poterat peccare venialiter hac via. poterat aūt peccare venialiter in diligēdo vxoꝛēm vel filios plus debito: tm̃ citra deū. sicut ꝓbatū est. vnde ꝛ tale veniale est cōsensus siue ex cōsensu. Unde in argumēto illo est figura dictionis. Eandē potestatē quā habet hō modo habuit adā in pꝛimo statu. sed homo modo pōt peccare venialiter: igitur adā poterat peccare venialiter. Et si em̄ eādem ptātē habuit quam homo modo habet. non tamē oīno talē q; magis liberam habebat q̃ modo habeat homo.

Opinio doctoris. Duob⁹ modis cōmitti turveniale.

Adā potuit pꝛimo peccare venialr Falſa figure dictionis.

¶ Undecimus tractatus in quo tria pꝛincipaliter querūtur sm̄ q; sunt tria capitula.

Capm̃. i.

Jcto de lapsu pꝛimi hoīs ꝛ eius peccato: consequēs est dicere de alijs pctis. quoꝝ

Jn pꝛio capitulo q̃rūtur quinq;.

q̃a liberū arbitriū est origo: pꝛimo dicēdū est de illo. deinde de peccatis i generali. tertio de peccatis in speciali. ¶ De libero arbitrio quinq; sūt inquirēda. pꝛimū: cū se habeat ad bonū ꝛ ad malum: quare potius dicatur bonū q̃ malū. scoꝝ: de essentia et eiꝰ diffinitiōe. tertiū: de libertate eiꝰ. quartū: de potestate. quintū: sī superior pars rōnis possit peccare. ¶ Circa pꝛimū sic. Liberum arbitriū eque se habet ad malū ꝛ ad bonū. g̃ qua ratione dicitur bonū: debet dici malū. imo ostenditur q; magis se habet ad malū. nam sine aliquo operante vel cooperante se habet ad illud. ad bonum aūt nō sic. ¶ Jtē pꝛonius est ad malū ꝛ faciliꝰ inclinatur ad illud. pꝛoni em̄ sunt sensus hominis ab adolescētia in malū. ¶ Jtē li. ar. ē pꝛincipiū pꝛimū mali: nō aūt boni. Ex his aūt patet q; magis se habet ad malū q̃ ad bonū. et inde vt pꝛius. ¶ Sed q; magis se habeat ad bonū ostenditur per hoc q; naturaliter est ad ipm̄. nā ad illd datū est. Dō aūt natura tale est magis ē tale q̃ qđ nō natura tale. ¶ Jtē essentialiter creatū est ad bonū. q̃m̃ eius finis bonus est ad quē creatus est. igitur magis se habet ad bonū q̃ ad malum. ¶ Et hoc concedimus q̃n ad bene vtendū datū est: tamē cōtingit ipo abuti. sicut patet in cultro ꝛ in hoc est ei laus q; pōt declinare in malum: q̃ nō declinat. Meliores em̄ iudicauit de⁹ seruos suos: si ei liberaliter deseruirent. et ex hoc etiam erit quoddā gaudiū electis q; potuerunt trāsgredi ꝛ nō sunt trāsgressi. sicut gaudentius comedit qui simbolū apposuit. ¶ Ad pꝛimū obiectū dicimus q; nō se habet liberarbitriū ad malū magis q̃ ad bonū. q; licet sine aliquo cooperante se habeat ad illud: nō tñ sine aliquo deoperante. Malum em̄ nō est causa operans sed deoperās. sicut dicit aug. Mali nō est causa efficiens sed deficiēs q; malū nō est effectio sed defectio. nō effect⁹ sed defectus. imo ex infinitis defectibus creaꝝ sicut dicit btūs dionysius. Q; ergo ex infinitꝫ causis est malū: ideo facilius se habet ad illud lib. ar. nō tamē magis. sicut facilius ē destruere q̃ ꝓstruere. nō tñ causa agens magis se habet ad destruēdum q̃ ad cōstruendū scz opifex. ¶ Ex predictꝫ patet solutio ad vltimū. q; li. ar. non est pꝛimū ꝛ pꝛoximū pꝛincipiū mali: imo per defectum.

Jn pꝛio capitulo q̃rūtur quinq;.

Aſ pꝛimo.

Secūdo.

Tertio.

Jn oppm̃.

Secundo.

Solutio.

Ad pꝛimū.

Augustin⁹.

¶ Secūda questio huius capituli.

Quid sit liberum arbitrium.

Secūdo q̃ritur quid sit liberū arbitrium Et vt aug. Liberū arbitriū ē facultas volūtatis et rōnis qua bonū eligit̃ gr̃a assistente. malū vo gratia desistēte. Cū ergo duos habeat actus scz velle ꝛ discernere: et diuersitas potentiarū dinosci habeat penes varietatē actuū: videt̃ aliquib⁹ q; neq; sit ratio neq; voluntas: sed potentia mixta ex his. Sed eodē modo possent dicere q; ex illis tribus fit quarta. ꝛ sic in infinitū. ¶ Quia ergo nō possunt assignare actū illius potentie quā sic fingūt: ideo dicūt alij q; liberū arbitriū est quarta potentia pꝛeter ale vires: ꝛ est potentia eligendi. ¶ Sed cōtra. dicit damas. Liberū arbitriū libere cōsiliat: inquirit: iudicat: vult. Judicare autē rōnis est igit li. ar. nō est aliud q̃ ratio. ¶ Pꝛeterea Act⁹ eli-

Opinio aliquorum. Cōtra quā arguitur. alia opinio. Cōtra hoc est damas.

Secundo.

gendi est de necessitate annexus his actib⁹ vnde est vna z eadē potentia. potētie em̄ diuersificantur per actus tanq̄ per fines ad quos sūt. q; eēntia potentie nihil aliud est q̄ habitudo qua se habet ad talē actū. ¶ Itē eligere aut est appetere consiliatū: aut est consentire in illud. Sed vtrūlibet dicatur sequitur li. ar. q̄ tu ponis esse potentiā eligendi nō erit potentia p̄ter cōcupiscibilem aut rōnabilē ad quas pertinēt dictis actus.

Tertio.

Opinio doctoris.

¶ Dicimus ergo q; li. ar. idē est q; ratio: z est potentia eligendi. Eligere aūt est cōsentire in alterum deliberatorū vel cōsiliatorū. Et ideo subtilissime ōt aug. Li. ar. ē facultas vo. zē. Ratio em̄ ponitur p̄o discretione: volūtas p̄o inclinatiōe in alterū. Ex diffinitiōe p̄dicta quā ponit aug. de li. ar. scz q; liberū arbitriū est facultas volūtatis z rōnis. z ex hoc q; ipse ōt in lib⁹o de li. ar. Liberum arbitrium ē volūtas libera. videt q; li. ar. cōp̄rehendat oēz vim aīe. Nam in omni vi est habitus volūtarius q̄ est virtus. sicut p̄z p glosā sup illud gen̄. Fluuius egrediebat de loco voluptatz. vbi dicitur q; iusticia circuit oēs vires. Et sicut patet per euāgelū sup illū locū Simile est regnū celoz. zē. vbi ōt gregoriꝰ q; in rōne ē prudentia. zē. Itē q; consiliari inquirere/discernere velle/eligere: eiusdē sunt coordinationis z cōnexionis: eiusdē sūt potentie scz li. ar. Sed appetere eiusdē est cōnexionis. nā appetere de necessitate sequitur eligere. q; si q̄d eligitur: appetitur ergo appetitus est li. ar. sed appetitus ē in qualibet vi. ergo in qualibet vi est li. ar. ¶ Sed videt q; sola concupiscentia sit li. ar. quia in ea est caritas penes quā ē p̄imū meritū. ¶ Sed q; sola ratio sit li. ar. habetur per hoc q; ratio ē optimū in aīa z imperatissimū. q; est rex in regno aīe z q̄a est vir. z p̄eterea quia volūtas q̄ est in solo libero arbitrio est in sola rōne. ¶ Et hoc cōcedimus q; illud in quo est p̄imū meritū vel demeritū: illud in quo solo est volūtas liberrima est liberum arbitriū. z hec est sola ratio: quia eiꝰ volūtati debent obedientiā volūtates ceterarū viriū. Per hoc patet solutio ad duas glosas. ¶ Ad tertium dicendū q; appetere nō est eiusdē cōnexiōis cuz eligere. q; appetere p̄t esse sine eligere vt patet in p̄imo motu in quo est appetitus: nulla tñ electio. tamē q; eligere dignius est q̄ appetere z se habet ad illud sicut imperans ad imperatū. quia p̄ius est cōsentire in alterū deliberatorū vt fiat: postmodum sequitur appetere.

Contra dicta arguit. Aliter af.

Opinio doctoris.

Ad tertiū.

¶ Potest q̄ri incidentaliter. an in libero arbitrio sit meritum vel demeritum.

Af q; nō p bernardū.

Secundo.

¶ Dictū est q; eligere est motus li. ar. sed cum ꝑm aliā diffinitionē dicatur li. ar. liberū de volūtate iudiciū. iudiciū autem idem est q; discretio faciēdi a non faciēdo. q̄ discretio non est meritoria aut demeritoria. Nā vt ait Bern̄. discretio nō tā est virt⁹ q̄ auriga virtutū. videt q; in li. ar. nō sit meritū aut demeritū. ¶ Preterea. Cū hmōi discretio faciēdorū a non faciendis regatur per superius aliq̄ scz per synderesim q̄ legit in p̄ima ꝑtitate: videt q; huiusmōi discretio siue potentia a qua est non sit imperātissima: sed habet aliq̄s imperans sup se. et ita li. ar. nō est id m aīa quod est liberrimū. q̄ est contra p̄dicta. ¶ Rñdeo q; est iudicium dupler. Vnū est iudiciū quo iudicat q̄s q̄d faciendū: q̄d nō. z hoc ē iudiciū mere discretiōis penes q̄ nullū est meritū aut demeritū. sicut ꝓbatū ē supra. z hoc per viā iuris naturalis: quia per viā fidei vel intellect⁹ doni bene pōt esse meritoriū. Alterū est iudiciū quo quis sciens per deliberationē z collationē aliquoz qui faciendū quid nō: z diffinit z sententiat z imperat vt hoc fiat: illud non. Et hoc est p̄imū opus ꝑtutis post opus nature. z tale iudiciū est meritoriū vel demeritoriū ꝑtutis q̄dē, et tale iudiciū est actus potentie eligendi q̄ est liberū arbitriū. Licet em̄ dicat ethicus q; eligere est appetitus cōsiliati: q; eius cōsideratio nō est nisi circa ꝑtutes politicas quarū opa sūt ab appetitu interiori: tñ theologus qui acutius z sublimius loquitur ōt q; eligere est cōsentire in alterū deliberatorū vt fiat. nō em̄ solas politicas attendit theologus: imo opa theologicaz dicit oriri a libero arbitrio. ꝑ hoc patet solutio ad p̄imum. ¶ Ad scām dicēdū q; li. ar. id est discretio liberi arbitrij habet aliquid supius nō imperās sed consulens. nā li. ar. est ita imperans q; nō imperatū. ¶ Ex hijs palā est quomodo sit illa diffinitio intelligenda li. ar. quā ponit aug. Liberum arbitriū est facultas volūtatis z rōnis. i. liberuz arbitriū est facilis potentia. i. potentia facile volendi id in q̄ est cōsensus ex deliberatione et discretiōe p̄habita. ¶ Ex dictis etiā infertur q; liberū ar. aliud est in essentia q̄ cōcupiscibilis aut trascibilis. Sunt tñ qui dicūt q; idē sūt in eēntia z q; aīa est sua potentia. innitētes illi auctoritati aug. q; memoria/intelligentia/ z volūtas nō sunt tres vite sed vna vita: nō sūt tres essentie ꝛ vna essentia. Dicūt etiā q; si potētia ratiocinādi esset naturalis potentia aīe de genere qualitatis esset ei accidēs: neq; per eā differret aīa rōnalis ab aīa irrōnali. vnde neq; aīalia rōnalia neq; irrationalia specie different. q̄ est absurdū dicere

Solutio.

Solutio dupler est iudicium,

Primū opus ꝑtutis q̄dē,

Secundū opus ꝑtutis

Aristoteles

Theologꝰ,

Ad primū.

Ad scām.

Intelligentia diffinitiōis li. ar.

Corelariū

Opinio aliorum.

Dictū aug.

Ex ꝓfutatio

¶ Sed cōtra eos est q; solus deus est bonus per essentiā: q; solus deus est sua bonitas. igit solus deus est potens per essentiā: igitur solus deꝰ est sua potentia. ¶ Propter hāc rōnē et alias q̄ superius inducte sunt ad hoc vbi de hoc eodem disputatū est in capitulo scz de differentia anie rōnalis ad angelū. dicimus q; nō est idē ania q; sua potentia. z auctoritatē aug. sic exponimus. sunt vna essentia. i. vni essentie sūt cōplemētū cōferētia. i. per eas attingit aīa sue perfectioni. ad hoc em̄ creata est vt fruaꝛ deo. quod nō potest nisi p potentiā cognoscēdi z diligendi. ¶ Ad aliū dicimus q; substātiale est q̄ confert esse ex quadam cōpositiōe. Cōpositio aūt q̄dā est physica ex materia z forma. quedā aūt logica ex genere et substantialibus differentijs. Scām hmōi cōpositionem dicere est q; aliqua que sūt accidentia. i. de alijs generibus a substātia: sūt substātiales differentie. dicit em̄ porphirius q; differentia predicatur in quale. ¶ Adhuc ꝓbaꝛ q; li. ar. nō sit ratio sic. Alia est potētia cognoscitiua siue apprehensiua veri z falsi alia boni z mali. Sed potētia cogscitiua veri z falsi est rō. potētia cognoscitiua boni et mali ē li. ar. ergo li. ar. nō est ratio. ¶ Ad hoc soluimus. nō esse simile. quia intellectus est imago dei. vnde sicut deus oīa cognoscit: ita intellectus oīa intelligit. sed differēter: q; deꝰ oīa actu: intellectus aūt ꝓssibl⁹. vt intelligibile et ens cōuertūtur. Intellectus em̄ quodāmodo est oīa: q; similitudinē habet cū oīb⁹. Unde sicut verum z bonū idē in essentia sunt: ita idē intellectus cognoscit z verū z bonū. Nō aūt idē est sensus alibi z nigri: dulcis z amari. nō est em̄ sensus aliq̄s vna cōis potentia ad hoc: sicut intellectꝰ ad oīa. quia sensus est potētia coartata circa aliquā materiā. intellectus aūt ad oēz materiā se habet ratione predicta. ¶ Itē alia est potentia qua aīa quiescit in bono: alia qua quiescit in vero. eadem rōne alia est potētia electiua boni: alia electiua veri. Sed li. ar. est potētia electiua boni: ratio ē potentia electiua veri. igitur li. ar. non est ratio.

Quō intellectus intelligit omnia.

Nullus sensus est oīm sensibiliū.

Iterum af ad idem.

Solutio.

Eadem vis aīe quiescit ī bono z ꝓ

Iterum af.

¶ Ad hoc dicimus q; eadem est vis q̄ quiescit in vero z q̄ quiescit in bono scz intellectus. Alia em̄ ꝑm vim cupiscibilē desiderādo mouetur vt ipa ꝑm vim rōnabilē fruaꝛ p̄ma ꝑtate quiescendo in eius aspectu. qui in cēlo aspectus est vita eterna. z quiescendo in vero quiescit in bono vbi ē cognitio veritatis. ¶ Sed si verū est q̄ dictum est scz q; eligere est consentire in alterū deliberatorū vt fiat: sequit q; credere nō est eligere: q; non est ibi cōsensus vt aliquid fiat. Ex hoc aūt sequitur vel q; credere nō sit meritoriū: vel q; nō sit primo meritum in fide: vel q; in li. ar. nō sit primo meritum vel demeritū.

Solutio.

¶ Solutio. Consensus in alterum deliberatorū vt fiat vocatur a nobis iudiciū diffinitiuū. z hmōi iudiciū est in fide. quia ibi est triplex iudiciū. scz q; hoc sit credendum illud nō: q; hoc credatur illud nō: z q; ita sit z nō aliter: z q̄ libet istoz est in quolibet. quia fides q̄ est in superiori parte rōnis nō habet cōsiliū vel imperium nisi a se. i. nō ab alia ꝑtute q̄ sit prima virtutū nisi tantū a deo. Et q; fides est in superiori parte rōnis q̄ tanto liberior quāto a serpente scz sensualitate abstractior z remotior z minus potens ab ea trahi. nō aūt sic est in virtutibus actiuis q̄ sūt in inferiori parte rōnis q̄ propinquior est sensualitati. z tanto in seruitutē promptior: quāto magis ab ea trahi pōt. ex ꝓbis damas. qui dicit q; li. ar. libere iudicat: libere appetit: libere vult: libere eligit. z sic de alijs actib⁹ insinuari videtur q; li. ar. se extendat ad oēm vim. q; actus predicti nō sūt vnius sed pluriū virtū. z hoc potest concedi. sed tunc oporteret ampliari volūtatis nomē q̄ accipitur in rōne li. ar. vt appellaret volūtas appetitus. Similiter oporteret dicere q; nō solū est liberum arbitriū id in aīa quod ab omni seruitute coactionis z subtractionis liberꝛ est: sed omne quod ab omni coactiōe est immune. Sīliter oporteret dicere q; nō solū liberū arbitriū est id in quo primo est meritū vel demeritū: sed oē id in quo siue primo siue non primo est meritū aut demeritum.

Voluntas pōt sumi ꝓ appetitu.

Li. ar. large sumitur.

Dupler cōpositio.

Ad aliud.

¶ Sed p̄ior solutio nobis magis placet: cū p̄o p̄ie (vt dictū est) libera volūtas sit in sola ratiōe magis ꝓprie. Unde dicit aristoteles in topicis. peccant q̄ ponunt voluntatē esse genus amicitie. q; voluntas est in rōnali. amicitia in concupiscibili.

Approbat primam solutionem.

¶ Tertia questio principalis huius capituli.

Dicto de liberi arbitrij essentia z diffinitione: dicendū est de libertate lib. arbi.

Que sit libertas lib. arbi.

¶ Et q̄ritur quid sit eius libertas: vtrū sit ꝓpriatio coactiōis vel flexibilitas in vtrālibet partē: vel flexibilitas in id q̄ vult habens li. ar. ¶ Si dicaꝛ q; sit ꝓpriatio coactionis ꝓ hoc erit magis libertas arbitrij in diabolo q̄ in hoie scō in via. quia eius liberū arbitriū non potest flecti ad bonū: quia obstinat⁹ est. nec ad malum. Deus em̄ nō potest eū flectere nec cogere ad malū: quia nō vult. Scī aūt in via possūt flecti ad malū. vnde clamāt. quod nolo hoc ago. Nō ē aūt tanta libertas arbitrij in diabolo q̄ in sancto hoie: igitur libertas arbitrij nō est ꝓpriatio coactionis.

Af primo q̄ ꝓ nō sit ꝓpria tio coactionis nis.

Paulus.

Cōtra aliā ꝑtem af.

¶ Si dicatur q; sit flexibilitas in vtrāq; partē. ꝑm hoc nō erit li. ar. in sanctis qui sunt in patria: nec in angelis bonis: nec in malis q; eoz. li. ar. nō pōt flecti in vtrāq; partē.

Cōtra ter tiā sibi af.

¶ Si dicatur q; sit flexibilitas in id quod vult habens li. ar. ꝑm hoc iterꝫ. maioꝛ erit libertas arbitrij in demonib⁹ q̄ in sanctis. q; libertas arbitrij in demonibus nō pōt flecti nisi in id q̄ vult: scz in malū. Sctōꝛ aūt libertas arbitrij pōt flecti ad vtrūq; scz ad bonū z ad malū. vnde clamant. De necessitatib⁹ meis erue me. z Quod nolo hoc ago igitur libertas arbitrij nō ē flexibilitas in id q̄ vult habens li. ar.

Psalmista.

¶ Ad hoc dicēdū q; libertas arbitrij est abilitas eligēdi q̄ sindereſis dictat. Est aūt triplex notanda libertas in li. ar. Generalis scz libertas necessitatis siue a necessitate/ a pctō/ z a miseria. Libertas a necessitate dupler est. scz a necessitate ineuitabilitatis. et hec libertas nō est in diabolo: q; ineuitabiliter peccat. Et a necessitate coactiōis extrinsece. et hec est in omi habente liberū arbitriū. Libertas a pctō. z hec est magna libertas. q; qui facit pctm̄: seruus est pctī. z alibi. Miseros pp̄os facit pctm̄. Et hec libertas tm̄modo est in bonis hoīb⁹ quos deꝰ p gr̄az liberat. nō vt peccare nō possint: sz vt pctm̄ eis nō dñetur.

Solutio.

Triplex libertas.

Libertas a necessitate dupler.

Libertas a pctō.

¶ Itē ē libertas a miseria. et hec est in sctis in patria. q̄n creatura liberabit̄ a seruitute corruptiōis in libertatē adoptiōis filiorū dei. Tūc em̄ dicent. Laqueus ptritus est: z nos liberati sumus. Ptz ergo q̄d sit libertas arbitrij. Ex quo etiā ptz q̄re nō diximus q; eū dicit li. ar. est facultas volūtatz. zē. q; facultas hmōi sit abilitas potentie q̄ est li. ar. sed est ipsa potētia q̄ sic nōiatur ꝓpter abilitatē sibi annexā. Dicim⁹ em̄ q; hec facilitas siue abilitas potētie libertas p̄dicta est q̄ est sine coactione in omni habente liberū arbitrium. ¶ Sed contra. Dicit aug. q; voluntas coacta est voluntas. igitur voluntas pōt cogi. igitur li. ar. pōt cogi. Quod etiā ptz p hoc q; multi in p̄imitiua ecclesia coacti sunt negare christū. ¶ Solutio. Dupler est coactio. scz sufficiens: z hec nō cadit in voluntatē neq; in liberū

Libertas a miseria.

Opinio doctoris.

An volūtas possit cogi.

Secundo.

Solutio.

Dupler est coactio.

arbitriū. Et coactio inducens: et hec bene cadit in volūtatē z in li.ar. Et de hac dicit aug. q̄ coacta volūtas: volūtas est. ¶ Cōtra hec que dctā sūt obicit. Nā si libertas est flexibilitas ad id qđ dictat superior pars rōnis: nō videt diabolus libertatē arbitrij habere. nā flexibilitatē ad bonū nō habet. Si dicas q̄ libertatē indicādi habet et discernendi. nihil est hoc. q: iudicare. i. discerne re nō est opus potentie eligēdi que est li.ar. imo potius eligere. ¶ Preterea. Hoc dicto sequitur q̄ eque li.ar. est in malis angelis sicut i bonis cū hmōi iudicium equale sit in vtrisq̄. nā hmōi iudiciū est a naturali pspicacitate: quā non amiserūt cū demones facti sūt. Unde dicit btūs dionysi⁹ q̄ adhuc splendidissima habent naturalia. quod vult habere ex illo verbo dñi in cuāgel. Videbā sathanā quasi fulgur de celo. zc. ¶ Et ad hoc dicendū q̄ diabolus flexibilitatē siue abilitatē aut habitudinē naturalē ad bonū nō amisit penit⁹ nā bonū naturale nō penitus corrūpitur per pctm. Sed re vera illa pōptitudo naturalis siue potestas adeo lesa est z vulnerata. adeo extincta z sopita z ligata a vinculo pctī et seruituti pctī addita q̄ licet naturaliter sit ad bonū: non tamē pōt effectiue in aliq̄ opus bonū. sicut homo egrot⁹ pedibus gressibilitatē q̄dē habet: sed tamen in actū gradiendi nō potest exire. Sed sicut dicit augu. de pctō in spūsctm scilicz q̄ tanta est labes hui⁹ pcti q̄ existens in hoc pctō non pōt subire penitentiā. Quod sic est intelligēdū: id est vix potest. Ita diabolus non solum vix potest: immo nullo modo potest bonum aliquid agere.

¶ Quarta questio principalis huius capituli continens duas questiones.

Quarto queritur de potestate liberi arbitrij. Hec autē questio diuidit i duo mēbra. ¶ Primū est. vtrū lib.ar. potens sit in opera de genere bonoꝝ per se sine gratia superaddita naturali⁹ ¶ Scōz est. vtrū possit ex se sine gra in opa meritoria: et vtrū potentia credendi sit naturalis. ¶ Circa primū dupler est opinio. Quidā em̄ dicunt q̄ li.ar. potest in opa de genere bonoꝝ sine gratia supaddita naturalibus. ¶ Alij dicunt q̄ nō sine gra excitante. et hoc volūt pbare auctoritatibus z rōnibus. Auctoritatib⁹ primo. dicit dñs in iohāne. Sine me nihil potestis facere. et in isaia. Omnia opera nra operatus es in nobis dñe. z apūs. Non q̄ sufficientes simus aliq̄d cogitare ex nobis quasi ex nobis. Et in trenis. Misericordie dñi est q̄ nō sumus cōsūpti. Per hanc vltimā auctoritatē ptz q̄ nec etiā decliare possumus a malo nisi ex gra: igit multo magis nō possumus facere bonū in genere sine gra ¶ Rationibus idem pbare volūt hoc modo. Tripler est bonum opus: scz bonū opus nature. bonū opus q̄ est de genere bonoꝝ. z bonū opus meritorium. Sed bonū opus nature habet suā radicē scz naturā. bonū meritorium suā scz gram. ergo bonū op⁹ q̄ est de gne bonoꝝ habet suā radicē nō nisi gram excitantē vt videt. z aliud est quo bonū in gne est. aliud quo est bonū in genere. sed natura est id quo est: ergo id quo est bonū est supra natura sed hoc est gra. igitur li.ar. nō pōt in bonum in genere nisi p gram. ¶ Itē homo per pctm̄ spoliatus est gratuitis z vulneratus in naturalib⁹. q̄ vulnerata fuerūt natural ia hois z diminuta. sed ante pctm̄ libe. ar. nō se habuit in amplitudine effectum q̄ ad op⁹ de genere bonoꝝ. ergo post peccatum nō potest ex se in opus de gne bonoꝝ sine gratia. ¶ Quo cōcesso. Cōtra. Liber arbitriū est et ad bonū z etiā datū ad bonū. cū autē est ad malū in seruitutē redigit. per se aūt sine aliquo superaddito potest in malū: ergo per se potest in bonū in genere. ¶ Itē dicit aug. Nihil est ita in potestate hois sicut voluntas. ergo velle bonum ē in potestate li.ar. ergo z posse bonū tale ē in potestate li.ar. ¶ Solutio. Ad pcobiecta dicim⁹ q̄ opus meritoriū semp ē ex tribus. scz ex lib. ar. originaliter. ex gratia elicitiue et a deo principaliter mouente. Similiter opus de genere bonoꝝ q̄q̄s est ex trib⁹: scz ex li.ar. originaliter. ex gra scz aliqua p̄ tute informi elicitiue. In paucis em̄ cōtingit q̄ nō habeāt aliquā gram. i. p̄ tutē informem: z ex deo principaliter mouente. verūtamē q̄q̄s opus de genere bonoꝝ est sine omī gra superaddita li.ar. z dicimus q̄ li.ar. per se sine gra est potēs in bonū tale. nō tamē excluso deo sine quo nihil tale bonū est. ¶ Ad hoc q̄ dicit Sine me nichil potestis facere. sic dicim⁹. sine me operante vel cooperante. Et bene dicit sine me. non sine gratia. Et sic ptz solutio ad alias obiectiones. ¶ Ad hoc autē q̄ dicit Misericordie dñi est q̄ nō sumus cōsumpti. Solutio. q̄ in p̄ tate mie dei est. q: li.ar. corruptū est vehemēter. Uñ cū homo appetat naturaliter delicias. cuz caret veris appetit falsas. z ita peccat z pctō cōsumeretur: nisi diuina mia subueniret. ¶ Ad hoc aūt quod obicitur q̄ bonū nature habet suam radicē z bonū meritoriuz suā: ergo bonū in genere suā. cōcedimus q̄ li.ar. est radix et causa boni in genere. z in hoc ptz li.ar. q: li.ar. supra naturā habet discretionē de se. quia vestit hmōi opus quadam circūstantia virtutis vel quibusdā circūstātijs. licet non oībus possit. ¶ Ad hoc aūt quod obicit q̄ bonū in genere habet quo est scz naturam: ergo id quo est bonū est supra naturā. dicimus q̄ dupler est natura. scz natura animalis siue bestialis. z supra hanc est li.ar. quo opus in genere est bonū. z est natura supra bestialē scz humana natura et supra hanc non est li.ar. ¶ Ad hoc aūt qđ obicit. Ante pctm̄ nō poterat li.ar. in amplioꝝ effectū cp̄ in opus de genere bonoꝝ: ergo cū per pctm̄ sit diminutū modo nō poterit in tale opus. Dicimus q̄ modo li.ar. in tale opus pōt sed nō ita de facili sicut ante pctm̄ propter diminutionē naturalis potentie. Dico q̄ li.ar. potest in opera de genere bonoꝝ sine gratia: nō tamen sine deo operāte vel cooperante. ¶ Cōtra. Demonstrato aliquo ope de genere bonoꝝ possū vere dicere. deus operatur vel cooperatur ad hoc vt opus hoc fiat: ergo aliq̄d ineſt isti operi a deo illud aūt gratis ineſt vel datū est ei. quia nullus meruit q̄ deus operetur vel cooperet ad hoc vt

Cōtra supra dctā ar.

Secundo.

Dionysius.

Solutio. Diabol⁹ nō amisit penitus libertatē ad bonū.

Labes pcti in spūsctm quanta sit.

Due opiniones ptrarie

Probat illa auctoritate dom̄i.

Prima rō. Tripler bonum opus.

Scōz.

In oppm̄.

Scō per augustinū.

Solutio. Meritū est ex tribus.

Li.ar. sine gra potens est in bonū ex genere.

Ad tres pmas aucto. ptz solutio.

Ad vltimaz ex trenis.

Ad primaz rationem.

Ad aliud.

Duplex natura.

Ad aliud.

Contra ista arguitur.

esset: ergo cū nullū opus de genere bonoꝝ possit fieri sine deo operāte vel cooperāte: nullū opus de genere bonoꝝ potest fieri sine gra. igitur li.ar. nō est potens in opera de genere bonoꝝ sine gratia. ¶ Solutio. Gratia stricte et large sumit p̄m em̄ q̄ dictū est q̄ li.ar. pōt in opera de genere bonoꝝ sine gratia. gratia v̄ ibi habitus superadditus naturalibus: ex quo habitu potest elici actus. Scōm aūt q̄ gratia large sumitur p omī gratis dato a deo. bene concedimus q̄ li.ar. non pōt in opa de genere bonoꝝ sine gratia. Et hoc vltimo modo sumit gram beda in quodā libello. quod fecit cōtra Jouinianū hereticū. in quo dicit q̄ nichil boni facit homo sine gratia.

¶ Secundus articulus quarte questionis.

Circa scōz articulū queritur. an li.ar. sine gratia possit in opera meritoria. ¶ Qđ videtur p̄mo p auctoritatē aug. Posse inquit credere natura est hoim credere vero gratia est fideliū. ergo ex solis naturalibus potest li.ar. in actū credendi formatū. de tali em̄ loquitur auctoritas. q̄ apparet per hoc qđ subiunctū est. Credere gra est. zc. ¶ Rationib⁹ p̄o multipliciter determinari videtur hoc idē. z primo p appositionē circūstantiarū quibus perficitur z formal actus meritorius. Nā ipse actus p̄z substātiā est in potestate liberi arbitrij z oēs circūstantie vt videtur q̄ ad ip̄m faciendū meritoꝝ requirūtur. vt patet per singulas currenti. si em̄ in aliquā pōt ex se z in qualibet. quia qua rōne in vnā z in oēs. ¶ Si aūt dicat quis q̄ nō. q̄a hmōi opa supra ip̄m li.ar. sunt. supra se autē non potest nisi per gram eleuet. eadē rōne nec in opa de genere bonoꝝ potens esset ab q̄cq̄ habitu gre: cū illa sint sup ip̄m. ¶ Et dicimus q̄ re vera li.ar. nō potest dare actui oēs circūstantias que ei necesse sūt ad hoc vt sit meritorius. nā etsi aliq̄s posset apponere: nō tamē oēs. verbi gratia. Uel le dare elemosinam gratia cuius dandā ē: z q̄n z quomodo z quo tpe: potest li.ar. gratia nō existē te. sed nondū est ibi meritū nisi addat hec circūstantia q̄tū debet. que prout debet esse circūstātia meriti nō solū per aduertiā quātitatis exprimit quātitatē rei date: sed etiā quātitatē volūtatis. q̄ tanta debet esse in opere meritorio: quātā nouit eā caritas mensurare. tanta em̄ debet esse volūtas ad hoc q̄ ei nō adequetur aliqua voluntas respectu alicuius ptalis in se. ¶ Ad auctoritatē vero aug. rñdendū est q̄ li.ar. pōt in credere formatū per naturalia: sed nō per ea nisi adiūcta gratia. Et q̄ ita accipiendū sit aperit aug. su per epistolā ad Ro. in expositiōe illius vbi apostoli Gentes naturaliter legē implent. qđ sic exponit. naturaliter. i. per naturā adiutam gratia.

¶ Ex his ergo videt q̄ li.ar. pōt p naturā i opa meritoria. per naturā tamē adiutā per gratiam.

¶ Sed obicit cōtra hoc. q: cecus corporalis nō pōt videre. nec habens oculos erutos. nec auis sine pēnis volare. neq̄ petrus super mare materiale potuit naturaliter vel ambulare. ergo qui ē in mortali nec videre pōt cum sit cecus et habēs oculos erutos: nec volare cū sit sine pēnis: neq̄ sup mare spirituale ambulare. ergo potētia videndi spūaliter. i. potentia credēdi nō est naturalis.

¶ Rndeo. Nō est simile de ceco corporali z spirituali. q: cecus spūalis habet potentiā preparatiuā z opatiuā ad videndū: q: potest facere alia quid quo facto videbit. ¶ Itē habet potentiam operatiuā hmōi. i. potentiā actuā ad videndum. quia cū infunditur et gratia eliciens actū videndi ab ipsa potentia videndi: nō datur ei noua potentia videndi. ¶ Itē q: possibilitatē habet naturalē recipiendi visum. Nullū horū trinū reperire est in ceco materiali. ¶ Ad scōm qđ obicit q̄ habens oculos erutos non pōt videre. distinguēdū est q̄ sūt oculi spūales duplices: scz naturales z gratuiti: sicut z aures. Oculus spūalis naturalis est ratio. sicut dicit aug. in libro soliloquorum. imo ipsa ratio que introducit ibi loquens. Ego (inquit) sum in aia sicut oculus in corpore. Oculi autē gratuiti sunt dona gratuita. Peccatori potest diabolus oculos spūales et gratuitos eruere: quēadmodū z aures precidere. naturales autem non potest. ¶ Ad tertium dicimus q̄ auis manēs sine pennis volare nō pōt: sed que pēnis caret potest eas recipere z volare. ¶ Ad vltimū dicimus q̄ corpus ponderosum nō pōt per naturam sup aquā ferri: sed anima per pctm̄ aggrauata naturaliter est ad hoc vt feratur super aquas spūales. quia dñs sup maria fundauit eam: z sup flumina p̄parauit eā Sic igitur patet q̄ li.ar. pōt in opera meritoria naturaliter: nō tamē sine gra.

Sed videt posse probari q̄ imo. cū ratio sine gratia se leuet nō solū sup naturaz immo sup diuia. sicut ratio sabellij qui posuit q̄ gignens gigneret se. quod est cōtra oēm naturā z cōtra diuina. q: sicut dt aug. in libro de trinitate. Nulla res est naturalis aut diuina q̄ seipsam gignat: et sic videtur q̄ sine gra omni possit homo per rationē leuare se supra se z extendere se ad opa meritoria. ¶ Solutio. Ad hoc q̄ aliquis credat credulitate formata opz q̄ abneget semetip̄m. i. propriū sensum et captiuet intellectū in obsequiū christi ad obediēdū deo et prime veritati z q̄ nulli rationi innitatur: sed soli auctoritati prime veritatis. Et si ei fiat aliqua argumētatio q̄tūcūq̄s apparens in cōtrariū cuius etiā causam fantasie nō statim prima fronte cogñscat debet eā reputare paralogismū: z qui sic ducitur mouetur supra se. Sabellius aūt licet leuaret se supra se z extra se q̄tū ad creditū nō tñ q̄tū ad modū credēdi siue q̄tū ad ip̄m credere: q: ratiocinationi siue fantasie innitebatur: z p̄m naturales regulas volebat regulare diuina. ¶ Alio modo pōt pbari q̄ li.ar. possit ex se z p se in opera meritoria. z hoc ppter propinquitatē verbi ad cor humanū: q: dicit moyses in deutero. ppe est verbū in ore tuo ppe est verbū in corde tuo. Et apostolus exponēs dicit. hoc est verbū fidei qđ predicamus. Aut ergo ppe est appropiatiōe mediata aut immediata. Si ūmediata: igitur immediatū est ad cor. ergo cor humanū pōt illud per se cognoscere. Sed cognoscere illud verbū ē credere articulos fidei: ergo cor humanū pōt per se

Solutio. Gra sumit dupliciter.

Beda ptra iouinianū.

Ad q̄ sic p augustinū.

Expō aug.

Resolutio q̄tū ad istū articulum.

Contra ista arguitur.

Solutio ad istud.

Li.ar. non potest dare oēs circunstantias actui meritorio.

Ad auguſt.

Solutio. Assignat tres differē tias.

Ad scōm.

Duplex oculus spūalis

Errabat sabellius.

Aliter af q̄ li.ar. possit mereri.

Moyses.

Exponit hic paulus.

plene credere. Sed plene credere meritoriū est: ergo ꝙ se sine gr̄a pōt in opus meritoriū. ¶Hoc idē videt per aliā viam. nam fiat iste sillogismus. Omne dictū a prima veritate est verū. hoc sc̄z filium dei esse hoiem est dictum a prima veritate: igitur hoc est verū. Prima ꝓpositio est per se nota cuilibet. Sc̄a sumit ex auditu sic ratiocinando sibi facit ratio plenā fidē de cōclusione et non nisi per mediū illius sillogismi. Mediū aūt illi⁹ sillogismi est veritas prima: ergo per primā veritatē: z ꝓpter primā veritatē creditur plenarie illi cōclusioni. Sed huius ratiocinationē ex se z ꝙ se pōt facere li. ar. ergo ex se et per se pōt i plenā cognitionē siue credulitatē alicui⁹ articuli: z inde vt prius. ¶Contra. Cognitio hmōi est cognitio cōclusionis: ergo nō est vere fidei: q; fides est argumentū nō cōclusio. sicut dicit ap̄lus. ¶Si aūt dicerē ꝙ verbū fidei ꝓpe est cordi humano si non sic ꝓpe quin aliq̄d ꝓpius q̄ō est immediatum ad ipm̄ loquemur de illo imediato z habebimus idē quod prius. q; cū nō contingat ꝓcedere in infinitū tandem occurret ei aliquid imediatū.

¶Solutio. Verbū fidei ꝓpe est cordi humano tribus de causis. Prima est testimoniū scripture legis z prophetarū. Sicut em̄ dicit aug. sup̄ ps. Judei capsarij siue librarij nr̄i sūt. Sūt em̄ pueri deferentes libros post nos tanq̄ post dn̄os: vt si aliqua ꝓponātur ab aduersarijs statim efferāt z explicēt vbi inuenim⁹ testimoniū legis z ꝓphetie. q̄b⁹ errores impugnātiū fidē catholicā elidamus Sc̄a causa ē bonitas dei cui⁹ q; est optim⁹ optia ē facere z optia adducere ℔a em̄ q̄ fides nostra p̄dicat magis incutiūt timorē z inducūt amorem dei q̄ aliqua alia. Unde ipsa sola est vera: fides: q; fides vera est de his solis q̄ maxime sunt talia. Tertia causa. Effectus fidei ꝙ multipler ē vnus est. ꝙ fides facit hoies similes deo. Qui ei credit ꝙ deus dabit sibi vel illi tot et tanta bona diligit ipm̄ sup̄ oīa. Similiter q̄ credit ꝙ oēs sumus fratres et filij dei statim diligit ꝓximū sicut sc̄z efficitur iustus z mansuetus z misericors. Similiter qui credit ꝙ cor⁹ suū templū est spūs sancti statim efficitur castus. Alius est effect⁹ sc̄z opera miracul⁹ que solis fidelib⁹ ꝓmittit legto fidei cōcessa sūt. Unde etiā ille alexander ꝓpter modicā fidē qua crediderat solū deū hebreorum esse verū deū: verbo suo z oratiōe sua inclusit decem tribus intra caspios mōtes. Licet ergo tot modis ꝓpe sit verbū dn̄i vt credat cordi humano. tamē dū per hos modos accedit cor humanū vt credat. non est illa credulitas nisi fidei infor̄mis dū adhuc testimonijs z miraculorū argumētis inheret. Sed vt vere et plene credat necesse habet soli veritati prime pure et nude penitus inherere. nullā certitudinē extrinsecā requirendo. q̄ō non potest nisi gratia fidei illustretur: q; añq̄ aduenīat vera fides pōt adhuc calūpniari homo et hesitare. sed cū ipsa aduenit oēm hesitationē z calūpniā exterminat z expellit vt nō iam crederent samaritani testimonio samaritane. Sed dicunt iā nō ꝓpter te credimus z̄c. Et sic ptz solutio ad primū. ¶Ad sc̄m dicim⁹ ꝙ sic ratiocinando potest aliquis adhuc remanere in fide informi: q; ꝙ prima veritas dicat hoc. i. ille qui dixit sit prima veritas credet fortitā per aliquid aliud a prima veritate q̄ō vera fides non patitur: q; licet testimonia z miracula potuerunt ꝓmouere ad credulitatē articuli. nō tamē possūt eā afficere: sed tantūmodo vera fides que est argumentum ad articulos.

Alio etiā modo videt posse probari ꝓpositū. Nam absq; muliere z viro natꝰ est primus homo. absq; muliere de viro facta est eua: z de viro et de muliere ipa posteritas. de muliere sine viro christus hō. Si liberū arbitriū pōt per naturalia sua capere notitiā prime generationis qua natus est homo virgo sine viro et muliere. cur z quartam capere nō poterit naturaliter cum ipsa non magis repugnet ei. q̄ō si sic est: cū hoc sit articulus sc̄z hoiez natū de virgine. videtur ꝙ in credere meritoriuz possit li. ar. per se solū. ¶Preterea cū melior sit hec generatio q̄ altera predictarū. magis videt ꝙ deus qui operator est optimor eā fecerit q̄ alia quā illarū: ergo si per se capax est ꝙ ille a deo facte sunt. multo fortius z illa. ¶Preterea dei ꝓfecta sūt opera. sicut scriptū ē in deuterono. Sz hec generatio ad perfectionē operū dei requirebatur: necesse ergo erat hanc generationē fieri.

¶Sed cōtra. Alius fuit nostre liberationis modus deo possibilis. vt dicit augustinus. ¶Solutio. Licet capacitas liberi arbitrij ad hoc se extendere possit ꝙ credat hoiem posse nasci de virgine. nō tamen in illud excellens poterat vt crederet filiū dei de virgine natū nisi per gratiā eleuantē ipm̄ ad tantā altitudinē capiendā. ¶Q; obicitur ꝙ hec melior. dicimus ꝙ potuit de⁹ facere multa me'iora q̄ fecerat. sed omnia fecit talia qualia. primo in vniuerso optima sūt. ¶Sed cum istud filiū dei esse hoiem sit vtilissimum toti vniuersitati: q; z angelis qui ipsum desiderāt ꝓspicere: ita scm̄ ꝙ homo hoibus qui ꝓcul dubio idē desiderant. Videtur ꝙ necesse fuerit hoc fieri: z inde vt prius. ¶Jtē si optimi est optima producere: z necesse est optimū optima producere. cū optimū esset filiū dei incarnandum: z ideo creature rationali vtilissimū. Unde gen̄. xv. in q̄rta generatione reuertētur filij tui de captiuitate necesse ergo fuit vt filiꝰ dei incarnaret. ¶Q; ꝙdam cōcedunt dicētes ꝙ ex quo peccauit homo necesse fuit filiū dei incarnari. ¶Sed hoc est cōtra aug. qui dicit ꝙ alius fuit modus nostre liberationis deo possibilis. Sed nullus nostre miserie sanēde cōuenientior. ¶Solutio. Non valet hec argumētatio. Ab optimo necesse est optimū ꝓduci. Incarnatio filij dei optimū est: igit z̄c. q; sicut aliquid eo ipso ꝙ fit ex arte artificiosum est z artificiose fit. similiter aliquid eo ipso ꝙ ab optimo fit: z optimū est z optime fit. Et ideo non valet hec argumentatio q; si istud non fuisset factum: aliud fuisset factum loco eius quod et optimum et optime factum esset.

¶Duodecimus tractatus in quo queruntur tria.

Ad primo q̄ sic.
Secundo.
In oppm̄.
Sc̄o per glosam hieronimi.
In contrarium arguit Eua sio.
Solutio.
Prima cā. Augustin⁹ sup̄ psalmū Judei sūt li brarij nr̄i.
Sc̄a cā.
Tertia cā. Multipler effect⁹ fidei Primus.
Secundus Alexander incluſit iudeos.
Fides infor mis q̄d facit
Ad primū. Ad sc̄m.
Iterum ad idem.
Sc̄o ad idē
Tertio.
Deuteron.
In oppm̄.
Solutio.
ad obiectū.
Iterum ad.
Ad idem.
Genesis.
Opinio alī quorū contra quā videtur aug.
Solutio.

¶Contra hanc opinionem arguitur.

Ad primo q̄ sic.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Nota bene dictū aug. z quod sequit
Opinio alī quorū q̄ ponūt quinq̄ potētias anime.
Duo oculi rationis.
Primo.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Quinto ꝙ hieremias.
Glosa gre.
Sexto.
Boetius.
Error arrij
alia opinio
Contra hāc ar
Secundo.
Solutio sine iudicio
Duplex via sinderesis.

Am dictū sit ꝙ liber ar. est rō. ¶Primo queritur vtrū ratio peccet. et precipue vtrū ratio superior siue sinderesis peccet. ¶Sc̄o vtrū peccet sm̄ viā superiorē. ¶Tertio vtrū illa sola peccet. ¶Prio igitur probatur ꝙ ipsa peccat q̄m ipsa est li. ar. in quo ē meritū z demeritū. ¶Jtē q; q̄q; errat in credendo: sed errare in credēdo est mortale: ergo ratio aliq̄n peccat mortaliter. ¶Sed ꝓtra. dicit aristo. ꝙ intellectus semp est ver⁹. fantasia q̄q; vera q̄q; falsa: ergo in ratione nūq̄ est error. ergo nec pctm̄. q; non pōt esse pctm̄ in ratione nisi erroris. ¶Jtē sup̄ ezechie. vbi loquitur de q̄tuor animalibus dicit glosa hiero. q; per hoiem vitulū z leonē intelligūtur vis rationalis cōcupiscibilis irascibilis ¶Preter hec aūt z extra hec est quarta vis quā greci sinderesim vocāt: q̄ scint illa cōscientie nō fuit extincta in cayn qua victi voluptatibus vel furore vel interdū ipsa ratiōis decepti similitudine nos peccare sentimus quasi ꝓprie aquile deputant nō se miscentē cuz alijs tribus: sed ipsa errantia corrigentē. Hanc quoq; precipitari videm⁹ z amittere locū suū: vt q̄ homo sine pudore peccat z dicitur ei frons meretricis facta est tibi noli. zc̄. Hic ē spūs qui interpellat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Nemo ei scit ea q̄ sunt in hoīe nisi spūs hoīs qui est in illo. Ex hac auctoritate habetur ꝙ sinderesis nō admiscet se pctis aliorū immo corrigit: et ita videt ꝙ nō peccat. ¶Jtē ois qui peccat. peccat indiscrete z irrationabiliter: igitur ois qui peccat cōtra rōnē peccat. igitur nullus ex rōne. igitur ratio nō peccat. ¶Jtē sensus nūq̄ errat: q; offert aīe solū modo suā immutationē sicut imutat a re sensibili extrinseca: q; non attingit rem nisi scm̄ ꝙ immutatur a re sensibili. Res aūt sensibilis nō mutat sensum nisi scz̄ dispositionem quā habet: igitur sensus nō accipit rē nisi talē qualis ipsa ē: z nō renūciat aīe nisi talē qualē accipit. ergo sensus nō renūciat aīe nisi talē rē qualis ipsa est sm̄ veritatē. Ois sensus ver⁹: ergo cū eadē ratio sit in intellectu ois intellectus erit verus: q; ois intellectus sicut z sensus mutatur a rebus. Unde dicit aug. ꝙ ipse res generant scientiā sui in anima. si ergo intellectus nunq̄ errat nec ratio peccat.

¶Ad hoc dicūt quidā ꝙ ratio nūq̄ peccat: z distinguunt q̄nq; potentias anie. s. sensum/imaginationē/sensualitatē/rationē/intellectū. Sensus ē potentia qua aīa sentit sensibilia extra se ꝓsentē materia. Imaginatio est vis qua apprehendūtur sensibilia absente materia. Sensualitas ē vis qua aīa moueri habet ad appetendū ea que sunt vtilia vel delectabilia corpori. Ratio est vis qua habet discernere aīa verū z falsū: bonū z malū. Intellectus aūt est vis anie qua percipit res incorporeas a sensibilibus abstractas. Rōnis aūt duo sūt oculi: sc̄z cognitiōis z amoris. oculū cognitionis nititur auferre imaginatio corrupta ꝙ errorē. oculū amoris nititur eruere per cōcupiscentiā sensualitas. z dicunt ꝙ si error est in hoīe nō est ex ratiōe sed ex imaginatiōe sicut ꝓuus amor non est in rōne sed in sensualitate.

Primo queritur vtrū ratio peccet. et precipue vtrū ratio superior siue sinderesis peccet. ¶Sc̄o vtrū peccet sm̄ viā superiorē. ¶Tertio vtrū illa sola peccet. ¶Prio igitur probatur ꝙ ipsa peccat q̄m ipsa est li. ar. in quo ē meritū z demeritū. ¶Jtē q; q̄q; errat in credendo: sed errare in credēdo est mortale: ergo ratio aliq̄n peccat mortaliter. ¶Sed ꝓtra. dicit aristo. ꝙ intellectus semp est ver⁹. fantasia q̄q; vera q̄q; falsa: ergo in ratione nūq̄ est error. ergo nec pctm̄. q; non pōt esse pctm̄ in ratione nisi erroris. ¶Jtē sup̄ ezechie. vbi loquitur de q̄tuor animalibus dicit glosa hiero. q; per hoiem vitulū z leonē intelligūtur vis rationalis cōcupiscibilis irascibilis ¶Preter hec aūt z extra hec est quarta vis quā greci sinderesim vocāt: q̄ scint illa cōscientie nō fuit extincta in cayn qua victi voluptatibus vel furore vel interdū ipsa ratiōis decepti similitudine nos peccare sentimus quasi ꝓprie aquile deputant nō se miscentē cuz alijs tribus: sed ipsa errantia corrigentē. Hanc quoq; precipitari videm⁹ z amittere locū suū: vt q̄ homo sine pudore peccat z dicitur ei frons meretricis facta est tibi noli. zc̄. Hic ē spūs qui interpellat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Nemo ei scit ea q̄ sunt in hoīe nisi spūs hoīs qui est in illo. Ex hac auctoritate habetur ꝙ sinderesis nō admiscet se pctis aliorū immo corrigit: et ita videt ꝙ nō peccat. ¶Jtē ois qui peccat. peccat indiscrete z irrationabiliter: igitur ois qui peccat cōtra rōnē peccat. igitur nullus ex rōne. igitur ratio nō peccat. ¶Jtē sensus nūq̄ errat: q; offert aīe solū modo suā immutationē sicut imutat a re sensibili extrinseca: q; non attingit rem nisi scm̄ ꝙ immutatur a re sensibili. Res aūt sensibilis nō mutat sensum nisi scz̄ dispositionem quā habet: igitur sensus nō accipit rē nisi talē qualis ipsa ē: z nō renūciat aīe nisi talē qualē accipit. ergo sensus nō renūciat aīe nisi talē rē qualis ipsa est sm̄ veritatē. Ois sensus ver⁹: ergo cū eadē ratio sit in intellectu ois intellectus erit verus: q; ois intellectus sicut z sensus mutatur a rebus. Unde dicit aug. ꝙ ipse res generant scientiā sui in anima. si ergo intellectus nunq̄ errat nec ratio peccat.

¶Ad hoc dicūt quidā ꝙ ratio nūq̄ peccat: z distinguunt q̄nq; potentias anie. s. sensum/imaginationē/sensualitatē/rationē/intellectū. Sensus ē potentia qua aīa sentit sensibilia extra se ꝓsentē materia. Imaginatio est vis qua apprehendūtur sensibilia absente materia. Sensualitas ē vis qua aīa moueri habet ad appetendū ea que sunt vtilia vel delectabilia corpori. Ratio est vis qua habet discernere aīa verū z falsū: bonū z malū. Intellectus aūt est vis anie qua percipit res incorporeas a sensibilibus abstractas. Rōnis aūt duo sūt oculi: sc̄z cognitiōis z amoris. oculū cognitionis nititur auferre imaginatio corrupta ꝙ errorē. oculū amoris nititur eruere per cōcupiscentiā sensualitas. z dicunt ꝙ si error est in hoīe nō est ex ratiōe sed ex imaginatiōe sicut ꝓuus amor non est in rōne sed in sensualitate.

¶Contra hanc opinionem arguitur.

Videtur ꝙ in sinderesi est pctm̄: q; in predicta auctoritate vr̄ hanc interdum precipitari videmus z nō nisi per pctm̄ igit sinderesis q̄nq; peccat. ¶Preterea ibidē habetur ꝙ eius ē corripere alias et non corrigit q̄n necesse est. s. q̄n alter errant: ergo obmittendo peccat. ¶Jtē donū sapiētie quod est supremū inter dona est in superiori parte rōnis: q; per ipsum cognoscitur deus: z ipsa sita ē in sinderesi: igitur meritū in sinderesi: igit z demeritū. igitur z ipsa peccat. ¶Jtē fides virt⁹ est z in superiori parte rōnis: q; per ipam imediate mouet in deū: igitur vicīū ibidē est. q; cū virtus z vicīū sint cōtraria idē habent susceptibile. ¶Jtē hieremias. filij mēpheos constupr̄auerat te vsq; ad verticē. Hoc dr̄ anime peccāti. ibi glo. grego. ꝙ cōstupr̄at aīa vsq; ad verticē q̄n corrūpitur i ea integritas fidei. Sed verte aīe nihil aliud est q̄ superior: pars rōnis siue sinderesis; ergo corruptio fidei est in sinderesi: igitur z pctm̄. ¶Item cuius est apprehendere eiusdē est cognoscere: et cuius est cognoscere eius est iudicare: ergo cum intellectus solus habeat cōprehendere z cognoscere insensibilia: solius intellectus est iudicare de insensibili nō ergo fantasie. igitur si in iudicio intelligibiliū est error est in intellectu nō in fantasia cū vis inferior nō attingat ad ea que sūt vis superioris sicut dicit boetius. Sensus em̄ nō est potens de insensibilibus iudicare nec de eis que sunt in fantasia vel imaginatione: igitur nec fantasia attingit intelligibilia. ergo nec cor̄ error

Error igitur ille quē dixit arrius filiū esse minorem patre nō fuit in fantasia sed in intellectu. Et ita ratio siue intellectus peccat. ¶Quor̄ūdā est opinio ꝙ ratio peccat sed sinderesis nō est rō nec pars rōnis. Sz quedā natura in aīa qua aīa appetit bonū naturaliter z reprobat malū. non ꝙ modum intellectus et volūtatis: sed per modū naturē. z ideo in ea nō est meritū vel demeritū. ¶Cōtra eos est quod dicit hieronym. ꝙ videm⁹ eā multotiens precipitari: q; ipsa corrigit alias: in hoc precipue est meritū vel demeritū: z si corrigit alias est dignior oībus alijs. Et ita dignior ratiōe Non ergo rationale est differentia substantialis hoīs: qm̄ non nisi a digniori debet res nominari.

¶Preterea q̄d est magis meritorior̄ q̄ illō quod dicit bt̄us hiero. Hic est spūs qui pro nobis orat gemitibus inenarrabilib⁹: z quomodo orat si nō intelligit vel discernit: Similiter quō corrigit si nō discernit vel cognoscit. si aūt discernit vt cognoscit est ratio vel pars rationis. Per hāc solutionē nō mutātur obiectiones q̄bus ꝓbatur ꝙ rō nō peccat. ¶Solutio. Nobis videt sine preiudicio ꝙ sinderesis est superior pars rōnis. z ipa aliquādo peccat. In ea em̄ fuit pctm̄ arrij: z sabellij Sed notandū ꝙ duas habet vias vnā qua incipit a prima forma z sm̄ ꝙ in ea videt regit se. Cū em̄ ipsa sit vera imago dei in se videt deū in quo videt verā iusticiā verā mānsuetudinem: et sic de aliis. Et sc̄m ꝙ dono sapientie magis fuerit illustrata perspicatius videt pctā in prima forma:

et ſic humiliat ſe et conformare ſe ei nititur. Videns eñ qd faciendũ qd non faciendũ quia videt ibi oĩa q; ſunt iuris naturalis. ſcõm hãc viã nũq; peccat ratio ſiue ſindereſis: z ſi hõ hãc viã ſeq̃tur nunq; peccaret. Et ideo dicitur penitẽtibus per iſayam. Redite preuaricatores ad cor: vbi poteſtis videre formã ſummi bonj. Et in euangelio dñs ſamaritane. voca virũ tuũ. et in deuterono. qõ recitat aplꝰ ad Ro. prope eſt verbũ in corde tuo ꝓpe eſt in ore tuo. Habet ratio aliã viam cũ incipit diſcrettonẽ ſuã a ſenſibilibus: z ſcõm hãc viã poteſt decipi per rõnes ſenſibiliũ apparẽtes vt arrius volens per rõnes naturales eterna metiri. Sindereſis ergoq̃tũ ad primã viã ſentit nos errare vel cupiditate vel furore vel rõnis ſimilitudine deceptos. Cũ eñ ratio inferior per errorẽ decipitur ſi ſindereſis ꝓſulat primã formã ſtatim corrigit inferiorẽ partẽ rõnis Et dicimus q; ratio corrigit ſeipſam q̃tum ad diuerſas vias. ¶ Ad primũ dicim⁹ q; intellect⁹ duob⁹ modis accipiꝝ. q̃q; 9: intellectus cognitio principiorũ in vnaquaq; facultate ſm q; dicit ariſto. q; intellect⁹ eſt acceptio imediate ꝓpoſitionis. z ſcõm hoc intellectus ſemp eſt verus in ſpeculatiuis. Eodẽmodo ſindereſis ſp eſt vera q̃tũ ad primã viã in faciendis. qz ſicut in ſpeculatiuis ſunt quedã q̃ per ſe ſunt nota q̃ ſunt pura natura ſpeculatiõis. Ita in agendis ſunt q̃dam principia agendi per ſe nota in quibus ius nature cõſiſtit. Q̃q; 9: intellectus potentia intelligendi vſualiter. z hui⁹ ẽ cõferre intelligibilia: z q̃q; vtiq; apparẽtib⁹ rõnibus: q̃q; exiſtentibus: z ſic intellect⁹ q̃q; ẽ verus. q̃q; eſt falſus. ſicut dicit ariſto. q; intellect⁹ potens eſt fingere multas cõpoſitiões q̃ nõ eueniunt in rerũ natura. ¶ Fantaſia aũt tripliciter accipitur. q̃q; 9: idẽ q; ſenſus cõis q̃ 9 btũs auguſtin⁹ vocat ſenſum interiorẽ. q̃q; 9: ipa imaginatio ſiue idolũ impreſſum in inſtrumento imaginatiõis vel memorie. Tertio modo 9: fantaſia opinio q̃ acquiritur ex apparentibus rõnibus: et ideo q̃q; vera q̃q; falſa. ꝑctm̃ arrij et ſabellij fuit ex fantaſia. i. ex opiniõe falſa quã acquiſiunt ex apparẽtibus ratiõib⁹ male collocatis. ¶ Ad ſcõm obiectũ dicimus q; ſindereſis eſt extra hoc z ſupra hoc q̃tũ ad cõtẽplationẽ dei vel ſcõz primam viã z ſup ſeipam ſcõm diuerſas ſui partes: nec intermiſcet ſe aliis ſcõz ꝓpriã viã. ¶ Ad tertio obiectũ dicimus q; nõ valet. Omne ꝑctm̃ fit cõtra rõnẽ: igitur nullũ ꝑctm̃ fit a rõne. q̃m ſcõz diuerſas vias rõnis vtrũq; verũ eſt. nec iſta duo ſũt cõtraria eſſe a rõne et eſſe contra rõnẽ ſcõz diuerſas vias q̃ ſcõm vnã viã eſſent ꝓtraria. ¶ Ad vltimũ obiectũ dicim⁹ q; virtũ apprehenſiuaruz quedã ſunt apprehenſiue tm̃ et nõ opatiue vt ſenſus/imaginatio. q̃dã apꝓhẽſiue z operatiue vt rõ z intellectus. q̃ nõ tantũ apprehẽdũt ſed etiã cõferũt. z in collatione põt decipi aliquis licet non ſit deceptus in apprehenſiõe. Unde licet ſenſus nũq; ſit falſus quod ꝓprie contingit in ꝓprio ſenſato bene ſe habente: intellect⁹ tamen ſiue ratio quandoq; decipitur in conferendo.

¶ Secunda queſtio huius tractatus. xij.

Ilsayas. In euãgio In deuto. Alia via ſindereſis.

Rõ corrigit ſeipſam.

Ad primũ. Intellect⁹ capit̃ dupl̃r

Primo mõ nõ poteſt errare.

Aliomodo capitur.

ariſtoteles

Fantaſia capit̃ tripl̃r.

Auguſtin⁹. Secundo. Tertio.

ꝑctm̃ arrij z ſabellij.

Ad ſcõm.

Ad tertium

Ad vltimũ. Duplex vis apꝓhẽſiua.

ON ſequẽter q̃ritur an ratio ſiue lib. ar. ſcõz viã ſuperiorẽ peccare poſſit. ¶ Q; videt: q; vbicũq; põt eſſe collatio põt eſſe error. Hamybi eſt conſiliatio ſeu deliberatio põt eſſe error Sed in illa ſuperiori via eſt collatio: igitur error habet ibi locũ: ergo ꝑctm̃. ¶ Itẽ in vſu principio rum cognoſcẽdi quo ad ſũprionẽ medij cõtingit errare: q; difficille eſt mediũ inuenire: igitur z in vſu principiorũ agendi cõtingit errare. Sz vſus principioꝝ agendi bene ad ſuperiorẽ ꝑtinet viã: igitur in via ſupiori põt occurrere ꝑctm̃. ¶ Itez angelus viã ſuperiorẽ tenebat: q; de inferioꝛib⁹ nõ cogitabat z tñ peccauit. ¶ Itẽ qui peccat in ſpm̃ſctm̃ cõtra ipſa principia bene agẽdi peccat. q̃ dirigũt viã ſuperiorẽ. Derogat eñ diuine miẽ deſperando: z diuine iuſtic̃ie preſumendo. z inde vt prius. Et ex hoc etiã apparet falſũ eſſe q̃d dicit philoſophus q; intellectus principiorũ ſemp verus eſt. ¶ Ecõtrario videt q; via ſuperior nõ habeat deuiũ vel errorẽ. dicit eñ aug. de fa reli gione. Noli exire foras: ad te redi: intus habitat veritas. cuius ducatus cũ ſit rectiſſimus z magiſterũ certiſſimũ. nõ videtur q; qui ſequũtur ipm̃ vel ipſã peccẽt niſi ab ea declinauerit. ¶ Item non videt q; angelus per viã ſuperiorẽ incederet cũ peccauit. imo pulcritudinis ſue reſpectu ceterorũ angeloꝝ excellentiã videndo. nec ſe ad eq̃litatem cõditoꝛis nõ poſſe pertingere cõferendo equalitatẽ illã appetiſt. et a veritatis ſemita declinauit. ¶ Solutio. Dicim⁹ q; ſindereſis q̃diu ſequitur ſuperiorẽ viã imunis eſt ab errore. Nec eſt verũ q; vbicũq; põt eſſe diſcretio aut collatio poſſit eſſe error: q; licet in qualibet vi. zc. nõ tamen in quacũq; via zc. aut q̃cũq; ducat autu q̃cũq; magiſterio. Nã dũ pergit per viã illã et ſeſe regulatur per regulas legis prime z forme incõmutabili ſe conformare ſatagit et magiſtro interius conſulenti et docẽti penitus acquieſcit non precipitatur. ſed aliqrũ virũ errata corrigere cõtendit. Hũc eñ mgr̃m cõſultũ naturaliter orant qui in arte alicuius interrogationis ſũt. q̃ cõſultatio nihil aliud eſt q̃ q̃dã premeditatio: quavide mus vti reſponſuros ad interrogata. ſicut dicit aug. in libro de mgro. z q̃dam philoſophus ait q; nihil aliud eſt ſtudiũ q̃ ſuperne z interne illuſtrationis expectatio. Per hoc ſoluitur primo queſtum. ¶ Ad ſcõm reſpondendũ eſt q; in vſu principiorũ agendi nõ ſe admiſcet error. ſi cõſideret z inſpiciat ſindereſis primã legẽ z magiſterio ꝓprij magiſtri ſe ſine difficultate ſubmittat. Unde philoſophi veritatis prime cognitionẽ habẽtes legi z doctrine atq; magiſterio eiuſdẽ ſe ſubicere recuſauerũt: q; cũ cognouiſſẽt deũ zc. imo ſicut dicit amos Iudicũ. i. diſcretionẽ ſeu cognitionẽ in abſinthiũ. hoc eſt in amaritudine idolatrie cõuerterũt et ideo viã illã rectiſſimã deſeruerũt: et errores varios incurrerũt. ¶ Ad tertio obiectũ dicendũ eſt ſicut ꝓbatũ eſt q; angelus dũ ad ſue pulchritudinis ſpeculationẽ deſcendit et eã non poſſe equari prime pulchritudini nõ contuli per equalitatis illi⁹ appetitũ a via ſupiore diuertit.

Af q; ſic.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Auguſtin⁹

Ad ſcõm.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

Solutio.

Sindereſis nũq; errat. ſequẽdo ſuperiorẽ viã.

Auguſtin⁹

Ad tertiũ.

Adultimũ. Auguſtin⁹ Ad aliud. Intellect⁹ mixt⁹ fantaſie errat ali quando. Af per auguſtinum. Gloſa. Auguſtin⁹ Secundo. Tertio. In oppm̃. Scõo per auguſtinũ. Tertio per dionyſium.

¶ Ad vltimũ reſpondendũ eſt q; ille q̃ peccat in ſpm̃ſctm̃ temere preſumẽs de dei mia fantaſtica rõcinatione ſeducit. Hã ex tẽpoꝛalitate ꝑcti arguit ſolã vltionẽ tẽpoꝛalẽ ſibi debere infligi. cuz dicat aug. q; tpis circũſtãtia facit vt ꝑctm̃ eternaliter puniat. Sed circũſtãtia tpis illius i quẽ peccat qui cũ ſit eternus z implentibus mãdata eterna bona ꝓmittit. trãſgreſſoꝛib⁹ vero penas cõminat eternas. eoipſo dignũ et iuſtũ eſt vt qui in ſuo eterno eternũ iudicẽ offenderũt: in eis⁹ eterno eternaliter cruciẽtur. ¶ Q; obiectũ eſt q; er quo circa principia cõtingit errare nõ eſt intellectus principioꝝ ſemp verus: rñdendũ eſt q; intellectus principioꝝ ſemp verus eſt q̃ purus eſt et ſine admixtione fantaſie. Sed cũ fantaſmatibus ſe admiſcet de facili labitur in errorẽ. ſicut quidã circa principia errauerũt negãtes ipſa ꝓria principia dicentes q; nõ oẽ totũ maiꝰ eſt ſua parte decepti hac fantaſia. Nã homo totũ eſt cõſtans ex corꝑe et anima: nõ tamẽ eſt ſuo corꝑe maior.

¶ Tertia queſtio huius tractatus.

TErtio videtur poſſe oſtendi q; ſola ſindereſis peccat z q; eius eſt oñe ꝑctm̃. q; ſine ea nõ eſt aliq; peccatũ. ¶ Dicit eñ auguſtin⁹ q; optimũ eſt in aĩa cui obtẽperare oportet cetera. Sed conſtat q; ſindereſis optimũ eſt in aĩa: igit̃ cetera debent ei obtẽperare oĩa. z hoc eſt q̃ dicit ſalomon. Bfidicta terra cui⁹ rex nobilis eſt vbi dicit gloſa. rex. i. ratio. Et idem. ve terre cuius rex puer eſt. vnde dicit aug. q; ratio ſiue ſindereſis habet primã auctoritatez mouẽdi mẽbra ad opa exercẽda. Si ergo penes ſindereſim cõſiſtit totũ regimen et imperium aĩe oĩa ſunt et imputanda. igitur oñe ꝑctm̃ ei⁹ ẽ aut ſine ipſa nõ fit. ¶ Itẽ ea poſita ponit̃ meritũ ea circũſcripta nõ eſt meritũ. qz ea circũſcripta nõ eſt cognitio qua circũſcripta nõ eſt fides aut caritas in quib⁹ eſt totũ meritũ: igitur penes eã ſolam eſt oñe meritũ. igit̃ z oẽ demeritũ. z inde vt prius. ¶ Itẽ malũ eſt auerſio a bono incõmutabili: ſed hmõi auerſio ẽ in ſola ſindereſi. ſicut cõuerſio ad incõmutabile bonũ in ea ſola eſt: ergo malũ eſt in ea ſola. ¶ Sed ecõtrario ꝑbat̃ q; ipa nũq; peccat: qz ſicut dicit aug. Optimũ eſt illud ſm q̃ debet viuere aĩa. Si ergo ſindereſis optimum eſt in aĩa ſm eã optime viuit̃: igit̃ ſcõm eaz nunq; peccat̃. Si eñ ſm eã peccare contingeret nõ ſm eã viuẽdũ eſſet neq; ſm eã optime viueretur. ¶ Itẽ dicit aug. q; notio boni ꝑ ſe impreſſa ẽ in aĩabus nſis z cõſtat q; in ſindereſi eſt hmõi impreſſio. Ex hoc ſequit̃ q; ſindereſis ꝑ ſe cognoſcit bonũ et q; de neceſſitate cognoſcit bonũ: ergo ꝑ ſe z de neceſſitate appetit illud z reꝓbat malũ: igit̃ nũq; appetit niſi bonum: nũq; reꝓbat niſi malũ imo vt videt̃ naturaliter hoc appetit z illo reꝓbat. igit̃ nunq; peccat. ¶ Hoc idẽ videtur per illud q̃ dicit btũs dionyſius in tractatu de malo vbi dicit q; demones eo q; ſunt z ex optimo ſũt z bonũ z optimũ cõcupiſcunt. priuatiõe autẽ z fuga z caſu a naturalibus bonis mali ſunt. Si ergo inq̃tũ ſũt et ex bono ſunt bonũ appetũt. cũ appetitus ille nature ſit et nõ voluntatis. quia ſi eſſet volũtatis ſiue li. ar. ꝑctm̃ eſſet: qz oĩs mor⁹ li. ar. in eis eſt ꝑctm̃. Sed videt̃ q; ſindereſis ſit ille appetit⁹. ſed ipſa ſemp et de neceſſitate ſic appetit: qz naturaliter ſcõm q; ſindereſis ſiue ſm q; ſuperior pars rõnis. ipſa ergo nunq; peccat. qõ cõcedũt. ¶ Ad primũ dicim⁹ q; z ſi ſindereſis in regno aĩe imperare habeat nõ tñ ipſa ſola. vnde nec ipſa ſola a peccat nec et ſoli ꝑctã ſũt imputanda. ¶ Ad ſcõm dicendũ q; licet ipſa preſente ſit meritũ. ipſa vero abſente abſit meritũ. nõ tamẽ in ipſa ſola eſt meritũ. Sed cõcludi potuit: ergo in ipſa ſola eſt primo meritũ qõ quidẽ verum eſt. ¶ Ad tertiũ dicendũ q; non cõuerſio ab optimo nec ad ipm̃ q̃uerſio in ſola ſindereſi eſt niſi loq̃ris de auerſione z cõuerſione imediate q̃ ſunt primo in ſindereſi. ¶ Ad quartũ dicendũ q; ipſa optia eſt et in agendo z in eſſendo ſcõm q; non egredit̃ terminos ſuperioꝛis vie. Unde cõdiu ſic ſe habet nec ipſa peccat neq; ſcõm ipam peccare ꝓtingit. Q; eñ dicitur ſindereſis aut ratio aut ꝓcupiſcibilis aut iraſcibilis peccare ex eo ſẽſu accipiẽdũ eſt: qz aĩa ipſa ſcõm aliquã harum potentiaꝝ ſeu virtũ ꝑctã cõmittit. ¶ Ad quintũ et ſextũ vnica eſt reſponſio vt dicatur q; ſicut intellectus principia ſpeculationis dupliciter ſpeculatur. ſ. abſolute vel in collatione ad cõcluſiones que oriũtur ex eis. Sic z ſindereſis principijs operatiõis dupliciter vtitur. z ſicut ſpeculatiuus intellect⁹ ſcõm primũ modũ penitus imunis eſt ab errore. Scõm vero alterũ de facili labitur in ꝑctm̃ ſiue errorẽ. Sic z ſindereſis aut ratio dum circa principia agendi verſat̃ ſcõz vnũ modũ peccare põt. ſcõm alterũ vero nõ eſt poſſibile q; ipſa peccet.

¶ Tractatus. xiij. de malo in cõmuni.

¶ Capitulum primum.

DIcto de li. ar. conſequens eſt dicere de his que a li. ar. ꝓcedunt: vt de actiõib⁹ ſeu bone ſint ſeu male z primo de malis que ab ipſo immediate ꝓcedunt. Sz primo determinandũ ẽ de malo in vniuerſali vt poſt modũ ad ſpecialia mala de quibus ſigillatim tractandũ eſt facilioꝛ et cõpetentioꝛ ſit deſcenſus. Circa malũ in vniuerſali certificandũ eſt an ſit. quid ſit z vnde ſit malũ: z de eius natura in genere. ¶ Q; autẽ ſit malum multiplex eſt oſtenſio. tum per eius ordinationẽ. tum per eius nocumẽtum. tum per eius intentionem. tum per ei⁹ effectũ. tum per eius cõtrarietatẽ ſiue ei⁹ oppoſitionem. ¶ Primo ꝓbat̃ q; malũ ẽ per ei⁹ ordinationem. qz ſicut dicit aug. in libro de ordine q; bona et mala in ordine ſũt. Sed q̃quid habet ordinẽ ẽ igitur malũ eſt. ¶ Itẽ aug. in euche. Malũ bene ordinatũ z ſuo loco poſitũ eminentius cõmẽdat bona vt magis placeant bona z laudabiliora ſint dũ cõparãtur malis. Cũ ergo malũ habeat ꝓpriũm locum z ꝓpriũ ordinem: ergo ẽ ens. ¶ Preterea malũ eſt bene ordinatum: igitur nõ eſt priuatiũ ordinis. ¶ Queritur etiam cui inſit ordo iſte quo malum eſt bene ordinatum. Si eni ineſt malo. igitur malũ eſt aliquid. Si autem non ineſt malo: ergo nullus ordo ineſt malo: ergo malum non eſt bene ordinatum. Nec poteſt

Opinio aliquorum.

Ad primũ.

Ad ſcõm.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

Quõ intelligitur illa locutio.

Ad quintũ z ſextum.

Intellect⁹ dupl̃r ſpeculat̃ pricipia

Quinq; mediis ꝓbat malum eſſe.

Primũ ꝓbat̃ ꝑ aug.

Idẽ augu.

Amos ꝓpheta ꝓtra philoſophos.

Ad tertiũ.

In oppm̃.

Secundo.

Tertio q origenẽ.

Solutio. Malũ nõ ẽ

Augustinꝰ.

Ad primũ.

Ad aliud.

Dionysius. Ad aliud.

Sapiens.

dici q malũ sit ordinatũ per bonũ: ꝺa si hoc esset nichil diceret aug. dicẽs mala ordinari ad cõmẽdationẽ bonoꝝ. ¶ Itẽ si malũ sit ordinatũ queritur per quid est ordinatũ. aut per malitiã qꝺ esse nõ põt cũ malicia pura priuatio sit z nihil sit Aut per actionẽ et hoc iterũ esse nõ põt: q sic q bonũ ordinarek. actio eñ bona est: igit malũ vt videk non est ordinatũ. ¶ Itẽ dicit origẽ. sup numeri. Homines teterrime vite bene ordinati sunt ad vilia officia vt purgent vicos z cumulos ciuitatꝫ vt delectabilis sit bonis habitatio in ea: igit mali bene ordinati sũt in vili loco: ergo malũ bene ordinatũ est in vili loco. igitur inordinati sũt in eminentiori loco siue male ordinati. Dicit eñ ecclãsticus. x. est malũ qꝺ vidi sub sole stultũ positum in dignitate sublimi ¶ Solutio Sicut dicũt scti dicimus q malicia nihil est: q pura priuatio nichil est. sicut etiã dicũt philosophi. Dicũt eñ q malũ est priuatio perfectionis. malũ tamẽ bene ordinatũ est sicut aug. dicit in libro de natura boni. Ut eñ deus in quibusdã locis tenebras facit z ita decenter vt deus. z sicut nos in cantãdo silentiũ interponimus. ita deus oĩz rerũ artifex inter bona mala ordinat. Est ergo malũ bene ordinatũ z nõ sequitur. est bene ordinatum: ergo est. Instãtia. Silẽtiũ est bene ordinatũ inter acutũ et graue: igitur silentiũ est. ¶ De hoc qꝺ queritur cui insit ordo dicendũ est q ordinatio inest malo ratione loci in quo ordinatur in pena. sicut tenebris inest ordinatio ratione loci in quo ordinant z sicut silentio rõne temporis. ¶ Ad hoc autẽ q querit per quid est malũ ordinatũ. dico q ordinatum est sed nõ ex natura tñ. neqꝫ ex natura actionis siue subiecti tñ: sed ex natura mixti. Malum eñ quoddã mixtũ est ex ente et nõ ente sicut dicit dionysius. Unde z bene ordinatur in pena secundũ exigentiã meriti. ¶ Ad hoc autẽ qꝺ post obicitur dicimus q hoc argumentum nõ valet. Mali bene ordinati sunt in vili loco: igitur male ordinati sũt in sublimiori loco. Dicimꝰ eñ q est quedã ordinatio mali manifesta: vt cũ ordinatur malũ in pena eterna. Unde mali demergũtur in profundũ lacus z in pena tẽporali. vnde humiliãtur peccatores vsqꝫ ad terrã. Et ẽ ordinatio mali occulta vt cum dñs multis de causis facit ypocritã regnare que cause nobis occulte sũt. Sꝫ hoc facit quãdoqꝫ propter peccata populi. qui meritis peccatoꝝ exigentibus malũ rectorẽ suscipit: quia bono indignũ se reddidit vt quales sunt habitatores ciuitatis talis sit rector eoꝝ. sicut dñs dicit in osee. Dedi eis regẽ in furore meo. quãdoqꝫ autẽ dat eis dñs in ira sua z in furore suo tyrãnum quasi virgã aut flagellũ: imo quasi securim et malleũ vt opprimat et flagellati per flagella redire cogãtur a viis suis pessimis: q pena aperit oculos quos culpa claudit. Ut etiã boni eruditãtur z purificẽtur. z vt ralibet ordinatio mali competens est z debita. Sed prima manifestã et euidentẽ habet causam. secunda latentẽ propter qꝺ significant dicit sapiens. Vidi malũ sub sole qua si per errorẽ egrediens a principe. Hõ eñ est error: quia sapientia eterna in ordinatione rerũ nõ fallitur. Sed tñ quasi error reputak dñ ordinationis vtilitas ignorak. ¶ Itẽ dicit aug. in libro de vera religione. Malũ bene ordinatũ non deturpat vniuersũ. ¶ Cõtra. Mulier eo q maculam nõ habet pulchrior est. vñ eo laudatur sponsa in canticis q maculam nõ habet. cũ dicitur. Tota pulchra es amica mea z macula nõ est in te. ergo bonũ si maculã mali nõ haberet pulchrius esset. igitur malũ deturpat bonũ. quod est cõtra aug. ¶ Itẽ albius est qꝺ nigro impermixtius est. Sꝫ si malũ nõ esset bonũ impermixtius eẽt malo qꝫ modo sit: igitur esset melior: ergo pulchrius. Naꝫ in bonitate rei relucet ei⁹ pulchritudo. qꝺ ptꝫ p aug. dicentẽ q vbi species numerus z ordo minima bona minime bonũ. vbi mediocria bona mediocre bonũ: vbi maxima bona maxie bonũ. Penes autẽ hec tria est rei pulchritudo penes q̃ dicit aug. cõsistere bonitatẽ rei. ¶ Solutio verbũ aug. verũ est ꝺm q ipse intelligit. Et si eñ malus ꝺm se deturpat bonũ: tñ ipꝫ malũ ordinatũ bene nõ deturpat: z hoc duabus de causis. Prima: q ex eo q malũ ordinak in pena magis apparet dei iustitia siue ordinatio iustitie dei cui iustus congratulatur. sicut dicit in psal. Letabit⁹ iustus cũ viderit vindictã. Alia causa est: quia in opatiõe mali magis elucescit bonũ. ¶ Ad hoc autẽ quod obicit q mulier sine macula pulchrior est qꝫ maculã habens. Dicimus q mulier in tali loco posset habere maculam q inde pulchrior esset. sicut ptꝫ q aliqua corpis indecentia qñqꝫ decet militem quãdo est vbi decet esse. Silr sentina: et si in se sit res turpis z fetida tamen oculis rõnis pulchriorẽ reddit domum cum est in suo loco ordinata. ¶ Ad hoc autẽ qꝺ obicit q melius est qꝺ malo impermixtius. Dicimus q simplr et per se loquẽdo verũ est. tñ cũ suppositiõe mali nõ ẽ vez. Hoc autẽ supposito q hõ peccauerit melius ẽ malum esse ordinatũ in pena. Negaret eñ deꝰ iustitiã suã si nõ puniret malũ. qꝺ esse nõ põt. Sicut si homines nũqꝫ furarẽtur oculis rõnis pulchriorẽ eẽt z delectabiliorẽ ciuitas ad habitãdũ in qua nõ suspẽderẽtur homines qꝫ illa in q̃ suspẽderent: tñ hoc posito q homines furarẽt in ciuitatiꝫ pulchriorẽ est in qua suspẽdunt qꝫ illa in qua nõ suspẽdunt Sic dico q hoc supposito q hõ peccauerit melius est q malum permixtũ sit pene siue ordinatum in pena qꝫ si nõ esset in pena ordinatum.

¶ Cap. 2. oñdit quõ malũ corrũpit bonum.

Circa sc̃m capm̃ pbak p mali nocumẽtum q malũ ẽ: q malũ corrumpit bonũ. Bonũ ei nõ hꝫ corrũpi nisi p malũ. Sꝫ bonũ nõ põt corrũpi nisi p actionẽ aliquã. sicut ptꝫ in bono corpali: q corrũpi non põt nisi sit aliqꝺ agẽs. igit malũ agit in bonũ: igitur malũ ẽ. ¶ Itẽ malũ inqñtũ malũ pugnat ꝺtra bonũ ipm̃ expellẽdo. sed qcqꝺ pugnat ẽ: g malũ est ¶ Itẽ oẽ qꝺ corrũpit agit z omne qꝺ agit est: igit omne qꝺ corrũpit ẽ. sed malũ corrũpit: g malũ est. ¶ Itẽ dicit beatꝰ dionysiꝰ z btũs aug. q malũ ẽ corruptio boni. Sꝫ corruptio vniꝰ est gñatio alterius: ergo malũ nõ est tñ corruptio vniꝰ: fꝫ generatio alteriꝰ. ergo malũ effectuũ est alicuiꝰ: g

Augustinꝰ cõtra dictũ augusti. ar.

Secundo.

Per augu.

Solutio.

Primarõ.

Secunda.

Tertia.

Quarta p dionysium.

Ad aliud.

Solutio. Dupler bonum z duplex malũ.

Quõ malũ est aliquid.

Dionysius.

Ad primũ.

Malũ non põt pugnare cõtra bonum nisi in ꝼtute boni Actꝰ malꝰ est actio et deactio.

Hec argumentatio non valet.

Nota hec exempla.

Sic soluit secundum.

Ad tertium

Ad quartũ

Solutio. Notandũ q sicut dicit̃ bonum in opere z bonũ in quiete. ita malũ dicit̃ malum in opere z malũ in quiete. Bonũ in opere idem est qꝺ bonũ opus. bonũ in quiete est illud in quo quiescit agens bonũ. Eodẽ modo malũ in opere idẽ est qꝺ malũ opa. malũ in quiete nõ dicit illꝺ in quo quiescit malũ agens: sed corruptio siue diminutio boni naturalis ex malo actu vel habitu acquisitus ex frequẽti male agere/ fꝫ q malũ simpliciter dicit̃ ipa corruptio siue priuatio boni malum nihil est. Sc̃ꝫ hoc autẽ q dicit̃ malũ malus actus vel malus habitus inqñtũ malũ nihil est fꝫ inqñtũ actus vel habitus aliqꝺ est. Unde beatus dionysius. malũ actũ affirmat mixtũ ex ente z nõ ente. De hoc eñ sibi dicit q malũ per se corruptio est. per bonũ autẽ z ens est bonoꝝ factiuũ. ¶ Ad primo igitur obiectũ dicimꝰ q malũ corrũpit bonũ deagendo: z hoc facit de virtute boni. Sicut eñ dicit beatus dionysius. tanta est superexcellens magnitudo boni q malũ nõ põt pugnare contra bonũ nisi ex virtute boni: vt fornicatio cũ corrũpat bonũ naturale hois hoc habet a potẽtia generatiua que introducit delectationẽ aliquã que de se bona ẽ vt ptꝫ in brutis. Sed quia ista actio priuata sit modo specie vel ordine: ideo corrũpit naturale bonũ hois. Est autem eadez fornicatio actio z deactio siue corruptio. Actio est inqñtum generat carnalẽ delectationẽ. deactio autẽ est siue corruptio inqñtũ innaturalis est aĩ rationali q̃ nata est ad hoc vt in solo deo delectetur: dũ eam vicio tendit ad fruendum creatura obuiat nature rationali q̃ nata est vt in solo deo delectetur. Dicimus igitur q hec argumẽtatio nõ valet. Malũ corrũpit bonũ z nihil corrũpit nisi per actionez: igitur malũ agit in bonũ. Hõ eñ per suam actionem corrũpit: sed per actionem boni sibi admixti Ideo dicit btũs dionys. q malũ nõ agit nisi p bonum. vnde proprie loquẽdo malũ p bonã actionem corrũpit. sicut ptꝫ in equo claudicãte. Equus eñ inqñtũ ambulat et ex defectu quã habet in pede claudicat. Nec claudicat inqñtũ ambulat nec inqñtum habet defectũ. Similiter cecus inqñtũ ambulat cũ cecitate cadit in foueã. nec iqñtũ ambulat nec inqñtũ est cecus. sed tamẽ ex virtute ambulationis cũ defectu et claudicat equus z cadit cecus. Unde simpliciter loquẽdo malũ nõ agit: agit tamẽ per bonũ sibi immixtũ. ¶ Per hoc autem patet solutio ad scꝺo obiectũ. quia hec ẽ falsa. Quicquid pugnat est/ quia malum pugnat proprie deagendo. Agendo autẽ proprie aliquid nõ facit nisi vt patet ex ꝺictis. ¶ Ad tertio obiectũ soluendũ est per interemptionẽ huius Omne qꝺ corrũpit agit: quia proprie loquẽdo falsa est. q malũ proprie corrũpit. Sed per accidens agit sc̃z per bonũ. ¶ Ad quartũ obiectũ dicimꝰ q re ꝑa corruptio vniꝰ est generatio alterius. Malũ eñ per bonũ generat bonũ. eadẽ actione qua corrũpit bonũ. Fornicatio autẽ inqñtũ est actio est generatio vnius sc̃z delectationis carnalis: inquãtum autẽ fornicatio est actio innaturalis anime rationali corruptio est. et ita generatio vnius est corruptio alterius quod est in omni actuali peccato. Predicta autẽ solutio habek ex verbis beati dionys. dicẽtis. Optimi est optima adducere. malo autẽ est corrũpere nocere bonũ amittere et destruere. Et per hoc patet q pprie cõuenit bono agere z geneficũ esse. per accidens autẽ malo sc̃z per bonũ sicut dicit btũs dionys. Dicit enim q malũ non est geneficũ nec entiũ factiuũ. bonum autem et est geneficũ et entiũ factiuum.

Opinio ꝓ nentiũ ducꝫ dupler est corruptio. vna p violentiã actionẽ: vt cũ alicui eruũtur oculi per ptionem. vim corrũpitur in eo visus. Est alia corruptio vt cũ impedik causa ne sup causatũ influat. sicut est cũ nubes recipitur inter solẽ z aerẽ cessat irradiatio solis z lumẽ fugatur ab aere z corrũpitur. Et isti dicũt q malũ nõ corrũpit bonũ violẽter agẽdo in illud: sed per modũ impedimẽti. Est eñ nubes spiritualis q̃ opponitur inter sp̃m z lucẽ inuisibilẽ. s. deũ: quo facto cessat irradiatio vere lucꝫ et sequitur obtenebriatio spiritus in naturalibus et hmõi obtenebrationẽ vocant ipsi corruptionem naturaliũ bonoꝝ. et suam assertionem confirmãt auctoritate illa. Oppositi nubẽ ne transeat ofo. Ubi per nubẽ intelligitur pcm̃. ¶ Sed contra hãc argumentum ꝺ malũ agit per bonũ. ¶ Ad quartũ obiectũ dicimꝰ q re ꝑa corruptio vniꝰ est generatio alterius. Malũ eñ per bonũ generat bonũ. eadẽ actione qua corrũpit bonũ. Fornicatio autẽ inqñtũ est actio est generatio vnius sc̃z delectationis carnalis: inquãtum autẽ fornicatio est actio innaturalis anime rationali corruptio est. et ita generatio vnius est corruptio alterius quod est in omni actuali pec-

Primarõ.

Secundo.

Tertio.

Quarta ꝓ dionysium.

Ad aliud.

Alia ratio.

Primarõ.

In oppm̃.

Secundo.

aliud est ꝯ priuatio bonit. ſ. ſpeciei modi z ordinis naturalis. ſed nulla priuatio maior eſt altera: igitur nullus homo magis malꝰ altero hoīe. ¶ Si forte dicat ꝙ cū dicit magis malū vel maius malum intēſio nō notaꝫ in malo: ſed bono priuato ſiue corrupto vt dicaꝫ maius malū ꝓpter priuationem maioris boni ſiue corruptionem. ¶ Cōtra. Aliquis locus nō dicit magis tenebroſus alio ꝓpter priuationē maioris luminis: ḡ a ſili non debet dici aliud alio magis malū ꝓpter priuationē maioris boni. Probatio prime. Ecce domꝰ habens vnicā feneſtrā. ecce aliaꝺomꝰ hñs duas feneſtras: claudaꝫ ergo in vtraq; domo vnica feneſtra. ecce priuatur equale lumē vtrobiq; z tñ vna remanet magis tenebroſa alia. Si dicat forte ꝙ ꝺr malū magis aliud alio ꝓpter priuationē boni melioris. ſicut videt velle aug. dicēs malū non ē appetitꝰ malax rex: ſed deſertio melior. ¶ Cōtra. Ecce duo fornicatores q̄ pares ſūt in oībus excepto ꝙ vnꝰ maiori voluptate ſiue ardore fornicatur ꝯ alter. ꝓſtat ꝙ vnus magis peccat ꝯ alter: nō tamē meliꝰ bonū vel maius priuatur ivno ꝯ in alio. qz in vtroq; bonum cōtinentie nec priuatur in iſto q̄ magis peccat aliq̄ bonū q̄ non priuetur in alio. Hō ergo ꝓpter priuationē melioris boni ꝺr magis malū. ¶ Jtez obiciatur de ſacerdote z layco quoꝝ vterq; fornicatur peccat tamen ſacerdos magis: z tñ melius bonū nō priuatur in vno ꝯ in altero. qz in vtroq; priuatur bonum cōtinētie. Hō igitur ꝓpter priuationē maioris boni ꝺr magis malū. ¶ Solutio. Dicimus ꝙ magis malū aliud alio ꝺr quattuor modis. Prio ꝓpter priuationē maioris boni. ſicut ꝓz in duobus fornicatoribꝰ p̄dictis quoꝝ alter magis peccat ꝓpter voluptatē maiorē inordinatā. Hō dico ꝓptervoluptatē tñ: nec ꝓpter inordinationē tantum. ſed cōiunctim ꝓpter inordinatā voluptatē z maiorē. ſicut febris eſt calor innaturalis a corde in arterias ꝓcedens ſuoq; ledens effectu. Hō ledit aūt febris inq̄tū calor nec inq̄tū inaturalis: ſed inq̄tū calor innaturalis. Scḋo modo ꝺr magis malū aliud alio ꝓpter priuationem melioris boni. Hoc modo dicit infidelitas magis malū ꝯ fornicatio. qz infidelitas priuat fidē q̄ eſt melius bonū ꝯ cōtinētia quam priuat fornicatio. Tertio modo ꝺr aliq̄ magis malū alio ꝓpter priuationē plurimoꝝ bonoꝝ. hoc modo ꝺr adulteriuꝫ magis malū ꝯ fornicatio. Quarto modo ꝓpter priuationē boni magis debiti. hoc modo ꝺr magis malū fornicatio ſacerdotis ꝯ layci. ¶ Ex p̄dictis ꝓz ſolutio ad tria primo obiecta z ad duo vltima. ¶ Ad aliud dicimus ꝙ ſophiſticū eſt ſimile ꝓpter hoc ꝙ nō ſūt vtrobiq; pares circūſtantie. Si em̄ in oībus eſſent pares circunſtātie vtrobiq; priuationē eq̄lis luminis ſeq̄ret equalitas tenebroſitatis. vñ ꝺcedo ꝙ ꝯtū ad priuationem equalis luminis eſt equalitas tenebroſitas vtrobiq;. nontamen equalis ſimpliciter.

Euaſio.

ꝓtra hāc aſſ

Exemplum

Aliaeuaſio cui videt ſa nuere augu. ꝓtra hāc aſſ

Alia ratio ad idem.

Solutio. Vnū maluz ꝺr mal⁹ alio ꝙttuor modis. Exēplum.

Cōtra prędicta aſſ.

Primo per

augustinū.

Secundo.

Tertio.

Solutio. Magis malū dicit ꝙttuor modis Exponit dictū ſuū poſitū primo.

ꝓtra p̄di. aſſ

Dionyſius

In oppm.

Solutio

In morbo aīe tria ſūt.

Contra hoc qđ dictū ē ꝙ aliq̄d ꝺr magis malū alio ꝙttuor modis opponit. Oſtēdit em̄ ꝙ malū nō ꝺr magis malū niſi qz priuat magis bonū. ¶ Et primo ꝙ hoc qđ dicit augu. in libro de li. ar. ꝙ peior eſt corruptio aīe ꝯ aur: qz aīa melior eſt auro. igit maior malicia ꝺr: qz maꝰ bonū priuat. ¶ Jtē cū ꝺr maior malicia aut copulaꝫ maioritas reſpectu corruptiōis aut reſpectu boni cuiꝰ iſta corruptio eſt qz corruptio nihil dicit niſi corruptionē boni Sz reſpectu corruptiōis nō pōt ipoztari maioritas cū hmōi corruptio ſit priuatio z nihil ſit. Reſtat ḡ ꝙ reſpectu boni ꝺr: ḡ maior malicia ꝺr: qz maioris boni corruptiua. ¶ Jtē illꝺ malū qđ ē priuatiuū boni magz debiti. aut eſt priuatiuū melioꝝ boni aut nō. Si nō: igit nō priuat maꝰ bonū. igitur nō magz nocet: igit nō ē magis malū. Si aūt eſt priuatiuū maioris boni habeo ꝓpoſitū: quia tūc non ꝺr diuerſimode magis malū ſcz aut quia maiorz boni corruptiuū aut qa boni magz debiti pemptiuū. ¶ Ad hoc dicim⁹ ꝙ revera nō habet hec oſo magis malū q̄druplicē ſignificationem. Sed dicim⁹ magz malū q̄ttuor modis dici ꝓpter diuerſitatē cauſaꝝ aut circūſtātiaꝝ. Maꝰ enim malū vnā ſolā tenet ſignificationē. ſ. maioris boni priuatiuū. Sz primo modo ꝺr maꝰ malū maioris boni in ꝯtitate priuatiuū vt in illo qui maiorē hz fornicādi volūtatē cū in ceteꝝ ſint pares maior eſt malicia. qz maius malū ſm ꝯtitatē priuatur in eo. Scḋo modo ꝺr maꝰ malū qz melioris boni priuatiuū. i. maiorz bonitatz. ſm hoc infidelitas maꝰ malū ē ꝯ fornicatio. Tertio modo ꝺr maꝰ malū. i. maiorz boni corruptiuū. Quarto modo ꝺr maꝰ malū maiorz boni priuatiuū ꝓpt hoc ꝙ pluriū ordinationū ē priuatiuū vt in adulterio z ſimplici fornicatione.

Deinde videt ꝙ intētio malicie ſit aliq̄d: ſed ꝓſtat ꝙ malicia nihil eſt. q̄a ſicut ꝺr btūs dionyſi⁹ z ſicut dixim⁹ ꝙ ē morbus corpalis z ē morbꝰ ipū. alis ſiue malicia in aīabꝰ ſicut ſuppoſitū ē exēplū de febre corpali q̄ nihil aliꝺ eſt ꝯ calor innaturalis z intēſio illius caloris eſt intētio febris. Similiter videt ꝙ intentio volūtatz in fornicatore ſit intētio malicie in eodē. Sz intētio caloris aliq̄d ē ſicut calor aliq̄d eſt. igit z intētio volūtatz aliq̄d ē ſicut z volūtas aliq̄d eſt. Sz ipa malicia eſt ipa volūtas mala ſicut febris ē ipe calor inaturalis: ḡ intētio volūtatis ē intētio malicie. ḡ cū intētio vel volūtatz ſit aliq̄d et intētio malicie eſt aliq̄d. Et tñ malicia ē nihil cū ſit priuatio. ¶ Sed cōtra. Jntētio malicie ē aliq̄d: ergo aliq̄ diſpoſitio ineſt malicie igitur malicia eſt ſicut intentio malicie eſt aliquid. ¶ Et ad hoc dicēdū q̄ ſicut i morbo corpali tria ſunt. ſ. ipſe calor z ipa innaturalitas z ipa corruptio q̄ tria inſinuātur cū ꝺr calor innaturalis eſt febris ſuo ledēs effectu. Eodē modo in morbo ſpirituali. in malo. ſ. tria eſt reperire. ipam. ſ. actionem z ipam inordinationē actionis z ipaz corruptionē. Et cū ꝺr maior in malicia importaꝫ maioritas reſpectu vltime forme. ſ. corruptiōis: et reſpicit ipa corruptio ab intētione nō ſm ſe: z ꝓpt id qđ corrūpit. ſ. ꝓpt bonū. Et ſicut calor nō eſt febrilis diſtēperātia nec etiā intētio caloꝝ ſz ipa innaturalis ſiue incōmēſuratio caloꝝ ad naturā

Eodē modo ipſa volūtas aut volūtatis intenſio nō eſt malicia: ſed inordinatio volūtatis. z ſic patet ſolutio ad illā obiectionē. ¶ Sed adhuc contra hoc qđ dictū ē ꝙ magis malū quatrupliciter accipitur. videt em̄ poſſe ꝓbari ꝙ nō ꝺcatur aliquid magis malū alio niſi intenſio: eſt voluntas peccandi: quia ſicut ſepe iam dictū eſt ſicut ſe habet morbus in corpore: ita malū in aīa. Sed cum morbus corporis vt febris intēdatur ſm intenſionem cauſe. Cuz em̄ calor ſit cauſa febris vbi maior calor z maior febris: igitur cū ſola volūtas ſit cauſa pcti ſoli volūtati attribuēda eſt maioritas pcti. Sed hoc falſū. quia eſto ꝙ ſacerdos z laicꝰ equales habeant volūtates peccādi: ergo equaliter peccāt. qđ falſum eſt: quia ſacerdos magis.

Ad obiectū Jterum aſſ.

Solutio.

Nota exemplum.

¶ Et ad hoc dicēdū eſt ꝙ nō ſolū penes intētionem cauſe attenditur intentio cauſati. Sed oportet attendere circūſtātias cauſe q̄ ad hoc facīūt. ſicut patet in aceto z aqua. Licet em̄ ſit frigidiſſima naturaliter et ita frigidior ꝯ acetum z frigidi ſit infrigidare. nō tamen magis infrigidat ꝯ acetum: ſed acetū magis quia ꝓpter ſubtilitatem ſubſtantie ſue magis penetrat et ideo infrigidat. Similiter licet pares ſint concupiſcentie ſiue volūtates in ſacerdote z laico: tamē magis peccat ſacerdos. qz inordinatio volūtatis ei⁹ priuatiua eſt ordinis magis debiti. ordinis dico naturalis: q̄a magis debitus eſt in ipo ꝓpter circunſtantias ordinis ſacri.

¶ Tractat⁹. xiiij. in quo queritur q̄d ſit malū.

¶ Cap⁹. i. vbi oſtenditur malum in priuatione conſiſtere.

Determinato an malū ſit: z dicto ꝙ malum inq̄tū malū nō eſt. Sequitur ſcḋa queſtio de malo ſcz quid ꝺcaꝫ malū. z circa hāc queſtionē tria principaliter inquirūtur. ¶ Primū eſt vtrū malū ſit priuatio ſiue cōſiſtat in priuatione. ¶ Scḋm eſt cuiuſmodi priuatio ſit malum. an ſcz ſit priuatio ſpeciei modi z ordinis naturalis z quid ſit modus ſpecies z ordo. ¶ Tertiū eſt an malū ſit priuatio iſtoꝝ trium coniunctim. an vniuſcuiuſq; per ſe.

Tria ꝙruntur in hoc tractatu.

Aſſ primo ꝙ malū non ſit priuatio

¶ Primo ergo videt ꝙ malū nō ſit priuatio nec etiam cōſiſtat in priuatione. Dicit em̄ btūs ioh. Nolite diligere mundū neq; ea q̄ in mundo ſunt. Ecce diligere mūdū ꝓhibitū eſt: igitur eſt malū Sed in hoc qđ dico diligere mundū nulla ē priuatio: ergo malū nō cōſiſtit in priuatiōe.

Secundo.

¶ Jtē comedere pomū vetitū fuit pctm̄ ade. ſed in hoc nulla eſt priuatio: igit malū nō cōſiſtit in priuatiōe.

Tertio.

¶ Jtē eodē modo p̄t opponi de hoc quod dico comedere carnes in quadrageſima. vbi penitus nulla priuatio videt.

Quarto ꝙ auguſtinū.

¶ Jtē eodē modo ponitur de hoc qđ dicit aug. Pctm̄ eſt ſpreto incōmutabili bono rebus cōmutabilibꝰ adherere: vbi nulla ſiliter ē priuatio.

Queſtio incidens an malū ſit cōuerſio vel auerſio a deo.

¶ Jtē cū malū ē auerſio ab incōmutabili bono z cōuerſio ad cōmutabile bonū. ſicut dicit aug. querit vtrū ſit malū z ꝙ eſt auerſio hmōi aut ſm ꝙ ē cōuerſio hmōi. videt ꝙ ſm ꝙ eſt auerſio. Dicit em̄ aug. ꝙ malū nō ē appetitꝰ malarū rex: z deſertio melioꝝ ¶ Jtē intelligat querſio ad cōmutabile bonū in iſto homine circūſcripta tamē auerſiōe a deo: z hoc poſſibile eſt intelligere. quia etiā hoc in brutis appareret. Hoc modo ꝓz ꝙ cōuerſio hmōi nō ē mala: igitur malū nō ē cōuerſio ad creaturas: ſed auerſio a deo. ¶ Cōtra. dicit aug. ꝙ aīa poſita ē media inter deū z creaturas. cū cōuertit ad deū illumi natur melioraꝫ pficit. Cū aūt ꝙertit ad creaturas obtenebraſ petioratur deſtruit ḡ conuerti ad creaturas eſt malū aīe. ¶ Jtē diligere creaturā plus debito eſt malū. z ibi nulla eſt priuatio. Si ꝺcat ꝙ imo: qa ꝙ cōſequens nihil eſt. qz hoc modo poſſet intelligi in qualibet dictiōe vt hō. i. res q̄ non eſt aſinus: z ſic in aliis. ¶ Jtem ſicut moꝛbus ſe hz in corpore: ita malū in aīa. Sed hec ē ꝙa calor excedēs inq̄tū excedēs corrūpit z generat morbū: nec tñ ibi eſt aliqua priuatio ſcz in hoc ꝙ ꝺco calor excedēs: igit i corruptiōe boni aīe nō eſt aliq̄ priuatio. Sed malū eſt corruptio bonoꝝ aīe: igit malū nō eſt priuatio. ergo malū nō cōſiſtit in priuatione. ¶ Ad primū igit ꝺcim⁹ ꝙ triplex eſt dilectio: gratuita q̄ eſt caritas naturalis qua diligitur aliq̄d ꝓ aliqua neceſſitate vt deus: q̄a benefic⁹. Alia ē libidinoſa: vt ꝺc hac: intelligit auctoritas iohānis ſcz nolite diligere mūdū ꝛc. Et hec dilectio in ſe realiter habet priuationem modi ſpeciei z ordinis. Nimis em̄ diligit creaturam q̄ diligit eā ad fruendū. Sic em̄ ſolus deꝰ eſt diligendꝰ. Ecce priuatio modi priuatio ſpeciei: qz talis amor priuationē habet debiti finis. Jn hoc em̄ ꝙ ꝺco frui creatura eſt priuatio debiti ſi ſpeciei et ordinis. Hoc eſt em̄ delectari in ea tñ ꝓpter ſe et ita nō ꝓpter deū. Eſt etiā priuatio ordinis: quia tēporalia debent diligi in ordine ſuo ſcilicet in infimo ordine. ſ. ad ſuſtentationē tm̄ huius miſere vite. non in ſūmo ſicut libido ipſa diligit: z ſic patet ſolutio ad primū. ¶ Eodē modo ꝺco ꝙ adaz in primo ſtatu nō potuit comedere pomū contra ꝓhibitionē dīi niſi ex libidine et ſic ibi fuit priuatio. ¶ Similiter ꝺco de eo qđ eſt comedere carnes in quadrageſima. Hoc em̄ nō pōt facere chriſtianus niſi ex libidine magna: qz quod fit cōtra conſcientiā non pōt fieri niſi ex libidine. Et ſi em̄ fieret ex timore ille timor eſſet ex libidine. et ſic priuatio ſpeciei modi z ordinis. ¶ Similiter ꝓz ſolutio ad verbū auguſtini. pctm̄ eſt ſpreto incōmuta. cē. Adherere em̄ per amorē rebus cōmutabilibꝰ ē frui creatura: z ita ē ibi priuatio ſpeciei modi z ordinis. ¶ Ad hoc autem quod queritur vtrū malū ſit auerſio a deo an cōuerſio ad creaturas. Reſpōſio. vtrūq; poteſt ꝺci z ꝓprie z ꝙ idē eſt in eſſentia auerſio ꝙ cōuerſio. Sed cū ꝺcim⁹ malū eſt auerſio tangimus cauſaz formalē mali. eo modo quo contingit ipm̄ habere cauſam. Cōuerſio em̄ ē amor libidinoſus creature qui priuat ſpecie modo z ordine. Et ꝺcim⁹ ꝙ nō eſt poſſibile intellectū ſeparare iter hec in homine. ſ. inter auerſionē z cōuerſionē: qz idē ſūt i hoīe. Cōuerſio aūt ad creaturā cōtraria eſt deo z imagini dei que eſt in homine. Sed in brutis nō habet cōtrarium. et ideo in brutis conuerſio nō eſt auerſio. ¶ Ad vltimū ꝺcimus ꝙ nō eſt verum: quia

Ad primuz Triplex dilectio.

Eſt ibi priuatio modi ſpeciei et ordinis.

Eodēmodo ad aliud.

Similit ad aliud.

Silr ad auguſtinum.

Ad aliud.

Nota iſta.

Cōuerſio z auerſio in hoīe idem.

Ad vltimū.

corpe aut causa mordi naturalis. Sed inq̄tū est innaturalis z incōmensuratus nature siue impro portionalis. Similer et amor aut voluntas non vt est nimius est morbus spūaliter aut ei⁹ causa: sed vt est volūtas inordinata aut amor inordinatus: quia neq; minus neq; nimis in corpibus aut spiritibus sūt morbus aut morbi causa ꝓprie loquēdo z per se: sed commune ad hec. s. innaturalitas aut incōmēsuratio aut inordinatio. Sicut habere tres angulos equales duobus rectis nō ē ysochelis neq; tetragoni: sed trianguli que est natura cōmunis ad hoc. Similer dico in morbo anie q voluntas excedens inq̄tū volūtas excedens nō corrūpit: sed inq̄tū voluntas innaturalis.

¶ Ca. 2. an malū sit priuatio modi spēi z ordinis

¶ Secūda questio huius tractatus.

Quid morbus vel causa morbi.

Cur malicia dr̄ potiꝰ priuatio horū bonoꝝ q̄ alioꝝ.

Scēdo capitulo queritur cuiꝰ modi priuatio sit malū. Dicitur em̄ q ē priuatio speciei modi z ordis naturalis. ¶ Queritur primo quare malitia dicatur potius priuatio istoꝝ bonorum q̄ aliorū bono q̄ que enumerat aug. in li. de natura boni dicēs sic. Cō muneramus oīa bona vt in his sublatꝫ aliꝭ alia vera remaneāt cū oīs vita z salus memoria/intellectus/tranquilitas/virtus/lumen/suauitas/mēsura/sanitas pulchritudo z pax: z maxime alia q̄ per oīa reperiūtur siue spūalia siue corpalia oīs modus oīs species oīs ordo a dño deo sit. Quę q̄ alia q̄ ista sint a quibus ex opposito diuiduntur quare potiꝰ dicit malū priuatio istoꝝ trīū q̄ aliorum: vt sic diceretur. Malū est priuatio vite vel pacis vel alicuius alioꝝ. ¶ Preterea pax est bonum ad qđ oīa tendūt: quia etiā a suo cōtrario q̄ritur z ꝓpter qđ oīa facta sunt. sicut dicit beatus aug. si ergo malū est priuatio alicuiꝰ boni potiꝰ debet dici priuatio pacis: quia maioris boni priuatio magis nocet q̄ priuatio alicuius boni minoris: z qđ magis nocet magis est malū sicut dicit btūs aug. q malū ideo est malū quia nocet: et sic priuatio pacis potius debet dici malū q̄ priuatio speciei/modi/ordinis. ¶ Eodē modo queritur quare dicit salomon in libro sap. xj. deꝰ fecit oīa in numero pōdere z mēsura potius q̄ in aliꝭ bonis. cū alia sint bona creaturarū sicut ista tria z maiora z minora z equalia. vt patet ex ꝓdictis.

Aſ primo. Primaro inquisitiua.

Secundo.

Augustinꝰ.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Boetius.

In oppm. Psalmista.

¶ Itē dicit btūs diony. q malū est defectꝰ sciētie vel erronee scientie vel fidei vel desideri/vel operis boni. nō igitur malum tantū est priuatio speciei modi vel ordinis. ¶ Preterea q̄ritur qđ priuatio istoꝝ trīū dicatur malū. nō nisi quia nocet. nō nocet aūt nisi quia adimit bonū: eadē ratiōe ḡ priuatio alterius boni cuiuslibet debet dici malū: q: nocet adimēdo bonū. ¶ Itē si malus est priuatio speciei malus hō priuatur a sua specie. sed homo nō habet nisi vnicā speciē: igit malus homo priuatꝰ est specie hois: z ita nō est hō. quod videtur velle boetius qui dicit q mali homines nō sūt: et ita sacra scriptura videtur velle hoc q̄ malos hoies vocat noīe bruto⁊ aīalium.

¶ Sed cōtra Dicitur in ps. verūtamē in imagine ptransit homo. per qđ habetur q imago dei q̄ est in hoie. s. ratio nō pōt amitti: z ita oīs hō existens in pctō habet imaginē dei. s. rationē et ita est aīal rōnale et ita est homo. ¶ Itē dicit btūs diony. q nō corrūpit a malo qđ existentiū ſm q̄ est essentia z natura: sed defectꝰ iuxta naturā ordinis armonie z cōmēsurationis: igitur malū nō corrūpit essentiā siue naturā rei. et ita videt esse falsū qđ dicit aug. q malū est corruptio speciei modi z ordinis naturalis. ¶ Solutio Dicim⁹ q malū est priuatio spēi modi et ordinis naturalis. sicut dicit btūs aug. ideo aūt potius malū est priuatio istoꝝ trīū q̄ aliorū bonoꝝ: qm̄ in istis tribꝰ cōsistit pfectio g̃aliter cuiuslibet rei siue corpalis siue spiritualis. Malū aūt, ꝓprie est priuatio siue corruptio pfectiōis in vnaquaq; re corruptibili. Spēs em̄ in vna quaq; substātia appellatur habitudo siue habitus naturalis quo pficit substātia opationē suā ad quā naturaliter est p quā sua vtilitate imitat aliq̄ modo diuinā opationez siue deū: z in hoc br̄ armonia qm̄ per hoc cōsonat diuine opationi z aliꝭ creaturis q̄ oēs tendunt ad vtilitē vniuersi. qm̄ vero q̄libet substātia habz ſpēm hāc nō sine mensura. qm̄ solius dei bonitas est immensa. ideo naturaliter quelz substātia speciem suā hz in modo. qm̄ etiā hz eā ad vtilitatem vniuersi; ideo habet eā naturaliter in ordine Q̄ patet q perfectio cuiuslibet rei cōsistit in his tribus: z tunc est perfecta res qm̄ habet hec tria. et tūc est res speciosa qm̄ habet suā ſpēm in suo modo z suo ordine. quod patz in hoie exteriori. Tūc em̄ corpus speciosum est qm̄ habet ſpēm siue colorem naturalē in speciosa mēsura debito modo et ordine vt nō sit nasus vel aliud membrū maior q̄ debet scōm ꝓportionē ad alia mēbra z in ordine debito. Preterea in his tribus imitatur creatura creatorē vt dictū est: z ideo potiꝰ dr̄ malū priuatio istoꝝ q̄ altoꝝ bonoꝝ. Ex hoc pz solutio ad primā obiectionē. ¶ Ad scōz dicimus q par est bonū cōsequēs pfectionē rei siue bonū annexum pfectiōi rei: z ideo malū nō dr̄ priuatio pacis sed pfectiōis cui est annexa pax z qua remota remouet par. vñ de malis carentib⁹ sua pfectiōe dr̄ in ysaia. Nō ē pax ipijs dicit dñs. Preterea pax in rebus inaiatis nichil aliud est q̄ cessatio a motu In aiabus vero vel angelis pax ē quies. i. cessatio a motu in btitudinē creatā siue in fruitiōe dei quietātis aīam. Quocūq; aūt modo dicatur pax pz q nō debet dici ꝓprie malū priuatio pacis. s. primo z ꝓprie. ¶ Ad tertio obiectū ptz solutio. Eadē em̄ q vocat salomō nūerū pōdus z mēsurā vocat aug. modū ſpēm z ordinē z btūs diony. armoniā ordinē z ꝓmēsurationē. In specie ei ēnūerus siue rei discretio. in pōdere ordo. qm̄ pōdꝰ nichil aliō ē q̄ inclinatio siue substātie ad suā locū. ptz aūt q mēsura idē ē q modꝰ Quelz aūt substātia istis tribꝰ q̄si trinitatē creatā hz in se vestigiū trinitatis increate. p modū aūt rñdent potentie dei que relucet i magnitudine creaturaꝝ. Quelz em̄ creatura ſm capacitatē suā magnā hz fruitē in vniuerso in quo ē valde bona. sicut dr̄ in principio. Gen. p speciē ro suā quelz creatura representat dei sapientiā que ē forma oīa formificans p ordinē vero suū in quo ē quies in quo et fructū

Scdo per dionysium.

Solutio.

Ista prius dicta sunt.

Perfectio cuiuslibz rei cōsistit i his tribus.

Pulcritudo z pfectio hominis.

Alia ratio.

Ptz ad. i.

Ad secūdū

qđ dr̄ par.

Isaye.

Alia ratio.

Ad tertiū.

Quomodo ista multis modis nominantur.

In principio gen.

sūi affert et suā vtilitatē: representat quelz creatura dei bonitatē. Qm̄ ergo in istis tribus quelz creatura imitatur ſm posse suū trinitatē increatam: ideo etiā potiꝰ dr̄ malū priuatio istoꝝ q̄ in aliꝭ bonis: ideo etiā potius dicitur malū priuatio alicuius istoꝝ q̄ priuatio alteriꝰ boni. Ea vero q̄ sunt accidēria pfectioni istis priuatis priuātur: aut si nō priuant eoꝝ priuatio nō est malū: quia per hoc nō affertur nocumētū ipsi perfectioni. ¶ Ad euidentiā aūt eoꝝ q̄ sequūtur Notādū q duplex est species substātie. Una substātialis in qua consistit esse rei que nō est susceptibilis magis vel minus: nec corrūpitur nec minuit re manēte in suo esse. z talis species nō priuatur: vel corrūpitur vel diminuit per malū culpe. Et hoc est quod dicit btūs dionysius q nō corrūpit a malo qđ existētiū ſm q̄ essentia vel natura. Est etiā species naturalis nō substantialis q̄ est non aptitudo ad naturales operatiōes: sed habitudo siue habitus siue abilitas siue pfectio vltima naturalis se habendi ad opationes naturales: q̄ bene pōt corrūpi re manēte in suo esse. cuiꝰ speciei priuatio malū est. sicut dicit beatus dionysius q malū est defectus habitudinis naturaliū bonoꝝ Hoc etiā patet in hoie exteriori. q cecitas priuatio est visus. i. habitus siue habilitatis videndi nō priuatio aptitudinis ad videndū q̄ substantialis est. ¶ Ex his etiā predictis potest habere solutio ad oīa sequētia. Cū em̄ malicia sit priuatio modi vel ordinis vel speciei naturalis. hoc est verum et de malicia qua homo est malus: et de malicia qua actus est malus. Quō aūt malicia qua homo est malus sit priuatio modi speciei et ordinis: dictū est. Malicia autē qua actio est mala si militer priuatio est modi. z̄c. vt ptz in actu diligēdi. Dilectio em̄ qua diligitur deus ex caritate sua habet speciē. i. in hoc q̄ diligitur deus ꝓpter se. Species em̄ oīs ſm finē attenditur. Ordo eiꝰ est q eo diligitur deꝰ sup oīa. Modus: q: eo deꝰ in infinitū sup oīa. Similiter opa mie habent suam speciē in eo q̄ fiunt ꝓpter deū. Modū in eo q̄ fiunt in quātitate debita. vt qui plꝰ habet: plꝰ largtatur paupibus. Ordo est in eo q̄ fiunt debito tēpore: debito loco. et si q̄ alie circūstantie sūt q̄ pertinēt ad ordinē. Patet ergo q in opibus virtutū tam interioribus q̄ exterioribus est species et ordo debitus z modus: cuiusmodi species/modus/z ordo pruantur in opibus viciorū. cum em̄ sicut dicit augu. libido sit primū peccatū et principium omnis alterius peccati. ¶ Qualiter in oī ope malo sit priuatio speciei modi z ordinis.

Duplex species substātie.

Dionysius.

Alia species non substantialis.

Dionysius.

Exemplum

Duplex malitia.

Libido qđ est.

Ista tria in dilectōe dei

Silr in mia z alijs opibus ꝓtutū.

Oīne pctū

Videtur quelz velle boetius qui dicit q mali homines nō sūt: et ita sacra scriptura videtur velle hoc q̄ malos hoies vocat noīe bruto⁊ aīalium.

Tria in elemosina.

elemosine tria cōsiderātur. q̄ ppter deū. ecce cō paratio ad finē z cōparatio ad essentiā circa quā est: scz ad ipm datum q̄ tantū est vel debet esse tm̄. z comparatio ad materiā a qua et in qua: scz ad ipsū subiectū. z penes materiā circa quā ē da tio attendit modus z mensura penes materiā a q̄ cōsideratur species. Ergo penes cōparationem ad finē q̄ cōsignificatur p hāc prepositionē ppt. cū vr propter deū. attendit ordo. sed se ita est in datiōe elemosine: z in dilectiōe sīliter debet esse

ptra hoc arg

¶Sed contra. Perfectio sumitur a fine vt appa ret in differentijs specificis q̄ perfectiue sūt spe cierū. rōnale autē dicit aptitudinē ad actū rō i nandi ad quē est homo: z per quē ordinatū est ad vltimū finē scz ad btitudinē. igit cū dicit dilige re deū. ppter se z sup oīa. cū hec prepositio ppt. notet habitudinē ad finē penes hoc ipm ppter se debet cōsiderari species z nō ordo. ¶Preterea.

Secundo.

Ordo est inclinatio rei ad locū debitū. sed p hāc circūstātiā propter deū. q̄ circūstat dationē ele mosine nō inclinatur aīa ad locū suū. q̄ existens in mortali potest infinitas dationes ppter deus exercere: semp tñ extra ppriū locū remanens q̄ deus est. ¶Ite in his tribus: scz modo/ specie/z ordine: attendit rei perfectio que nō est a rei ma teria. igitur nō debet aliq̄s istoz a parte materie sumi. igitur falsum est q̄ ipi dicūt. ¶Et idcirco dicimus q̄ a fine sumitur species. speciositas em̄ operis est a fine. Vñ cū dico: diligere ppter deū hoc q̄ dico ppter. tangit speciē. ¶Si ergo pri mo obicit q̄ sic refertur ania ad deū. verū est. nō tamē sic ordinat ad ipm aut inclinatur qui debet esse propr̄ius locus eius. imo hec circūstātia: si per oīa. expressiua est ordinis z collocatiua anie in loco ppr̄io. per hāc em̄ eleuat sup oēs inferio rem creaturā z sub deo in loco ppr̄io stabilitur. Hec em̄ est ordinata dilectio. vt qui superexcel lit oīa: sup oīa diligat. Et sic patet q̄ ordo dile ctionis respōdet ordini rei dilecte. per hoc solū tur due prime obiectiones. ¶Ad tertiā que est modus sumit ex parte materie circa quā. dicēdū q̄ falsum est. quia nō solū requirit velle dare tm̄. vt li tantū dicat quantitatē rei date. sed exigitur tantū velle. vt li tantū quātitatē volūtatis signi ficet. tm̄ dico q̄tū requirit caritatis mensura: q̄ multo amplius vult impletionē operum legis q̄ aliquod tēporale. quia ipsa plus diligit legē dei: q̄ cupiditas milia auri z argenti.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Ad tertium

¶Arguitur contra dictum dionysij.

¶ Hoc etiā ꝓbatur p simile. qm̄ si duo intendūt adulterari. z vnus cognoscat ꝓximā vxorē: aliꝰ nō suā cōiugatā ceteris paribus plus peccat qui cognoscit nō suā. qm̄ cētitas peccati surgit ex genere z circūstantijs. ergo si licet intentiones sint pares. tm̄ pctā sunt imparia propter euētus incidentes. eadē ratione in predicto casu licet intentiones sint pares in eis qui intendunt interficere: tamē ꝓpter euētus emergentes

magis peccat qui interficit ꝙ ille qui nō interficit. Forte dicet ꝙ nō est simile. qm euētus concomitans aggrauat pctm: sequens nō. Sed cōtra.

Euasio.

Paria sunt pctā in eis q̄ intēdūt interficere. Sz nulla ratione nisi q; volūtates sūt pares. ideo paritas voluntatū facit ꝙ euētus sequēs nō aggrauat pctm. Eadē ratione paritas volūtatū faciet ꝙ euētus cōcomitans nō aggrauat pctm.

ꝓtra hoc aſ

¶ Forte dicet ꝙ vterq; euētus z cōcomitās z subsequēs aggrauat pctm. Cōtra. Ponaꝫ ꝙ ille emittat sagittā hac intentiōe vt interficiat hoiem z priusq̄ sagitta veniat ad eū qui est interficiendus moriāt qui emittit sagittā z descēdit in infernū. Constat ꝙ in inferno nulla est remissio ergo nulla est pene mitigatio. ergo siue interficiaſ ille ad quē emittitur sagitta siue nō: non mitigaſ pena istius. ergo euentus sequēs nō aggrauat pctm.

Aliaeuasio ꝓtra quā aſ

Secundo.

¶ Preterea intentio boni cū ignorantia facti ex toto excusat. sicut in illo qui cognoscit alienā z intendit suā cognoscere adhibita debita diligentia: ergo per cōtrariū. intentio mali z ignorātia facti ex toto excusat: ergo ille qui intendit interficere z nō interficit tm̄ peccat q̄tū ille qui intendit interficere z interficit: z ita sequēs euētus nō aggrauat pctm.

Tertio.

¶ Itē sit ꝙ aliquis existens in caritate eat venatum vt pascat pauperē z anteq̄ emittat sagittam adhibet diligentiā quā pōt z debet ne interficiat hoiez: z sic emittat sagittā. Possibile est ꝙ ex hac emissiōe interficiaſ homo. Sit ergo ꝙ ille moriatur anteq̄ sagitta veniat ad locū ad quē ventura est. Inde sic. Ille decedit in caritate ergo ē in paradiso: z verū est ipsum esse in paradiso. Contra.

ꝓtra hoc aſ

Possibile est ꝙ ex illa emissione sagitte interficiat hoiem: ergo possibile est ꝙ sit reus homicidij z finaliter: ergo possibile est ꝙ nō sit futurus ī paradiso.

Secundo.

¶ Item si sequens euētus malus aggrauat pctm: ergo cōsequēs euētus bonus diminuit pctm: ergo min⁹ peccauit iudas interficiēdo xp̄m q̄ si interfecisset aliū hoiem. qm ex interfectione xp̄i melior euentus secutus est q̄ ex interfectiōe alterius hoīs.

Ad idem.

¶ Preterea solet dici ꝙ voluntas ꝓ facto reputatur. Sed vbi erit hoc verbū nisi in predicto casu vbi volūtas in actu pgredit q̄tū ad agentē: z ita eāliter peccabūt illi duo. s. interficiens z nō interficiēs.

Ad idem.

¶ Preterea. equaliter intendunt peccare ergo equaliter peccāt.

Solutio.

¶ Ideo dicimus ꝙ sequēs euentus nō aggrauat pctm: et predicti duo equaliter peccāt scz interficiens et nō interficiens. qm volūtas pgressiua in actū ꝓ facto reputanda est. vt qm̄ aliqs facit quicq̄d pōt vt interficiat hoiem.

Volūtas reputaturꝓ facto.

Ad primū.

¶ Ad primū dicim⁹ ꝙ ideo lamech imputaſ homicidiū. nō qm̄ haberet illō i intentiōe: sed q; cū sciret homicidiū ꝙ chayn esse maximū pctm nō cauebat illud: sed emittebat frequenter sagittas ignorans in quid. z vī de ipso ꝙ septuplū puniret: nō q; magis punitus fuerit ꝓ homicidio q̄ chayn. sed q; punitus fuit septuplū id est pfecte. Alio modo etiā exponiſ illud vt habetur in hystoriis. Lamech etiā punit⁹ fuit nō ꝙ homicidio quo interfecit cayn tm̄: sed etiā ꝓ illo quo interfecit iuuenē qui ductor erat ipius cuz esset cecus: z ꝓ bigamia quā introduxit.

Aliter intelligitur.

Ad scm̄.

¶ Contra predicta arguitur per augustinum. Ed cōtra hoc obicitur. q; dicit Aug. Ignoratur pena Arrij: q̄a ignoraſ q̄t per eius doctrinā fuerāt subuertendi Ergo si plures sint subuertēdi maior est eius pena: ergo maius pctm: ergo sequens euentus aggrauat pctm. Solutio. Magistri dicūt ꝙ hoc intelligitur nō de pena quā patitur arrius apud inferos: sed de infamia que est quedā pena: quia q̄to plures corrūpūtur ꝙ eius doctrinā siue sint corrūpendi tanto infamior est apud ecclīam vel pōt intelligi de accidentali pena nō de substantiali. qm̄ duplex est gaudiū in paradiso scz substantiale quo sancti fruunt deo: z accidentale quo scti gaudent de nostra cōuersione. sicut dicit in euāgelio. Gaudiū ē angelis. ꝛc̄. Similiter duplex est pena apud inferos. Substātialis qua puniūtur mali ꝓ peccatis suis. Accidētalis qua puniūtur quādo vident parentes suos descendere ad inferos vel quos corrūpūt in hac vita vel per prauā vitā vel doctrinā: et hec pena actualis potest crescere sine augmento pcti et de tali pena intelligitur qō vī de arrio.

Solutio magistroꝝ.

Aliter pōt dici.

Duplex pena.

Pena accidētalis pōt crescere sine augmēto pcti non essentialis.

¶ Itē obicitur cōtra illud qō dictū est ꝙ ex interfectiōe que nō ē pctm surgit irregularitas qm̄ Phinees trāsfixit iudeū coeūtē cuz Madianitide z inde valde laudatus est. nec cōtraxit aliquā irregularitatē. Achor etiā ex precepto dñi interfectus fuit. Si ergo interficere malefactorē est preceptū in veteri lege. nec fuit preceptū cerimoniale: ergo fuit morale. Sz em̄ Phinees interfecit iudeū nō fuit figure: sed virtutis. Sed moralia adhuc manent: quia sunt inuariabilia. ergo adhuc preceptuz est interficere malefactorē: ergo ex hoc nō cōtrahit aliqua irregularitas. nō ergo ex quacūq; interfectione cōtrahitur irregularitas.

Iterum aſ ꝓtra aliud dictum.

¶ Solutio. Dicimus ꝙ illud qō precipiebatur in veteri lege. i. de interfectione trāsgressorū nō erat preceptum morale nec cerimoniale: sed erat preceptū legis siue preceptū iudiciale sicut ē preceptū talionis. oculū ꝓ oculo: dentē ꝓ dente. ꝛc̄. que iudicia vel precepta data sūt in veteri lege ad domādum duriciā iudeoꝝ. Sed in nouo testamēto vbi corda emolita sūt per fidem que corda humiliat nō fuit opus talibus iudicijs. Sed reputaſ irregularis ois interfector hoīs ꝓpter crudelitatē z horrem sanguinis ad significandū ꝙ sacerdotes z cōstituti in sacris ordinibus expressissime debēt imitari xp̄m in hoc ꝙ dicit. Discite a me quia mitis sū z humilis corde.

Irregularitas.

Cur potius ꝓtrahit irregularitas. nouo testamento q̄ in veteri.

Iterum aſ ad primum.

¶ Itē preceptū est in lege ꝙ si aliquis percusserit mulierē prægnantē ita ꝙ fecerit abortū si puerperiū erat formatū reddet ei animam ꝓ anima. Si informe puniet pena pecuniaria tm̄: ergo sequēs euētus aggrauat pena: ergo et pctm.

Secundo.

¶ Itē dictū est in lege ꝙ si aliqs fecerit domū z nō fecerit in ea luricula siue apodiatiōes et aliquis cadit de domo illa: puniet qui fecit domum. ergo euētus sequens fecit hoiem debitorē pene. ergo aggrauat pctm.

Nota quō euent⁹ aggrauat.

Solutio.

¶ Dicimus ꝙ illa argumentatio nō valet. Euentus sequēs aggrauat penā: ergo aggrauat pctm. qm̄ multe pene imposite sunt iudeis sine omni pctō. quoniā sicut dicit bt̄us Aug. Lex data est rudibus in pedagogum. duris in flagellum. perfectis in signum.

Augustin⁹

¶ Septimū capitulū cōtinet tres questiōes.

Icto quō mensuretur opus fm̄ intentionē: septimo capitulo videdū ē vtrū intentio z op⁹ sint idē pctm: an diuersa. Intentio em̄ idē est ꝙ volūtas subiecto siue realiter: sed relatione drīt. Id em̄ qō dicit volūtas respectu primi finis: dicitur intentio respectu vlteriozis finis: vt in exēplo beati Aug. Iste vult ire ad fenestras vt videat transeūtes. Ille motus quo iste vult ire ad fenestras vī volūtas respectu primi finis qui ē ipz volitū illo motu: scz ire ad fenestras. idē aūt motus dicitur intentio respectu vlteriozis finis q̄ est videre transeūtes.

Augustin⁹

Af ꝓtio ꝙ sint diuersa ꝓglosam.

¶ Qz volūtas z opus sint diuersa pctā. pbaſ multipliciter sup illū locū apli. Repletos omni malicia: homicidijs. ꝛc̄. dicit ibi glosa. Bene vī homicidijs pluraliter: quia plura sunt homicidia volūtatis z operis. q̄ voluntas et opus sunt diuersa pctā.

Scdo per aliā glosam

Tertio.

¶ Itē sup illū locū Apone iniquitatē ꝛc̄. dicit glosa. Aut malū opus addit male volūtati: iniquitatē addit iniquitati. ergo diuersa sūt pctā volūtas z opus.

Quarto.

¶ Itē diuerse sūt ꝓhibitiones volūtatis z opis. quoniā alia ꝓhibitione phibeſ opus: vt hac Non mechaberis. Alia phibitione phibetur mala volūtas: vt hac Nō cōcupisces vxorē primi tui. Si q̄ diuerse sunt ꝓhibitiones z diuerse transgressiones: ergo diuersa pctā volūtatis z operis.

¶ Itē impossibile est ꝙ eadē malicia nūero sit in volūtate interiori z opere exteriori: ergo alia ē malicia nūero in actione q̄ in volūtate. ergo pctm̄ volūtatis est aliud q̄ pctm̄ opis et materialiter z formaliter. qm̄ alia est mala volūtas q̄ opus: et alia est malicia. ergo pctm̄ volūtatis est ꝓrsus aliud q̄ pctm̄ opis: igitur nullomodo est idē peccatū.

¶ Itē volūtas est alteriꝰ speciei specialissime q̄ opus exterius ergo nō est idē nūero cū illo: ergo nō est idem pctm̄ cū illo.

Quinto.

¶ Cōtra. Vnicus ē cōtēpt⁹ in volūtate z ope: ergo vnū ē pctm̄.

In oppm̄. Secundo.

¶ Itē vnica penitentia iniūgitur ꝓvolūtate z ope: ergo vnica penitentia est iniungenda. igitur vna pena debeſ ꝓ volūtate et opere. sed cuilibet pctō debeſ sua pena: igit vnū est pctm̄ volūtatis z operis. cū vnica debeaſ pena.

¶ Itē vtus z malicia se habent vt cōtraria: ergo habent idē susceptibile. sed virtus nō est nisi in aia: q̄ malicia nō ē nisi in aia. q̄ si actio exterior vī mala. vī mala a malicia volūtatis q̄ est in aia. igit nō est alia malicia opis q̄ volūtatz. ergo nec aliud est pctm̄ volūtatis z opis.

Tertio.

Quarto.

¶ Itē idē ē reatus male voluntatz z male actionis. Nullus pōt dicere ꝙ diuersi sunt reatus formaliter in aia simul. q; impossibile ē ꝙ due ꝓprietates eiusdē speciei specialissime sint ī eodē subiecto: ergo cū idē sit reatus volūtatis z opis: idē est pctm̄ volūtatz z opis.

¶ Dicimus ꝙ pctm̄ volūtatz z pctm̄ opis diuersa sūt in subiecto: sed idē pctm̄ sūt q̄tum ad effectū z finē. qm̄ volūtas z actio dicūtur male q; referūtur ad finē indebitū. z q; referūtur ad eundē finē indebitū: ideo possūt dici idē pctm̄. et q; diminuūt idē bonū naturale in hoīe simul z sūt ab eadē radice z vnū ab alio. ideo possūt dici vnū pctm̄ ꝓpter finē z effectū.

Solutio. Volūtas et opus exteriꝰ sūt idē peccatum.

Ad primū.

¶ Hec valet hec argumentatio. pctm̄ volūtatz z pctm̄ opis sūt diuersa materialiter z formaliter: ergo sūt ꝓrsus diuersa. Nō em̄ diuersum vel differens dicitur tantum aliquid ab alio ꝓpter materiā vel formā: sed ꝓpter effectū/ vel finē/ vel relationes. vt patet in aliis terminis.

¶ Malicia aūt fm̄ q̄ est habitus ad male agendū vel deformitas animē siue priuatio boni se habet ad virtutem vt ei cōtraria. Sed est alia malicia que est in actione: z illa nō est cōtraria virtuti sed bonitati qua actio meritoria dicit bona. Ex his patet solutio ad omnia obiecta:

Ad oīa alia

¶ Item ex volūtate est actio. actio aūt exterior agit in rē: nō in aiaz. Ita videtur. q̄m cū aia mouet corpus per volūtatem z intelligētiā: aia agit in corpus: nō corpus in aiam. ergo actio exterior nō diminuit bonum naturale aie.

Itez aſ ꝙ sint deuersa

Secundo.

¶ Preterea. Malicia q̄ est in actione corpali nō habet ꝓtrariū nisi bonitatem que est in actione corpali. vt dictū est. igit nō habet ꝓtrariū in aia. q̄ nō habet aliquid in aia qō ei repugnet. igit nō diminuit in aia aliq̄d bonū. Sz sicut dicit Aug. Si aliquid nō nocet: nō est malum. intelligitur si nō nocet aie. qm̄ corruptio boni corpalis nō est malū culpe. igit mala actio nō est mala malo culpe.

Augustin⁹

¶ Propter hmōi rōnes dicūt quidā ꝙ actio nō est mala malo culpe. qm̄ in sola aia est malicia. Sed dicit actio mala ꝓ modum circūstātie. qm̄ actio exterior q̄ procedit ex mala volūtate est circūstantia volūtatis que aggrauat eius malicia. et ideo vī mala. nō q; habeat malicia in se: sed sicut ordo aut alia circūstantia que aggrauat pctm̄.

Opinio aliquorum.

¶ Sed hoc videtur esse hereticū. q; lex dei docet ꝙ deus reddet vnicuiq; fm̄ opa sua. ergo malis reddeſ mors eterna ꝓp

ꝓtra hoc aſ

opera. qꝫ esset iniustum si actio in se nō haberet
Secundo. maliciā. ¶ Preterea. ꝑpter bona opera ē aliqs
laudabilis: propter mala vituperabilis. ergo ma
Solutio. la opera habent in se maliciā. ¶ Qꝫ cōcedimus
Actus exte vt prius dictū est. ⁊ dicimus ꝙ mala actio corpa
riores au lis agit in aiam ꝑpter colligantiā q̄ est corpis ad
gēt interio aiaz. qm̄ sicut anima agit in corpus per rōnē ⁊ in
rem habitū tellectū ꝑpter colligantiā aie ad corpꝰ: ita corpo
ralis actio agit in aiam ꝑpter colligantiā aie ad
corpꝰ. Unde colerici demētiores sūt in estate ꝯ
Aristoteles. in hyeme. sicut vꝫ Aristo. in libro de aia. ⁊ in ethi
ca dicit ꝙ boni actus exteriores augmētant habi
tum bene agendi qui est in aia. sicut de frequēter
disputare auget scientia disputādi que est in aia.
Eodē modo mali actus exteriores augmētāt ha
bitū male agendi qui est in aia: et per eandē viaz
corrūpunt bonū naturale aie. ⁊ ideo habent in se
maliciā. viz illa malicia vl̄ mala actio nō habeat
in aia sibi cōtrariū: habet tamē in aia habitū na
turalē sibi repugnantē: vt interfectio habet man
suetudinē naturalē sibi repugnantē in anima.

¶ Secunda questio huius capituli.

Af ꝙ sic. ITem querit̄ vtrū mala volūtas sit maiꝰ
pctm̄ ꝯ actio procedens ex ea. vel econ
uerso. ¶ Probat̄ ꝙ mala volūtas sit ma
ius pctm̄. qm̄ mala volūtas separat ani
mam a deo. vt vꝫ in libro sapientie ꝑuerse cogi
tatiōes separāt aiam a deo. Mala aūt actio non
separat aiaz a deo. qz inuenit eā separatā. sed nul
lum damnū est maiꝰ ꝯ separatio a deo. ꝯ malavo
luntas magis nocet ꝯ mala actio igit̄ magis est
Secundo. mala. ꝯ est maiꝰ pctm̄. ¶ Itē mala actio nō ē ma
la nisi a mala volūtate. sed ꝑpter qꝫ vnūqꝫq; est
tale: ipm̄ est magis tale. igitur mala volūtas est
Tertio. magis mala ꝯ mala actio. ¶ Itē velle interfice
re hoiem sine causa debita est malū per se ⁊ scōm
se. sed interficere hoiem sine causa debita non est
malū per se ⁊ ꝑm se. qm̄ pōt fieri sine pctō. vt in ce
mentario prosciente lapidē quo interficitur ali
quis adhibita diligentia cōpetenti. Sed qꝫ per
se est tale magis est tale ꝯ illud qꝫ non per se est
tale. ergo velle interficere hoiem sine causa debi
ta est magis malū ꝯ interficere hoiem sine causa
debita. igit̄ volūtas interficiendi est magis mala
In oppm̄. ꝯ ipa interfectio ¶ Cōtra. Propter malā actio
nem est aliquis irregularis: sed nō ꝑpter malam
Secundo. voluntatē. ergo mala actio est magis mala ꝯ ma
la volūtas. ¶ Itē volūtas meritoria ⁊ actio pro
cedens ex ea sunt eque meritorie. igit̄ a simili vo
Tertio. lūtas demeritoria ⁊ actio ꝓcedēs ex ea sūt eque
demeritorie: igitur sūt eque male. ¶ Itē volun
tas nocendi est mala ꝑpter finē ad quē est. scz ꝑ
pter nocere proximo. sed mala actio magis nocet
Quarto. proximo ꝯ mala volūtas: ergo est magis mala.
¶ Itē ecclesia maiorē iniungit penitentiā ꝓ ho
micidio actuali ꝯ prō volūtario et nō decipitur:
ergo maior pena debet̄ homicidio actuali ꝯ ho
Quinto. micidia volūtatis. ꝯ homicidiū actuale est maiꝰ
pctm̄ ꝯ volūtariū. ¶ Itē vbi par cōtēptus par
Sexto. pctm̄. sed par cōtemptus est in mala volūtate et
mala actione: ꝯ par pctm̄. ¶ Itē eadez est causa
quare actio sit mala ⁊ volūtas scz priuatio debi
ti finis. ꝯ neutra ē magis mala ꝯ reliqua. ¶ Qꝫ Solutio.
concedimus. Nec valet hec argumentatio. Ma Ad primū.
la volūtas magis nocet ꝯ mala actio: ergo ē ma
gis mala. qm̄ male volūtati accidentale est qꝫ se
parat aiam a deo. Tūc em̄ separat q̄n inuenit cō
iunctā deo. nō separat q̄n nō inuenit cōiunctā. et
hoc habet ex natura ꝓtrarietatꝪ: nō ex intentiōe
malicie. Sed hec argumētatio est necessaria. Ex
dei iudicio maius debetur nocumētū male volū
tati ꝯ male actioni: ergo mala volūtas est magis
mala ꝯ mala actio. qm̄ deus infert maiorē penaz
vel minorē ꝑm quātitatē culpe: sed mala volūtas
nō infert maius tale nocumentū ꝑm suā maiori
tatē vl̄ quātitatē. qm̄ quātūcūq; sit mala siue pa
rum siue multū: facit tm̄ nocumentū qꝫ separat a
deo. dūmodo sit mala malicia mortali. et ideo ex
sua ꝓtrarietate facit tale nocumētū: nō ex sui ma
gnitudine. ¶ Ad scōm dicimus ꝙ hec ꝓpositio Ad scōm.
Propter qꝺ vnūqꝺq; est tale ipm̄ est magis tale.
intelligitur de eo qꝫ ꝑ se ē tale ⁊ facit aliud tale et
gñaliter verum est ꝙ omne tale est magis tale ꝯ
illud qꝺ per ipsum est tale. dūmodo vtrūq; parti
cipet. i. firmius est tale. nō tamē oportet ꝙ sit in
tensius tale. vt patet in igne qui calefacit plūbū
vel aliqd aliꝺ vsquequo sit tātū calidū actu ꝯtū
ipse est. qm̄ causa ignis nō desinit agere donec vl
timeꝫ in suo effectu. volūtas autē siue actio nō ē
mala per se: sed per aliud. scz quia referꝫ ad finem
indebitū: vel quia priuaꝫ debito fine. ¶ Ex hoc Ad tertium
ptz solutio ad tertiū. Qꝫ em̄ velle interficere ho
minē sine causa debita sit per se malū: hoc est ꝑ
pter circūstantiā nō ꝑpter natura ipsius volūta
tis. qm̄ ipsa volūtas per aliud est mala. vt dictuz
est. et ideo nō per hāc viam potest ꝓbari ꝙ mala
voluntas sit magis mala ꝯ mala actio.

¶ Tertia questio huius capituli.

ITem querit magister in sententijs. Cū in
tellectus volūtas ⁊ memoria sint vires aie:
quare potius meritū ⁊ demeritū sita sint in volū
tate ꝯ in intellectu ⁊ memoria. ¶ Ad hoc dicunt Opinio ali
mgri ꝙ intellectꝰ ⁊ memoria nō mouēt ad opꝰ sed quorum.
volūtas mouet ad opꝰ qm̄ sicut vꝫ btūs Aug. Vo Augustinꝰ
lūtas est morꝰ animi ad aliqd adipiscēdū: vel nō ꝓtra hoc ar
adipiscēdū vl̄ ad aliqd faciēdū ⁊ fugiēdū. ¶ Sed
videꝫ posse probari ꝙ meritū ⁊ demeritū sita sint
in intellectu sicut in volūtate: qz intelligere ē vo
luntariū. Sicut em̄ aliquis qm̄ vult intelligit: sic
qm̄ nō vult nō intelligit. ꝯ intelligere cū sit volū
tariū pōt referri ad debitū finē vel ad indebitum
ergo pōt esse meritorium ⁊ demeritorium sicut velle.
igit̄ sicut in volūtate sitū est meritū ⁊ demeritū:
ita in intellectu. ¶ Itē fides est in intellectu: sed Secundo.
primū meritū est motus fidei: ꝯ primū meritū est
situm in intellectu. ergo potius debet dici ꝙ me
ritū est sitū in intellectu ꝯ in volūtate. Si conce
dit. ¶ Cōtra. Aug. vꝫ ꝙ res generāt noticiā sui In oppm̄ ꝙ
in aia: ergo generāt intelligentiā sui in aia. ergo augusti.
intelligere nō est in ptāte nra: cū sit a rebus exte
rioribus. ergo nō est volūtarū: igit̄ nec meritō
rium. ¶ Itē Priscianus dicit ꝙ vba ptinentia ad Secundo.
sensum in actiua voce significant passionē. ꝯ vide
re est pati a visibili: ⁊ sentire est pati a sensibili. ſz
sicut se hz sentire ad sensibile: ita intelligere ad in
telligibile. sed sentire est pati a sensibili: ergo in
telligere est pati ab intelligibili. sed passiōes non
sūt meritorie vl̄ demeritorie: ergo nec possūt esse.
ergo intelligere nō potest eē meritorū vel deme
ritorū. sed oīe credere est intelligere: ergo nul
lum credere potest esse meritorū vel demeritorum.
Augustinꝰ. Qz autē omne credere sit intelligere probat
per hoc qꝺ dicit Aug. Credere est cogitare cum
assensione Sed illꝺ cogitare est ꝑ intellectū. cogi
tare aūt ꝑ intellectū est intelligere. inde sequit ꝙ
oē credere est itelligere. sed nullū intelligē pōt eē
meritorū vt probatū est: ergo nullū credere pōt
esse meritorū vl̄ demeritorū. igitur motus fidei
nō pōt esse meritorius. ergo fides non est virtus.
Tertio. ¶ Item intelligere est pure speculari: sed in pu
ra speculatiōe nō est meritū vel demeritū nec po
test esse. ergo intelligere nō pōt esse meritorū vl̄
Quarto. demeritorū. ⁊ inde vt prius. ¶ Itē credere ꝙ deꝰ
est: nō est velle ꝙ deus est. qm̄ demones credunt
ꝙ deus sit: sed nō volūt ꝙ deus sit. nec aliqs actꝰ
meritoꝝ ꝓcedit hūc actū credere. quoniā si hoc
esset: fides nō esset prima inter virtutes. ergo ali
quis motus est precedens oēz volūtatē qui ē me
ritorius. nō ergo in sola volūtate cōsistit meritū
Solutio. vel demeritū. ¶ Dicimus ꝙ volūtas siue poten
tia volendi nō est nomen alicuius potētie specia
lis: sed est nomen cōmune oīm virtū motiuarū q̄
sunt in aia: vel nomen solius rōnis imperātis. si
cut dictū est in tractatu de libero arbitrio. Dici
Nota istud mus ꝙ oēs ꝟtutes politice sūt voluntates. sicut
oēs motus virtutis est supradictꝫ patet. ⁊ oēs alia virtꝰ volūtas est. i.
velle. oēs motus ꝟtutis est velle. excepta fide ⁊ vltimis
duobus donis spiritus sancti: scz intellectu ⁊ sapi
entia. ⁊ exceptꝫ forsitan spez timore. quoniā sicut
videtur nec sperare nec timere velle est. Qz vero
credere nō est simpliciter intelligere vel memora
ri sed est cogitare cū assensione: ideo credere non
Aristoteles. est sine volūtate. Unde Aristoteles vꝫ ꝙ virtus
Augustinꝰ aut est volūtas: aut nō ē sine volūtate. Et Aug.
dicit ꝙ cetera potest homo nō volēs: credere ve
ro nō potest nisi volens. vnde heretici nullomo
do possūt cogi ad credere: qz credere volūtarium
Solutio. est. ¶ Solutio. Dicimꝰ ꝙ intelligere duobꝰ mo
dis pōt esse meritorium. quoniā intelligere prout
est in speculatione voluntariū est. maxime cū ha
bemus imagines rerū apud nos in memoria. qm̄
quādo volo imaginor matrē meā: qz habeo in me
moria imaginē ipsius quā sepe vidi. illā aūt quam
nūq̄ vidi nō imagino: qm̄ volo: qz nō habeo ima
ginē eius in memoria. Eadē modo intelligibilia
quorū imagines habemꝰ in memoria intelligimꝰ
qm̄ volumus: ⁊ eas intelligere est in nra potestate
Sed nō est pure ex nobis. cū em̄ imago rei intel
ligibilis est in memoria: liberꝫ ē aie dirigere actē
intellectus ad imaginē q̄ est in memoria. sicut vꝫ
Augustinꝰ. btūs Aug. in libro de trinitate. et sic ab imagine
que est in memoria resultat in acie intellectꝰ ima
go rei visibilis ⁊ sic intelligit actu aia. Et ideo qz
anima habet oia ista in sua ptāte: voluntariū est
ei intelligere: vt si quis intelligeret actu logicam
vt doceret subditos suos ad gloriā dei. tale intel
ligere est meritoriū. tale intelligere non est in pu
ra speculatiōe. sed est meritoriū a volūtate a qua
est non scōm se. Et ꝑm hanc viam patet ꝙ ꝓnci
paliter sitū est meritum in voluntate. scōo modo Quō ipsum
intelligere potest esse meritoriū: q̄n per modū vo intelligere
luntatis surgit supra se. operāte tamen gra. vt in possit esse
motu fidei quo acquiescit aia ꝓme veritati ꝓ meritoriū.
pter se ⁊ sup oia. et tale intelligere qꝺ est credere
meritoriū est: ideo quia ꝑm ipsū aia magis assen
tit ꝓme veritati ꝯ sibipsi ⁊ magis ꝯ alicui po
sitioni vel rōni vel argumentationi. Licet ergo
credere nō sit velle: tñ volūtariū est naturaliter
existens cum volūtate. ¶ Patet ergo solutio ad Ad primū.
primo obiectū. ¶ Ad scōm dicimus ꝙ cqđ di Ad scōm.
cat priscianus videre est agere. sed dicit̄ esse pati
ꝓpter passionē cui ipz est annexū. sicut empha
tice vꝫ Aug. ꝙ imago colorati impressa in oculo Augustinꝰ.
est visio qua videt colorat̄. Eodē modo dicimꝰ
ꝙ intelligere nō est passio sed actus anie: licet sit
ex passione vt patet ex predictis. ¶ Ad tertiū di Ad tertiū.
cimus ꝙ intelligere qꝺā est in pura speculatiōe
nec est meritoriū: sed potest esse meritoriū a volū
tate meritoria. ¶ Item dicit Aug. ꝙ peccatum Iterum af.
adeo est volūtariū: ꝙ si non est volūtariū non est
pctm̄. sed voluntas est peccatū: ergo voluntas ē
voluntaria. Sed cū nichil denominet seipsū. Al
bedo em̄ nō est alba: nec cursus currit: nec morꝰ
mouetur. eadē ratione volūtas nō est volūtaria.
ergo nulla volūtas est pctm̄: ergo nulla volūtas
est demeritoria. ergo meritū ⁊ demeritū nō sunt
sita in volūtate. Si hoc nomen volūtaria signifi Solutio.
cet originē. ¶ Dicēdū est ꝙ auctoritas bti Aug.
intelligitur tantū de actiōibus malis q̄ sunt volū
tarie. i. procedētes a volūtate. Vel potest dici ꝙ
hec dictio volūtaria significat libertatē volūta Aliter vꝺ.
tis. ꝑm ꝙ vꝫ Aristoteles ꝙ volūtariū est cuiꝰ pri
cipiū est in nobis. i. quod libere possumus facere
id est qꝺ in potestate nra est ꝙ faciamꝰ vel non ⁊
ꝑm hoc est hec vera Volūtas est voluntaria. qm̄
nichil est ita in ptāte nra sicut volūtas. nec sic de
nominatur voluntas a seipsa: sed a sua libertate
naturali. quoniam voluntas est motus animi li
ber sui. Et patet ꝙ non est simile de talibus Al
bedo est alba. Cursus currit.

Capitulū octauum de contemptu.

DIcto quō pctm̄ mensurek̄ ꝟz intentionē
siue voluntatē: dicendū ē de ꝓcēptu ꝑm
quē sīliter mēsurak̄ pctm̄. qm̄ sctūs Am Ambrosiꝰ.
brosius vꝫ Ubi par ꝓcēptus ibi par pec
catū. Prius videndū est quid sit ꝓcēptꝰ. ¶ Quidā
dicūt. Cōtēptus ē reatꝰ siue macula q̄ est in ania Cōtēptus
mꝫ surgit ex genere pctī circūstātijs. ⁊ ita ex qđ est scōm
ponūt illā auctoritatē Ambro. sic. Sine pctm̄ ē quosdam.
ex cōtemptu. i. cū cōtēptu. ¶ Sed hec expositio
est mirabilis Idē em̄ est ꝑ ꝓsequēs: acsi diceret ꝓtra hoc ar
Sine pctm̄ ē ex cōtemptu. i. oīs ꝓcēptꝰ est pctm̄.
qz cū dicit Sine pctm̄ est cū cōtēptu. notak̄ ibi
cōcomitātia effectꝰ ad causam. qm̄ ꝟz eos ꝓcēptꝰ
est effectꝰ pctī et nō ecōuerso. Sed obicik̄. Pctm̄
mēsurak̄ ꝟz mēsurā ꝓcēptꝰ. sicut vꝫ Ambro. Ubi
par ꝓcēptꝰ ibi par pctm̄ Sz ꝟstat ꝙ pctm̄ mēsurak̄
ꝟz intētionē siue volūtatē: qz ꝯtū ītēdis tm̄ facis

ergo cõtemptus est intentio vel voluntas et non macula vel reatus. quare eñ dicere macula ꝓte ptus: cũ ea nihil ꝓtẽpnaꝭ. ¶ Preterea. ipi dicũt q cõtẽptus surgit ex genere pcti z circũstantijs. Sed ponaꝭ q hic sit quidã laycus qui nullam habeat circunstãtiã aggrauantẽ pctm̃ suũ. qđ bene est possibile. quoniã potest esse talis qui nihil didicit de deo: ita scientia nõ aggrauat peccatum in eo. imo potius ignorãtia diminuit. nec facit peccatũ suum tpe sacro: nec sacro loco. z sic de alijs circũstãtijs. cõstat aũt q ipe peccat. nec est macula surgens ex genere peccati z circũstantijse: ꝙ non est ibi aliquis cõtẽptus. Nõ ergo oẽ pctm̃ ẽ ex cõtemptu vel cum cõtemptu: sicut ipsi dicũt.

Secundo dicunt. Arguitur.

¶ Itẽ obicit de cõtrarietate qua videnꝭ esse cõtrarij Aug. z Ambro. loquẽtes de cõtemptu. dicit eñ ambrosius q oẽ pctm̃ est ex cõtẽptu Aug. dicit q oẽ pctm̃ est ex ignorantia/ vel ex superbia/ vel ex contẽptu. ergo nõ oñe pctm̃ est ex ꝓtẽptu

Augustinꝰ et ambrosiꝰ videntur contrarij.

¶ Dicimꝰ q hoc nomen ꝓtẽptus multas habet significationes. dicit eñ qñq cõtẽptus appreciatio rei minor iusto. ẽm hoc ꝓtẽpnere ẽ opꝰ rõnis. Cõtẽpnere idẽ est q aspernari siue irasci rei tãq vili. ẽm hoc cõtemnere est opus vis irascibilis. Qñq aũt cõtẽpnere est negligere siue nõ curare z ẽm hoc priuatio est. in qualibet istarũ triũ significationũ potest accipi cũ dicitur. Peccator cuz in profundũ venerit vicioꝝ: cõtẽpnit. i. desperat appreciando miam dei minus iusto dicens. Maior est iniquitas mea: q̃ vt veniã merear. Talis eñ aspernat deũ z odit ipm. qñ nichil boni exꝑctat a deo: ideo vellet ipm nõ esse. Qñ propter talem retractat btus Aug. qđ dixerat. Nulliꝰ vnq̃ cõscientia deũ odio habere potuit. Soli eñ desperanti cõuenit posse odire deũ et irasci ei tanq̃ rei vili. In tertia significatiõe põt accipi. qñ desperans cõtemnit. i. nõ curat. i. sine freno tẽperantie currit p camposilicentie. In quarta significatione dicit cõtẽptus mal a volũtas. ꝓout homo auertit se a deo quasi vertẽs ei tergũ: vel put est vestita circunstãtijs ꝓpter quas debet dimittere pctm̃ z nõ dimittit. In hac significatiõe accipitur a beato Ambrosio cuz dicit Oñe pctm̃ est ex cõtẽptu. Intelligit enĩ hoc de peccato actuali quod ꝓcedit ex mala volũtate. Per hanc distinctionem solũtur oẽs põdicte obiectiones.

Augustinꝰ et ambrosiꝰ videntur contrarij. Solutio. Augu. accipit i pria significatiõe

Cõtra prẽdicta arguitur.

Sed ctra. probatur q nõ tm̃ pctm̃ operis: sed etiã pctm̃ volũtatis est ex contemptu. qñ quãlibet malã volũtatem tenet homo vitare nõ nisi in articulo necessitatis: ꝙ eã nõ vitat ille qui peccat pctõ volũtatis. ergo omittit. z ita negligit siue cõtẽpnit. z ex hoc peccat p malã voluntatem: q negligit vitare eã. ergo pctm̃ volũtatis est ex cõtemptu siue ex negligẽtia. ¶ Solutio. Datur rõni tps deliberãdi a deo: vt per deliberationem vitet pctm̃. Anteq̃ autẽ sit in mora id per qđ homo debet vitare malã volũtatẽ põt hõ male velle. vnde nõ opꝙ ex necessitate q malã volũtatẽ cõ comitet omissio vel negligẽtia. ¶ Itẽ sup illũ locum apli. An ignoras q patientia dei ad penitẽtiã te adducit: dicit btus Ambro. Grauiter peccas q impunitatẽ peccãti tibi ꝓmittis. grauꝰ q cõtẽpnis. grauissime q ignoras te contẽpnere. ꝙ grauius peccat qui cõtempnit q̃ qui impunitatẽ sibi ꝓmittit. ergo q impunitatẽ sibi ꝓmittit nõ cõtẽpnit. ergo eiꝰ pctm̃ nõ est ex contẽptu. ¶ Item cõtẽpnere in se nõ est pctm̃ in spm̃ sctm̃: sed ꝓmittere sibi impunitatẽ ẽ pctm̃ in spm̃ sctm̃. ergo magis peccat qui impunitatẽ sibi ꝓmittit q̃ qui cõtẽpnit. qñ pctm̃ in spm̃ sctm̃ est maximũ inter pcta

Jtem ꝓ oppm̃.

¶ Solutio. Cõtẽptus accipit hic specialiter et nõ gñaliter. accipit eñ ꝓ cõtẽptu desperationis de quo iã dictũ est. Dicit aũt magr q ille q cõtẽpnit magis peccat q̃ q impunitatẽ sibi ꝓmittit. ideo scz q: qui cõtẽpnit. i. desperat: peccat cõtra miaz dei. sed q impunitatẽ sibi ꝓmittit peccat cõtra iusticiã. z q: mia eiꝰ sup ola opa eiꝰ. magꝭ peccat desperãs q̃ impunitatẽ sibi ꝓmittẽs. ¶ Sed cõtra. Qui desperat nimis coartat miam dei z nimis extẽdit iusticiã. ꝙ peccat cõtra vtrãq̃. similiter qui impunitatẽ sibi ꝓmittit nimis extẽdit miam z nimis coartat iusticiam. z ita ꝓtra vtrãq̃ peccat vterq̃. Nõ ergo alter magꝭ peccat: q peccat cõtra miam. ¶ Itẽ mia et iusticia idẽ sũt subiecto: sed differũt in effectu tm̃. sed dignior ẽ effectꝰ iusticie q̃ mie. qñ effectꝰ iusticie ẽ ꝓprie vita eterna q debeꝭ meritꝫ: z nõ est effectꝰ mie nisi ꝓ accidens; scz rõne fundamẽti. sed vita eterna ẽ dignissimus effectꝰ oĩm virtutũ. z ita dignior est effectꝰ iusticie q̃ mie. ꝙ qui peccat cõtra iusticiã magis peccat q̃ qui peccat ꝓtra miam. ꝙ qui impunitatem sibi ꝓmittit magis peccat q̃ qui contẽpnit.

Jn oppm̃. Solutio. Ad scõm. Jterum ar. Solutio. Per hoc ad primum. Ad scõm.

¶ Dicimus q vterq̃ peccat ꝓtra miaz z iusticiã. sed qui cõtẽpnit siue desperat magis ꝓprie peccat cõtra miam: q̃ q impunitatẽ sibi ꝓmittit. qñ magis peccat cõtra miam qui eã nimis coartat: q̃ qui nimis extẽdit. sicut auaricia maiꝰ est viciũ q̃ pdigalitas. Et ꝓpter hoc licet vterq̃ peccet cõtra miam z iusticiã: tñ vnus dicit peccare contra miam alter cõtra iusticiã. ¶ Ad scõm dicimꝰ q vita eterna magis ꝓprie est effectus mie q̃ iusticie. Qz eñ vita eterna debeꝭ meritz hoc est ex mia dei z nõ ecõuerso. z ideo p accidẽs debeꝭ meritis: p se aũt debeꝭ mie talis effectꝰ. ¶ Itẽ obicitur ex illa ꝓte auctoritatis. Grauissime peccas q: ignoras te. videꝭ eñ q leuissime qñ ignorãtia excusat pctm̃. ¶ Preterea Quicquid scis: scis te scire. q̃cq̃d dubitas: scis te dubitare. similiter q̃cq̃d odis scis te odire: q̃cq̃d diligis scis te diligere. ꝙ eadẽ rõne q̃cq̃d ꝓtẽpnis scis te ꝓtẽpnere. ¶ Solutio. Auctoritas sic dz exponi Grauissime. id est periculosissime peccas. q: cõtẽpnẽre te ignoras. quoniã qui ignorat morbũ suum nõ querit medicum. tamen quedam ignorantia est q̃ valde parũ excusat: scz ignorantia infidelium cum ꝓsto habeant cognoscere deum: et ad hoc summe teneaꝭ homo. ¶ Ad secundum dicimꝰ q hec argumẽtatio nõ valet. nec est a simili. quoniã per illa verba significat solos actus mẽtis quos aliquis videt in se si ibi sũt. in cõclusione aũt verbũ cõtẽpnendi nõ significat purũ actũ mẽtz: ꝙ significat eũ respectu rei extrinsece quã nõ opꝙ aliquis videre in se actu vl habitu. Qñ sicut hec ẽ falsa: quicquid diligis ex caritate: scis te diligere ex caritate. qñ in ꝟbo diligendi sic intellecto formate intelligit hec circũstãtia sup oĩa. quasi extra aĩam z extra actũ q̃ est in aĩa quẽ nõ oportet vt videat in se aĩa. z ita hec est falsa: quicq̃d cõtẽpnis scis te ꝓtẽpnere. Amare eñ mũdũ est actus quẽ videt aĩa in se. ꝙ ille actus sit aut nõ sit a deo nõ opꝙ q videat. ¶ Itẽ querit ẽm quẽ contemptũ mensuretur peccatum quod facit furiosus dum est in furore suo. Hoc require in questione de furioso.

ꝯ incidẽs.

¶ Tractatus tricesimus de circunstantijs.

¶ Capitulũ. 1. cõtinet quattuor questiones.

Circũstantia quid est.

Quoniã cõtẽptus surgit ex circũstãtijs: z sicut mensurari habet pctm̃ p cõtẽptũ sic z per circũstãtias: ideo post cõtẽptũ dicendũ est de circũstãtijs. Licet autẽ non inueniaꝭ diffinitio circũstãtie data ab auctore: tamen doctrinaliter sic posset describi. ¶ Circũstantia est ꝓprietas psone vel negocij ex se ptinens ad laudẽ vel vituperiũ: diminuẽdo vel augendo vel ꝓtrahẽdo in genus. Cõstat apꝰ oẽs q circũstantia aggrauat pctm̃. ¶ Sed ctra. Deus est promptior ad miserãdũ q̃ ad cõdenandũ: ꝙ humana circũstantia nõ auget meritũ apud deũ: ergo nec mala circũstãtia auget demeritũ apud eundem.

ꝓtra hoc arg.

¶ Preterea. Talis circũstãtia est bona in se: ergo si cõtingat malo nõ augmẽtat illũ: imo potius diminuit. Forte dicet q bona circũstãtia nõ per se auget pctm̃ sed per accidẽs: scz q: auget obligationẽ. z ex hoc sequit q ille qui facit ꝓtra illã obligationẽ augmentantẽ magis peccat.

Secundo. Euasio. ꝓtra hãc arg.

¶ Sed pro pter hoc nõ cessat obiectio. qñ si facere cõtra maiorem obligationẽ est maius pctm̃ siue demeritũ facere ẽm maiorẽ obligationẽ. ¶ Dicimus q ꝓtia argumẽtatio nõ valet qñ meritũ attendit tantũ penes caritatis intensionẽ: z ideo nõ augeꝭ meritum ꝓpter aliã circũstãtiã. Sed q: pctm̃ non hz aliquã certã radicẽ ẽm quã mensuret: z ad eẽ pec cati paucioꝝ exigũtur q̃ ad esse ꝓtuz: ideo alia sũt q̃ augent demeritũ q̃ q̃ meritũ. Est aũt quasi per se notũ q magis obligatꝰ magis peccat si facit cõtra illã obligationẽ. sed magis obligatꝰ nõ magis mereꝭ. qñ seruicia quãto magis debita tãto sũt minus grata.

Solutio. Maior obligatio reddit demeritum maiꝰ nõ aũt meritum. Ad scõm.

¶ Ad scõm dicimꝰ q re vera circũstãtia nõ obligat per se: sed per accidens vt dictũ est in opponẽdo. nisi sit q essentie sue quam habet a duo annexa est obligatio. sic eñ sũpsimꝰ ex se in diffinitiõe circũstantie. Hec valet hec argumẽtatio Quicũq̃ facit ꝓtra maiorẽ obligationem magis demereꝭ: igit quicũq̃ facit ẽm maiorem obligationẽ magis mereꝭ. vel ecõuerso. Nec est ibi locus a cõtrarijs: quoniã facere cõtra maiorẽ obligationẽ z facere ẽm maiorẽ obligationẽ nõ sũt cõtraria. sed facere contra maiorẽ obligationẽ z facere ex caritate ẽm maiorẽ obligationẽ sũt cõtraria. sicut hec duo. facere cõtra conscientiã z facere scõm cõscientiã nõ sunt cõtraria. sed hec duo facere cõtra cõsciẽtiã: facere ẽm ꝓscientiã ex caritate sunt ꝓtraria. qñ facere ẽm maiorẽ obligationẽ est cõe ad vnũ ꝓtrariorum z ad mediũ: scz ad opꝰ ꝓtuz formate z ad opꝰ bonũ hz iforme.

Hec argumẽtatio nõ valet.

¶ Arguitur q meritum nõ mensuratur secundum quantitatem caritatis.

Solutio. pz ad primũ

Tem dñs dicit in euãgelio Qui minimꝰ est in regno celorum est maior Iohãne baptista. z ita minimꝰ angelus habet maiorem caritatẽ quoz viatorẽ. Sz cõstat q aliqs viator mereꝭ premiũ equale alicui angelo. qñ ruine angelorum reparabũtur ex hoibus: z btã virgo exaltata est sup choros angelorum. z ita aliquis hõ ex minori caritate mereꝭ tm̃ premiũ q̃tũ angelꝰ ex maiori. Nõ ergo ẽm caritatẽ tm̃ mẽsuratur meritũ: sed ẽm circũstãtias. vñ nõ gñaliter vbi par caritas: par premiũ. ¶ Dicimꝰ q hoc cõtingit ꝓpter diuersos status. Sed querit q̃re diuersus status diuersificet meritũ: cũ status sit circunstãtia ꝓsone potiꝰ q̃ alie circũstantie. ¶ Ad hoc dicit q hoc cõtingit qñ angelus meretur habitũ: sed hõ mereꝭ habendũ. Sz hec rõ nulla videt esse. qñ si duo hoies fodiũt in vinea alicuiꝰ equaliter: z alteri deꝭ premiũ ꝓportionaliter q̃ fodiat: nõ ideo diuersificaꝭ merita. eadẽ rõne nec i spirituali merito diuersificaꝭ ꝓpter hoc meritum.

Solutio. per modum argumenti. Solutio.

¶ Alij dicũt q hoc cõtingit ꝓpter raritatẽ caritatis in via respectu caritatis patrie in qua ẽ abũdãtia caritatis. z hoc ideo q: oẽ rarũ ꝑciosũ ꝑciosior est caritas in via q̃ in patria. sicut vinũ ꝑciosiꝰ est in hybernia q̃ in gallia.

Alia solutõ

¶ Sed querit quare hmõi raritas hoc faciat. Nõ nisi ꝓpter difficultatem vtẽdi caritate in fragili corꝑe. Et ita sequit itez q circũstantia auget meritũ. ¶ Itẽ si diuersi statꝰ difficultas auget meritũ: eadẽ rõne i hoc casu. igit ẽm hoc mulier q̃ est debilior magis mereꝭ in pari caritate q̃ vir qui fortior est. qđ ptz ee falsum.

Alia qstio. Secundo.

¶ Dicimꝰ q hoc cõtingit ex hoc q angelus mereꝭ ex gloria: sed hõ ex gra. ideo angelꝰ nõ põt peccare: sed hõ potest peccare. et qñ homo põt peccare z nõ peccare: ideo ista libertas liberi arbitrij augmẽtat meritũ in hoie.

Solutio.

¶ Sed itez Cõtra hãc redit obiectio: qñ illa libertas est circũstantia. z solutionem ita circũstãtia auget meritũ. Qđ vez ẽ in hac sola circũstantia q̃ natralis est in libero arbitrio in ꝓria sui creatiõe z ẽ naturalis mr z primordialis meritorum. vñ in laudẽ viri sctĩ dr: Qui potuit transgredi z nõ ẽ trãsgressus. vel etiã posset dici q hec circũstãtia nõ auget meritũ nisi q occasionẽ z nõ er se. Qđ no eñ eẽntie sue aliqd annexũ ẽ: ex qua necessitate sue causalit tm̃ meritũ ꝓmij augmẽtaret. Posset etiã dici q augmẽtũ dr ꝓprie eorũ q̃ sũt vnꝰ gñis z vni ꝓportionis et vnius status.

Tertio. Quarto q

Aliter potest dici.

¶ Secunda questio.

Item q̃rit vtrũ magis peccet fidelis q̃ infidelis in eodẽ gñe pcti. alijs circũstãtijs paribꝰ. ¶ Probatio q fidelis. qñ plꝰ ꝓmittit ẽ ei. et cui plꝰ ꝓmittit: plꝰ ab eo exigit. ¶ Itẽ cadit a maiori bono z magꝭ ledit. z nõ ledit nisi a pctõ iq̃tũ pctm̃. igit magꝭ peccat. ¶ Itẽ fortiora hz arma q̃bus põt defendere se: igit magis ẽ imputãdũ ei si succũbit. ¶ Ad idẽ facit qđ dicit btus petrus. Melius ẽ viã ꝟitatis nõ agnoscere: q̃ post agnitã illud petri.

Arguit q fidelis. Secundo.

In oppm. retro ire. ¶ Si hoc cõcedat. Igit infidelis min⁹ peccat. igit aliqua circũstãtia minuit pctm. Non nisi infidelitas. ergo de dolo infidelitatis reportat lucrũ. ¶ Itẽ falsus xp̃ianus dicit equus pallidus in apocalipsi. verus xp̃ianus equus albus: infidelis equus niger. Cõstat aũt q̃ pallor est medius inter albedinẽ z nigredinẽ. ergo falsus xp̃ianus medio modo se habet inter verũ xp̃ianũ z infidelẽ. ergo est minus peccator q̃ infidelis. igit nõ semp magis peccat eodẽ genere peccati. ¶ Dicimus q̃ re vera fidelis magis peccat in eodẽ genere peccati q̃ infidelis aliis circũstãtijs paribus

Secundo. tat lucrũ. ¶ Itẽ falsus xp̃ianus dicit equus pallidus in apocalipsi. verus xp̃ianus equus albus: infidelis equus niger. Cõstat aũt q̃ pallor est medius inter albedinẽ z nigredinẽ. ergo falsus xp̃ianus medio modo se habet inter verũ xp̃ianũ z infidelẽ. ergo est minus peccator q̃ infidelis. igit nõ

Solutio. semp magis peccat eodẽ genere peccati. ¶ Dicimus q̃ re vera fidelis magis peccat in eodẽ genere peccati q̃ infidelis aliis circũstãtijs paribus

Infidelis leuius peccat q̃ fidelis ceteris paribus. ppter predictas causas. Hec valet hec argumentatio Infidelis minus peccat: ergo aliquid diminuit in eo pctm. debet em̃ addere vel aliqd in alio augmẽtat pctm̃. sicut ille qui habet mediocrẽ scientiã min⁹ peccat eodẽ genere peccati q̃ qui habet excellentiorem scientiam. tamen nichil diminuit in eo peccatum simpliciter.

¶ Tertia questio.

TEm querit vtrũ aliquis theologus existens in mortali magis peccet q̃ vetula q̃ cadit a caritate alijs circũstãtijs paribus. qd videt. qm̃ vt dicit Grego. Vbi est maius donum scientie: ibi transgressor maiori subiacet culpe. Et in euãge. Seruus sciens volũtatem dñi sui z nõ faciens vapulabit plagis multis. ¶ Contra. Hec vetula magis ledit. cũ amittat caritatẽ. z ille nõ. z nõ ledit nisi q; peccat. igit magis peccat. ¶ Item fortiora habet arma ad se defendendũ: scz caritatẽ. igitur magis est ei iputandũ si succumbit. ¶ Itẽ vetula q̃ est in caritate habet sciam donũ spũs sancti q̃ in infinitũ est melior q̃ scientia huius theologi. ergo in infinitum clarius videt quid faciendũ quid nõ. igit magis ẽ ei imputãdũ si succũbit. ¶ Dicim⁹ q; re vera theologus magis peccat. Hec valet hec argumentatio Vetula magis leditur: z nõ nisi q; a pctõ: ergo magis peccat. Q; em̃ magis ledit a pctõ. hoc est ex accidẽti. q; pctm̃ inuenit qd̃ aufert scz gratuitã: q̃ nõ inuenit in theologo. Sed hec argumẽtatio teneret si sic diceret Magis leditur in naturalibus a pctõ: ergo magis peccat. ¶ Ad scdm dicimus q; hec argumẽtatio nõ valet Fortiora habet arma q̃bus se defendit: igit magis est ei imputandum si succũbit. deberet em̃ addi: z maiorẽ hz industriã vtẽdi armis. ¶ Ad tertiũ dicim⁹ q; vetula habet clariorẽ sciam: sed theologus abũdãtiorem z per plura scit discernere z cõferre nocumẽtum pcti. z ideo magis peccat. Licet aũt nulla circunstãtia ita aggrauet pctm̃ sicut scia: tñ episcopus magis peccat minus sciẽs q̃ simplex theologus. Et hoc ideo q; ignorãtia ei⁹ parũ aut nichil diminuit pctm̃. qm̃ tenet scire nouũ z vetus testamentũ. dignitas autem multum aggrauat.

¶ Quarta questio.

TEm querit de circũstantia tpis. vtrũ scda fornicatio sit maius pctm̃ q̃ prima alijs circũstãtijs paribꝰ. ¶ Probatio q; pria maior. qm̃ in pria habet homo arma quibus defendere pot se. In scda nõ. igit magis peccat in pria q̃ in scda. ¶ Preterea. pria fornicatio magis nocet. qm̃ aufert caritatẽ. et nõ nocet nisi q; pctm̃. ergo mai⁹ pctm̃ ẽ pria q̃ scda. ¶ Itẽ cui pl⁹ cõmittit plus ab eo exigit: sed pl⁹ cõmissũ est hoi in pria fornicatiõe q̃ in scda: igit magis exigit ab eo: igit magis peccat. ¶ Itẽ maiorẽ habet sciam in prima q̃ in scda: g̃ magis peccat in pria cũ alia sint paria. ¶ Cõtra. Scda fornicatio magis accedit ad pctm̃ ꝓsuetudinis q̃ prima. z ita magis accedit ad maximũ pctm̃: igit est mai⁹ pctm̃ q̃ primũ. ¶ Preterea. Decima ebrietas est mortale pctm̃: q; iam est in cõsuetudine: g̃ scda ebrietas est magis q̃ prima: q; magis accedit ad decimã. g̃ scda fornicatio maior est q̃ pria

Tertio. Quarto. In oppm. Secundo.

¶ Solutio. Dicimus q; pria fornicatio ẽ maius pctm̃ q̃ scda: tñ impossibile est oẽs alias circunstãtias esse pares. Necesse est em̃ q; in scda fornicatione hõ sit magis ignorans z magis infirmus q̃ in prima. q̃ duo diminuũt pctm̃ in scda fornicatiõe. Neq; dicimus gñaliter q; quãto magis recedit a prima: tanto est minus pctm̃. alijs paribꝰ circunstãtijs q̃ nõ sunt naturaliter annexe. Hec est verũ q; pctm̃ ꝓsuetudinis. i. pctm̃ iteratũ frequẽter sit maius q̃ simplex pctm̃ opis. Dicit tñ q; sit maius pctm̃ ppter duo. scz q; pctm̃ tũc est in peiori statu ppter maiorẽ cumulũ pctõz: z qm̃ ppt maiorẽ infirmitatẽ z cecitatẽ citius cadit in pctm̃ desperatiõis z presũptiõis. ¶ Ad scdm dicimus q; hec est falsa. Decima ebrietas ẽ mortale pctm̃ si in illa ꝓponat homo amoreũ vini amori dei. qõ si militer pot dici de prima. ¶ Itẽ cõstat q; circunstãtia tpis aggrauat pctm̃. Sit igit q; mala volũtas istius duret per aliquãtũ tẽpus z similiter mala actio. cõstat q; in quolibet instãti huius tẽporis ille est deterior q̃ prius. g̃ in quolz instãti mai⁹ ẽ pctm̃ illius q̃ prius. ergo qlibet instans aggrauat pctm̃ hui⁹. sed infinita sunt instãtia. igit hoc peccatum aggrauat in infinitũ p infinitas circũstãtias. ergo in infinitũ est mai⁹ pctm̃ in fine q̃ in principio. qõ falsũ ẽ. qm̃ pctm̃ mortale nõ pot eẽ in infinitũ mai⁹ alio mortali: q; oportet q; infinita pena deberetur et q̃ sustineri nõ posset. ¶ Ad hoc dicim⁹ q; hec argumẽtatio nõ valet Infinitꝫ circũstãtijs hoc pctm̃ aggrauat: ergo in infinitũ aggrauat. qm̃ illa aggrauatio instãtꝫ nõ se habet in aliq̃ ꝓportiõe ad totale pctm̃. sicut angul⁹ cõtingẽtie nõ se hz in aliqua ꝓportiõe ad angulum rectilineum. et si anguli contingentie infiniti adderentur angulo rectilineo: nõ propter hoc in infinitum augmentaretur angul⁹ rectilineꝰ vel esset in infinitum maior.

Ad primũ. Prima fornicatio est grauior q̃ prima. Quare constuetudo ꝓ mai⁹ pctm̃, Ad scdm. Iterum ad principale Secundo. In Solutio.

SEd q; aliquod mortale sit maius in infinitũ alio mortali: pbatur per circũstantias ps one. qm̃ in infinitũ tenet homo magꝫ diligere deũ q̃ proximũ. qõ pbaf per hoc. q; nullus tenet diligere aliqd nisi quia bonũ: sed deus est in infinitũ magis bon⁹ q̃ prim⁹: igitur in infinitũ magis tenetur quilibet diligere deũ q̃ proximũ. ¶ Item caritas diligit prout precipitur diligi: ergo caritas diligit deum prout tenet quis diligere deum. sed caritas diligit deũ in infinitũ magis q̃ proximum. ergo in infinitũ tenet q̃s magꝫ diligere deũ q̃ proximũ. ¶ Solutio. Dicim⁹ q; hec ẽ falsa In

Cõtra vltimũ dictũ af

infinitũ tenet quis magꝫ diligere deũ q̃ primũ. Sm q; hec determinatio in infinitum. determinat verbũ tenẽdi. si verbũ diligendi vera. quia ꝓpte diligim⁹ rem q̃ bona est. Licet em̃ diligam⁹ et teneamur diligere rẽ q̃ bona est: q; bona z q; precipitur diligi: tñ ꝓpte diligit quia bona. z ꝓpte tenetur diligi: q; precipit diligi. Q̃m ergo eadẽ est causa ꝓpte qua tenemur deũ diligere z qua tenemur primũ diligere: ideo nõ in infinitũ tenemur magis diligere deũ q̃ proximũ. Sm q; determinatio determinat verbũ tenendi. Eodẽ modo hec ẽ dupler. Caritas diligit deum prout tenetur diligere. qm̃ si hoc aduerbiũ prout determinet hoc verbũ diligere: vera est. si hoc verbũ tenet. falsa. qm̃ inter dilectionẽ z tentionẽ diligẽdi nõ est aliqua collatio: cũ sint res diuersi generis z nõ participent in alio. ¶ Itẽ ille furatur isti vnũ nũmũ ille centũ. alijs circunstantijs paribus. queritur vter eoꝝ magis peccet: videtur q; qui furat vnũ. qm̃ minorẽ habet causaz motiuã. sicut magis peccat qui fornicatur cũ turpi muliere. ¶ Itẽ qui furat ex pauptate min⁹ peccat q̃ si nõ haberet causam motiuã: igit eadẽ rõne per ꝓtrariũ qui habet minorẽ causam motiuã plus peccat. sed qui furat vnũ nummũ minorẽ habet causam motiuã: ergo magis peccat. ¶ Cõtra. Q; terq; peccat ꝓpte in proximũ: z neuter peccat ꝓpue in proximũ nisi q; dãnificat ipm̃. ergo qui magis dãnificat magꝫ peccat. sed qui furatur cẽtũ plus dãnificat: ergo plus peccat. ¶ Q̃d cõcedim⁹ dicẽtes q; hec argumẽtatio nõ valet Qui furat vnũ habet minorẽ causam motiuã: ergo magis peccat. debet em̃ addi. ergo magis peccat q̃tũ ad hoc. ꝓtest em̃ eẽ alia circũstãtia ex alia ꝓte q̃ magꝫ aggrauat: scz circũstãtia facti q̃ dãnificat primũ magis vel minus scz nũerus illoꝝ in quibus dãnificat: q̃ quodammodo cadit in essentiã pcti dum p eũ dãnificat primũ. Itẽ notãdũ q; sicut sciẽtia z fortitudo aggrauãt pctm̃: ita ignorãtia z infirmitas diminuũt pctm̃. ¶ Sz ꝓtra. Quãto ille infirmior ẽ tãto magis ꝓnior ẽ ad peccãdũ: z quãto ꝓnior ad peccãdũ tãto intẽsi⁹ mouet ad peccandũ: z quãto intẽsi⁹ mouet ad peccandũ tãto magꝫ peccat. igit a ꝓio quãto aliq̃s infirmior z tãto magis peccat. g̃ infirmitas augmẽtat pctm̃: nõ g̃ diminuit. ¶ Solutio. Infirmitas q̃ modũ cause motiue augmentat pctm̃: ſz q̃ modũ circũstantie diminuit. z ideo vtraq; istarũ vera est. quãto aliquis infirmior ẽ tãto magis peccat quãto aliquis infirmior est min⁹ peccat. quia infirmitas vno modo augmẽtat: alio modo diminuit. sicut etiã pauptas pctm̃ luxurie augmentat z diminuit. diminuit inq̃tũ est ꝓpellens ad acquirẽdũ necessaria per luxuriã. augmẽtat aũt inq̃tũ est medicina z frenũ cohibẽs a peccato. z ita diuersis modis verũ ẽ z in diuersis casibus q; eadẽ circunstãtia augmentat z diminuit idẽ pctm̃ etiã Sm q; circunstãtia sed diuersa rõne.

Secundo. In oppm. Solutio. Ad primũ. Ptra aliũ af Solutio. Infirmitas per modum circũstãtie diminuit peccatum. De motiuis ad luxuriam.

¶ Itẽ sint hic duo qui habeãt pares caritates et oẽs circunstãtie sint pares vtrobiq; : ꝑter hoc q; alter diutius habuit caritatẽ. inde sic. Ille qui diutius habuit caritatẽ si caderet a caritate magis peccaret: ergo magꝫ tenet declinare a malo. igitur magꝫ tenet mereri declinãdo a malo. ergo magis tenet mereri. ¶ Cõtra. Pares caritates sunt in illis duob⁹ ex quibus est oẽ meritũ: ergo pariter tenent mereri. ¶ Q̃d ꝓcedimus dicẽtes q; hec argumentatio non valet Ille tenet magis mereri declinãdo a malo: ergo magis tenet mereri. Nos aũt dicimus q; hec est necessaria: ſz nõ valet. Pares sunt caritates in istis: ergo equaliter tenent mereri. Tenet em̃ homo z ex cõmisso z ex dimisso. Tenet etiã nõ tñ ex cõmisso quod est caritas: sed etiã ex quolibet bono ꝓmisso. vnde diuturnitas caritatꝫ augmẽtat tẽtionẽ nõ tñ ad declinãdũ a malo: ſz etiã ad diligendũ z ad merendum. ¶ Itẽ notandũ q; hec argumentatio nõ valet Hoc pctm̃ duplo magis aggrauat q̃ illud: g̃ mẽtatio nõ est duplũ ad illud. qõ pz. q; si ifti ternario addat vna vnitas z alijs ternario addat binari⁹ q̃ est duplo maior nũer⁹: nõ tñ excrescet duplo maior nũerus. qm̃ quinari⁹ nõ est duplus ad quaternariũ.

Hec est dupler. Hec argumẽtatio nõ valet.

¶ Secundum capitulum huius tractatus de ypocrisi et continet sex questiones.

SEquitur de ypocrisi. quoniã circũstãtia modi in opibus ypocrisim opat. ¶ Primo ergo videndũ est vtrũ gñ⁹ sit apte peccare q̃ occulte. ¶ Scdo qd sit ypocrisis: z vtrũ ypocrisis sit vnũ peccatũ per se distinctũ a pcto cupiditatis z a pcto inanis glorie. ¶ Tertio quõ vel le videri bonus sit malũ in se siue in gñe. ¶ Quarto quare dñs ita frequẽter reprehendit ypocritas potius q̃ alios peccatores ¶ Quito quõ intelligẽda sit hec auctoritas euãge. A fructibus eoꝝ cognoscetis eos. ¶ Sexto vtrũ aliq̃s pot simulare se malũ. vtio vtrũ aliq̃s pot se simulare ypocritã. ¶ Circa primũ sic ꝺr.

Prima qõ. Af q; sic p hieronimũ. Secundo. In oppm. Secundo. Glosa. Solutio. Grauis est scitate simulare q̃ aperte peccare

Hiero. sup Isaiã in fine oneris moab. q; de duobus malis melius est apte peccare q̃ scitatẽ simulare. Itẽ alia auctoritas. Simulata eqtas nõ est eqtas: sed duplex iniqtas. Cũ g̃ in eo qõ est apte peccare nõ sit nisi vnicũ peccare: z in eo qõ ẽ occulte siue simulare peccare sint duo pcta: relinqtur q; occulte peccare sit maius pctm̃ q̃ apte peccare. ¶ Cõtra. Hiero. sup Isaiã dicit q; pria tabula post naufragiũ ẽ abscõdere pctm̃ suum z nõ publicare. g̃ leuius ẽ occulte peccare q̃ apte. vñ solet dici Si nõ caste: tñ caute ¶ Preterea. Qui apte peccat: peccat in se z in primũ. qm̃ scãdalizat proximũ. Añ sup euãge. Si peccauerit in te frater tuus. ꝺr glosa. in te. i. in te sciẽte. q; q̃ coãalio peccat: peccat in eũ q; scãdalizat eũ: g̃ q̃ apte peccat: peccat in se z in primũ. sed qui occulte peccat: tñ in se peccat: g̃ grauis est apte peccare q̃ occulte. ¶ Dicim⁹ q; leuius ẽ apte peccare q̃ sanctitatẽ simulare: vt ꝺr Hiero. qm̃ in eo qõ est scitatẽ simulare sũt duo pcta scz simulatio z peccatũ: q; per simulationẽ tegitur. sed in apte peccare nõ est scõm se nisi vnicũ peccatũ. quoniã nõ quicũq; aperte peccat: aliũ corrumpit vel scandalizat. Licet em̃ q̃tum in se est aliũ scandalizet. tamen nõ semp aliũ scãdalizat. vel quia pfecti sunt illi coã quibus peccat qui nõ de facili scãdalizarent. vel q; talis psona est q; eius dicto vel facto null⁹ innitit. ¶ Cũ igit ꝺr Qui apte peccat in se

Ad rõnem.

z in proximū peccat. intelligendū est ꝯtū in se ē. Occulte aūt peccare est supius ad simulare peccare siue ad scrītatē simulare vnde dicimus q occulte peccare est leuius in gñe ꝯ aperte peccare qm̄ manifestatio pctī facit scandalū ꝯtū in se est occultatio vero nō. Jn singulari aūt fūt exceden tia z excessa. qm̄ qdā occulte peccare (sicut illd quod est in ypocrisi) graui⁹ est quodā aperto pec cato: z qdā apertū pctm̄ graui⁹ est alio occulto: scz illo quo aliquis occultat pctm̄ suū saltem pudore mundi: vel q non vult aliū corrūpere. Et in hoc casu dictū est illud a beato Hyerony. q scōa tabula post naufragiū est absc̄dere peccatū suū et illud Si non caste: tamen caute.

Exponit dictū hiero.

¶ Seōa q̄stio. vtrū ypocrisis sit speciale pctm̄.

Af q non.

CJrca scōm sic. Q; aliq̄s vult videri bonus: hoc ipm̄ m̄ se est indifferēs. vñ aliquis potest hoc velle z bene et male: igit hoc m̄ se non est pctm̄. ḡ si aliquis vult videri bon⁹ causa cupiditatis vel inanis glorie: nec erit hoc aliud pctm̄ ꝯ pctm̄ cupiditatis vel inanis gl̄ie. sed hec est ypocrisis. ergo ypocrisis nō est aliud pctm̄ ꝯ cupiditas vel inanis gloria.

In oppm̄.

¶ Cōtra. ypocrisis consistit in hoc q ea aliquis appetit videri bonus m̄ se z ꝓpter se: sed hoc appetitu nō appetit aliquis aliq̄d lucrū tpale vel inanē gloriā siue laudē popularē: ergo ypocrisis nō est pctm̄ cupiditatz vel inanis gl̄ie.

Solutio.

¶ Q; cōcedim⁹ dicētes q hoc q aliquis vult videri bonus nō est malū m̄ se: sed tū ē malū in se. Semp em̄ est malum et ex necessitate nisi alia circūstantia bona apposita faciat illd bonum. sicut interficere hoiem ē malū in se: licet nō sit malū m̄ se. Unde ptz q hoc q aliquis vult videri bon⁹ non est ita indifferens sicut ire per viā: tamē est sic indifferens q non est bonū m̄ se nec malū m̄ se: licet sit malū in se. Ex hoc ptz q ꝓria argumētatio nō valet scz q aliq̄s vult videri bonus est indifferēs· zc̄. ḡ si quis vult videri bonus causa cupiditatis vel. zc̄. et hoc ideo cōtingit q̄a licet hoc nō sit malū m̄ se: est tū malū in se absq; peccato cupiditatis vel inanis glorie. sicut velle fornicari cum vetula ꝓ pecunia nō est pctm̄ cupiditatis: c̄ꝗuis grauek tali circunstantia.

Ad primū.

Af q hoc nō sit pctm̄

¶ Item pbat q velle videri esse bon⁹ ē bonum. q; esse bon⁹ ē bonū: z videri eē bonus ē bonū: ergo z volūtas respectu illius est bona. quia si aliquid est bonū: z volūtas respectu eius est bona. Si aliquid indifferens z volūtas indifferens. ergo velle videri bonus est bonū. ergo nisi deformek ab extrinseco ē bonū. m̄ hoc nō est vicium ypocrisis.

In oppm̄.

¶ Cōtra. Si hoc velle videri bonus est bonū: ergo aliō bonum potest ordinari ad ip̄z. vt dare elemosinam. ergo totū bonū est dare elemosinā vt videat bonus.

Secundo.

¶ Itē bonū est velle videri esse bonus: ḡ et velle laudari. qō falsum est. cū hoc sit rapere ꝓ priū dei.

Tertio.

¶ Itē ille vult videri bonus esse: vel ꝓpter aliud vel nō ꝓpter aliud. si ꝓpter aliud. nō ergo simpliciter est illud bonum vel malū. si non ꝓpter aliō z vult videri esse bonus: igit ꝓpter se. sed talis volūtas libidinosa ē. ḡ primū. ergo illud in se malū est.

Ad primū.

¶ Q; ꝓcedit magister z rñdet ad primū q licet videri esse bonus sit bonū: tñ velle videri esse bonus nō est bonū. q; pctm̄ nō est tantum appetitus malarū naturarū: sed etiā malus scōm eum. appetitus bonaz. i. mala volūtas. Nō em̄ potest esse nisi triplex volūtas: naturalis vel libidinosa vel meritoria sed hec nō est naturalis vel meritoria: igitur libidinosa. Et nō est simile si obiciatur de velle comedere vel aliquo taliū. cū talis volūtas sit naturalis. Nec valet si obicit q ꝓpse nō hec argu est in intentione ei⁹ qui vult videri esse bonus. q; mētatio nō sicut caritas diligit deū ꝓpter se et sup oīa: licet valet. hoc ip̄m ꝓpter se z sup oīa nō cadat in intentione ita z hec volūtas siue in intentiōe taliam mala ē cum sistat in creatura nō ꝓpter necessitatem et non sit naturalis.

Opinio magistri.

Tripler volitio.

¶ Item videk q ypocrisis sit plura pctā. Af ad primū dicit Greg. sup danielē. sup locū illuz cipale pgre Et egressa est alia belua silis pardo: habens alas q̄ttuor. Greg. pardus: ypocrita. Ale q̄ttuor: simulatio/dissimulatio/iactantia/excusatio. ergo videk q ypocrisis sit hec quatuor vicia.

Af ad primū.

Quid quatuor vicia.

¶ Preterea. cū ypocrita simplicit velit videri bonus esse nulla determinata bonitate imo qualiber. sed hec in ipso sit priuatio simulate bonitatis: in ipō est priuatio cuiuslibet bonitatz. sed nō priuak bonitas nisi oppositovicio. ergo in ypocrita m̄ q hmōi fūt plura vicia. igit ypocrisis ē plura pctā.

Secundo.

¶ Añsio. Hec q̄ttuor simulatio dissimulatio. zc̄. cōsequuntur ypocrisim z nō fūt ypocrisis ē de essentia eius. vñ bene dicūtur ale: q; his ꝓtegit se z talibus se leuat ad alta z volat. Sik cupiditas z inanis gl̄ia nō fūt de essentia ei⁹: sed plerūq; circūstāt. Sik licet simulet diuersas bonitates loco z tpe: tñ vnica ē libidinosa ītētio gñalis

Solutio.

Vnum pctm̄

¶ Questio incidens.

¶ Item querik vtrū dissimulare peccatum: sit peccatū. Q; videk. q̄a ypocrita simulans scitatē: dissimulat pctm̄. ergo dissimulare est malum.

Af q sic.

Solutio.

¶ Añsio. Dissimulare peccatū est bonū: q̄a ꝓpter pudorē vel aliquid taliū. z est volūtas naturalis z multū differens ab altera.

Alia q̄stio.

¶ Item q̄rik quare ypocrita cū peccet ꝓtra bonū: z magis sit peccare cōtra bonū ꝯverum. quare nō deponik. cū his deponak qui peccat contra verū. i. fidem.

¶ Responsio. Potest esse reatus equalis: sed ꝑ bari ōes cōtra ypocritā difficile est habere.

Solutio.

¶ Tertia q̄stio. vtrū velle videri bon⁹ sit malū.

Af q non.

CJrca tertiū capitulū sic obicik z probatur q hec velle videri bon⁹ nō est malū in se. q̄m̄ apostolus dicit ꝑ lacere oībus z per oīa. igitur si hoc est ꝓceptū vel cōsiliū sc̄z q velimus placere oībus non est malum in se.

Secundo.

¶ Item hoc est bonū alia circūstantia addita: alia addita circūstātia est malū. igitur hoc nec simpliciter est bonū nec simpliciter est malū igitur hoc nec est in se malū. nec in se est bonum:

Tertio.

¶ Item in hoc quod dicik aliquid velle videri bonum nō intelligitur alia deformitas. igit hoc nō est in se malū.

Quarto.

¶ Preterea. Jre per viā nō est malum in se. ideo sc̄z q̄m̄ nō importat aliquā deformitatē: z pōt esse bonū aliqua addita circūstātia. ḡ

Jn oppm̄.

Scōa cā.

Tertia cā.

Quarta.

Af ꝓ tra illā.

cipiūt q ypocrisim. vñ caput malorū sc̄z antichr̄s maxime q ypocrisim decipiet. Scōa causa est q ypocrita ic̄tū ralis vsurpat sibi gl̄iaz soli deo debitā. Dicit em̄ dñs in Jsaia. Gloriā meā alteri nō dabo. Q; ypocrisis est apostasia. ꝓpter qō dicik Si osculabor sū manū meā. qō ē iniquitas maxima z negatio cōtra deū altissimū. ¶ Tertia causa est q; illi quibus loquebak dñs erant ypocrite.

¶ Quarta causa est q; ypocrita bonū minus debito appreciat. q̄m̄ bonū opus quo potest habere vitam eternam vendit ꝓ inani gloria.

¶ Quinta q̄stio. quō intelligik illa auctoritas.

CJc obicik. Dñs dt in euāge. de ypocritis. A fructib⁹ eoz cognoscetz eos. Cognoscunk ḡ ypocrite a fructib⁹. i. ab opibus. ergo vel ab opib⁹ occultis. aut manifestis. A manifestis nō. q̄m̄ manifesta eoz opa nō fūt nisi bona: z bona nō possūt ipsi cognosci esse ypocrite: ergo nō a manifestz. Nec ab occultis. q̄m̄ per occultū nichil pōt cognosci. et ita videtur esse falsum q̄ dicit dñs A fructibus eoz cognoscetis eos.

Solutio.

¶ Solutio. Q; dicit dñs intelligitur de occultis que tñ manifesta possunt esse aliquib⁹. scz familiaribus ypocritarū: qui de facili possūt cognoscere occulta mala q̄ ipsi faciunt. hec em̄ fūt ꝓprie fructus eoz a quib⁹ possūt cognosci. Nō em̄ a pelle ouina qua se tegūt cognosci possūt. Jn alio etiā casu vez est q̄ dicit dñs. q̄m̄ q̄ꝫ pmouentur ypocrite ad honores ad quos ipsi tendebant priusquam: eis adeptis desinunt facere opera bona z faciunt aperte mala quibus cognoscitur q ꝓius erant ypocrite.

Quō ypocrite noscūtur ab operibus eorū.

Af ꝓificak

¶ Sexta questio huius capituli.

CJ Uerik vtrū aliquis potest simulare se eē malū. ¶ Q; ꝓbatur. q; aliquis pōt simulare se esse bonū: ḡ a simili ꝓ contrariū pōt simulare se esse malū.

Af q sic.

Secundo.

¶ Item ꝓbatur. simulauit se idolatraam. quoniam simulauit se velle adorare idola: vt posset congregare oēs sacerdotes baal z eos interficere. Simulauit igitur se esse idolatrā: igit simulauit se eē malū.

pbat añs.

Af aūt si mulauit se esse idolatrā ꝓbak. quoniā si aliquis vult esse fornicator ē fornicator. igitur si aliquis vult esse idolatra est idolatra. ḡ si aliq̄s simulat se velle esse idolatrā simulat se esse idolatrā Sz ꝑ simulauit simulauit velle esse idolatrā: igit simulauit esse idolatrā: igit simulauit se esse malū.

Tertio.

¶ Itē ꝑ eu si mulauit se esse idolatrā. ḡ per locū a diffinitiōe si mulauit se esse talē pctō. igit malū. et ita aliq̄s pōt se simulare eē malū.

Quarto.

¶ Itē pbak alio modo. Sit q aliquis iudex cōdēnet iniuste aliquē ita q omnes circūstātes sciant hoc et scandalizenk de hoc nisi ille qui cōdēnatur fingeret cōmisisse illd quod ei imponik. ille igitur fingit se esse malū cuz nō sit: q̄m̄ non est malū q ipse vult videri malus. q; vult videri malus bona intentiōe sc̄z ne ille scādalizentur. z ita q̄ vult videri malus cū nō sit simulat se esse malū. igitur.

Jn oppm̄.

¶ Contra: Aliquis simulat se esse malū: igitur vel per bonū opus vk q malū opus. per bonū non. q̄m̄ bonū nō est signū mali. et ita per malū opus q̄ facit. z ita est mal⁹ igitur nō simulat se esse malū.

Solutio.

¶ Dicim⁹ q null⁹

Jn oppm̄.

Scōo per glosam.

eadem rōne: hoc q aliquis vult videri bonus non est malū in se. ¶ Cōtra. Apl⁹ dicit. Si hoibus placerē. seruus christi nō essem. igit velle placere hoib⁹ est malū in se. ¶ Itē sup illū locū hiere. Maledictus qui facit opus dñi fraudulenter. dicit glosa Fraudulēter facit op⁹ dñi qui querit munus a corde: vel a lingua: vel a manu. Sed q̄ vult hoc in se vt videak bon⁹ q̄rit munus a corde. igit est maledict⁹. igit hoc q aliquis vult hoc in se q videak bonus facit hoiem maledictū. ergo malū in se.

Malū scōz se quid est.

Malū in se

Solutio.

¶ Quod concedimus. q̄m̄ cū aliquis appetit videri bonus in se: z hoc appetit nō ꝓpter aliud: tūc appetit delectari in alterius opinione. et ideo talis appetitus est libido. i. volūtas qua aliquis appetit delectari in re tpali. z ideo talis appetitus est malus in se z facit hoiez incurrere maledictionē hieremie q̄rēdo mun⁹ a corde.

Appetere videri bon⁹ ꝓpter se ꝑ est peccatū

Ad primū.

¶ Q; igitur dicit apostolus placere. zc̄. intelligēdū ē cū determinatione quā dñs apponit in euāgelio dicens discipulis suis Sic luceant opera vestra coram hoib⁹ vt glorificēt patrē vestrū qui in celis est. Loquik enim apl⁹ q̄buscā christianis cōmorantib⁹ inter infideles z hoies praue nātiōis monens eos vt bono exēplo suo ꝓuocent eos ad bonum.

Ad scōm.

¶ Ad scōm dicimus q hoc scz q aliq̄s vult videri bonus: est bonū aliqua circūstantia addita: z malū alia addita circūstantia. Sed nō inde sequik. igitur nec ē in se bonū nec ē in se malū. deberet em̄ potius cōcludi. igit nec est m̄ se bonū: nec est m̄ se malū. sicut interficere hoiem est bonum alia circūstantia addita: z malū alia circunstantia addita. z tñ in se malum est: licet nō m̄ se malū sit. De hac aūt ꝓpositione hoc nec est simpliciter bonū nec simpliciter malū. iudicādū est m̄ q vis constituik in hoc aduerbio simpliciter. q̄m̄ aliquid pōt dici simpliciter bonū vk malū q̄m̄ est in se bonū vel malū: vel quia est m̄ se bonū vk malū. et ideo distinguenda est ꝓpositio illa in qua ponitur hoc aduerbiū simpliciter.

Malū in se

Ad tertiū.

¶ Dicim⁹ autem malū m̄ se q̄ nullomodo potest esse vel fieri bonū sicut dicit Aug. vt fornicari adulterari. Jn se aūt dicimus malū illud q̄ semp est malū ꝯtū in se est: licet possit fieri bonū alia circūstātia exterius aduenīendo: vt interficere hoiem.

Falsa ꝓpositio. Adultimū.

¶ Per hoc ꝑz solutio ad tertio obiectū. q̄m̄ hec argumētatio nō valet Jn hoc q̄ dico velle videri bonū. nō intelligik aliqua deformitas. igit hoc nō est in se malū. deberet em̄ ꝓcludi. ergo nō est m̄ se malum. et est ibi fallatia ꝓnūtis: q̄m̄ fit ꝓcessus ab inferiori ad supius negādo.

Af q non debuit.

¶ Ad vltimū soluēdū est per interēptionē prime propositiōis q̄m̄ hec ē falsa Jre per viā nō est malū in se. ideo sc̄z q; non importat aliquā deformitatē z pōt esse bonū aliqua circūstātia addita. q̄m̄ hec nō ē causa sufficiens ad hoc q aliq̄d sit malū in se: sz illa q̄ ꝓdicta ē

Quarta questio huius capituli.

¶ Quarta quaestio huius capituli.

CQuerik quare dñs frequētius reprehendit ypocritas ꝯ alios pctōres. pōt em̄ aliq̄ ypocrisis esse venialepctm̄ sicut aliqua inanis gl̄ia: z pōt esse minimū mortale.

Solutio. Pria causa

¶ Solutio. Sup hoc possūt dici plures rōnes. Prima est q hereticī z alij mali hoies faciliꝰ de-

Ad primū. potest simulare se esse malu;. Ad primū dicimus q; argumētatio facta a simili per cōtrariū nō valet. ⁊ hoc ideo q; bonū pōt fieri male. ſ; malū: vt fornicatio adulteriū nō pōt fieri bene. malū etiā quod est malū in se si bene fiat per illud non simulat aliquis se esse malū. ¶ Ad scd; dicim⁹ q; hec argumētatio nō valet. yeu simulauit se velle adorare idola: igit simulauit se esse ydolatram. qm̄ licet adorare ydola ⁊ velle adorare ydola sint ꝓuertibilia ꝯtū in se est naturaliter. qm̄ bene sequitur Si aliquis vult adorare ydola est ydolatra ⁊ ecō uerso. tamē nō sūt ꝓuertibilia cū quocūq; adiuncto. vt ptz in hoc verbo vult: qm̄ nō sequit. Iste vult sinistruz oculum esse simile dextro: igit vult dextrū esse simile sinistro. licet illa duo sūt ꝓuertibilia naturaliter. Eodē modo cū hoc verbo simulat nō sequit vnū ꝓuertibiliū ad reliquū. Hec em̄ ē falsa. yeu simulauit se esse ydolatrā. qm̄ hec dictio ydolatra importat deformitatē sicut hoc nomen fornicator. qm̄ idē est ydolatra q; pcō talis

Nō de yeu. Ipse aūt yeu nō intēdebat facere aliqd per qd videretur illis sacerdotib⁹ esse pcō talis. Illi em̄ nō credebāt q; adorare baal esset pctm̄. sicut aliquis vt alios deprehendat hereticos simulat se credere idē cū eis. tm̄ nō simulat se esse hereticū. qm̄ hoc nomē hereticū importat deformitatem.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiū dicim⁹ q; qui fingit se ꝓmisisse aliqd malū ne multi scādalizētur de ꝓximo iudicio iudicis a quo dāpnat peccat: qm̄ eo ipso scādalizat eos q; facit q; illi suspicent et male iudicēt de ipso scz vt innocentē iudicēt esse malū: vel fuisse malum.

ꝓtra hoc aī qd quidē pctm̄ est. ¶ Sed scd; hoc videt q; yeu peccauit. qm̄ fecit q; sacerdotes male suspicarentur de ipso. ſ. q; vellet adorare ydola.

Solutio. ¶ Sed dicimus q; nō est simile. qm̄ qd illi suspicabātur ipsuz velle adorare ydola. hoc nō est in se malū. Sz iudicare q; aliqs sit malus: hoc est in se malū. sicut patebit qn̄ agem⁹ de iudicijs. Opinari siue suspicari de aliquo q; sit malus nō est gn̄aliter malum qm̄ hoc possum⁹ facere sine pctō qn̄ habem⁹ rōnes ꝓbabiles ad hoc. Sed iudicare ⁊ asserere q; aliqs sit malus. hoc gn̄aliter malū. ⁊ ad hoc ꝓuocare aliquem est scandalizare ipm̄ quod non fecit yeu. vt patet ex predictis.

¶ Septima questio huius capituli.

Aſ q; sic. SEptimo querit vtrū aliqs pōt simulare se esse ypocritā. ¶ Qd̄ videt. qa aliqs habitās inter ypocritas simulat se esse simile eis: ergo simulat se esse ypocritā.

Secundo. ¶ Preterea. ꝓtendit se esse ypocritā ⁊ vult videri se esse ypocritā cū nō sit: ergo simulat se eē ypocritā. Cōtra. Aut ille est bon⁹ aut malus. Si bonus: igit nō facit nisi bona opera. qm̄ arbor bona nō pōt fructus malos facere. igitur per ea q; facit nō apparet nisi bon⁹. igitur per ea q; facit nō pretendit se esse ypocritā. igit nō simulat se esse ypocritā. Si malus ⁊ simulat se esse ypocritā igit per opera bona vel per mala. si per bona. Sed ꝓ bona nō videt nisi bon⁹: ergo per illa opa bona apparet esse bon⁹ cū nō sit: qz est malus. igitur p illa nō appareat esse ypocrita: g̊ per illa nō simulat se esse ypocritā. si p mala. Cōtra. Per mala opera non pretēdit aliqs se esse nisi malū: ergo p illa non pretendit aliqs se esse bonū cum nō sit igit p illa nō q̄rit videri ypocrita. igit p illa nō simulat se esse ypocritā. ⁊ ita videt q; nullus possit simulare se eē ypocritā. Cōtra Aliqs pōt ꝓtēdere signa qbus iudicet ypocrita siue papa lardus ab hoib⁹ habendo longas vestes ⁊ sordidas: vultū humilē ⁊ demissū in terra ⁊ hmōi quib⁹ signis iudicat ab hoibus ypocrita. ⁊ cōstat q; aliquis pōt pretēdere illa signa: igit aliqs pōt pretendere signa qb⁹ iudicetur ab hoibus ypocrita. ita tamē q; non sit ypocrita in ꝟitate. qm̄ pretēdere illa signa nō est malū. igit aliquis manēs bonus pōt pretendere illa signa: ergo aliqs pōt pretēdere signa ypocrite cū nō sit ypocrita: igit aliquis pōt simulare se esse ypocritā. ¶ Cōtra. Nullus pōt simulare se esse malū. vt ꝓius ꝓbatum est: igit nullus pōt simule se esse bonū in apto ⁊ malū in occulto: ⁊ hoc est esse ypocritaz: igit nullus pōt simulare se esse ypocritā. ¶ Qd̄ concedim⁹. qm̄ si aliquis vult videri bonus in aperto ⁊ malus in occulto iā est malus: ⁊ ita tam ypocrita. Et ita si aliquis vult videri ypocrita est ypocrita ⁊ ita nullus pōt simulare se esse ypocritā. pōt tamē pretēdere se esse ypocritaz. ¶ Ad primū dicim⁹ q; aliqs inter ypocritas pōt pretendere se esse simile eis scz q; sit ypocrita sed nō pōt simulare hoc qm̄ si simularet tam illud esset scd̄m q; esse simile eis ē esse ypocritā. Si aūt hoc esse simile eis nō intelligit idē esse cū hoc esse ypocritam nichil impedit quin ipse pōt simulare se esse simile eis. tale quid pōt eis me esse quod nō pōt simulare. ¶ Ad scd̄m soluendū q; interēptionem huius. Aliquis vult videri ypocrita cū non sit qm̄ ipsa est falsa. vt patet ex predictis. ¶ Ad vltimū dicim⁹ q; hec est falsa. Pretēdere signa ypocrite nō ē malū: imo hoc est malū. qz hoc ē scādalizare. Habere aūt in se ꝓdicta signa ypocrite nō est malū. Sed ꝓtendere illa vt videat ypocrita vt velle videri ypocrita p illa illud gn̄aliter ē malū.

¶ Octaua questio huius capituli.

Ultimo querit vtrū aliquis potest appetere sine pctō q; videatur bonus vt dentur ei tēporalia ad sustentatiōnē tantū.

Aſ q; sic. ¶ Probat q; pōt. qm̄ non peccat in hoc q; vult videri bonus. qm̄ non appetit hoc scd̄m se nec peccat in hoc q; vult habere tēporalia ad sustentatiōnē tantū: igitur nec peccat in toto scz in hoc q; vult videri bonus vt habeat tēporalia.

Secundo. ¶ Item ista volūtas non est libido quoniā ea nō tendit ad delectandū in creatura igitur cum libido sit principiū omnis pcti. vt dicit Augu. in libro de libero arbi. in isto nō est prima origo pcti: ergo nullum peccatū est in isto: igitur nō peccat in hoc q; vult videri bonus vt dentur ei tēporalia. ¶ Contra. Si aliquis vult laudari ab hoib⁹ ꝓpter tēporalia peccat. quoniā querit mun⁹ a lingua: igitur a simili. si aliquis vult videri bonus vt dentur ei tpalia peccat. qm̄ querit mun⁹ a corde ⁊ a manu. ¶ Itē cū occidere hoiem sit malum in se. occidere hoiem ꝓpt tpalia semper est malū: igit a simili. cū velle videri bonus sit malū in se sequitur q; velle videri bonus ꝓpt tpalia sē

Iterum ad principale

Iterum ad post oppm̄.

Solutio.

Ad primuz

Ad scd̄m.

Ad vltimū.

Aſ q; sic.

Secundo.

Augustin⁹

In oppm̄.

Secundo.

Tertio. per sit malū. ¶ Preterea. ille q; vult si videri bonus aut vult videri bon⁹ in se aut in deo. nō i deo. qm̄ nullum respectū hz in deo: igitur vult videri bon⁹ in se tm̄. ⁊ ita vsurpat sibi gl̄iam dei: igitur peccat

Solutio. ¶ Qd̄ ꝺcedim⁹.

Ad primū. ¶ Ad primū dicim⁹ q; hec est falsa Ille non peccat in hoc q; vult videri bon⁹: immo peccat qm̄ querit mun⁹ a corde. qm̄ vult vt laudet a corde hoim. ⁊ per hoc vult acq̄rere bona tpalia et quia vsurpat sibi qd̄ dei est peccat. Et ideo voluntas ei⁹ est volūtas iproba. qm̄ sicut Augu. dt peccare est spreto incōmutabili bono reb⁹ ꝓmutabilib⁹ adherere. Hac aūt volūtate abheret iste commutabili bono spreto icōmutabili bono. qm̄ vsurpat sibi bonitatē que est soli⁹ boni incōmutabilis. Et ideo volūtas illa est voluntas improba: et pctm̄ est forte libido si ea tenditvt in eo delectetur q; videt bon⁹. Si aūt nō tendit ad hoc nō est libido: qm̄ non ois volūtas iproba est libido vt illa qua cōtēpnit deū vel odit deū. ⁊ multe alie hmōi

Augustin⁹

¶ Tertium capitulum de falsis iudicijs.

Tripler iudiciū temeritatis suspitionis ⁊ cer titudinis.

IDcto de ypocrisi q; multotiēs solet fallere iudicia hoim. dicēdū est de prauis iudicijs. De q̄bus dr in euāgelio. Noli te iudicare et non iudicabimini. Ibi dr Glosa. q; est iudiciū suspitiōis ⁊ iudiciū temeritatis et iudiciū certitudinis Judiciū temeritatis est de malo ipm̄ credere eē obstinatū vel incorrigibilem: ⁊ illud asserere. Judiciū suspitiōis stricte est de bono credere ipm̄ eē malū ⁊ illud asserere. Judiciū certitudinis est iudicare de manifestis ⁊ certis. ¶ Queritur g̊ primo vtrū taliter suspicari sit pctm̄. ꝓbat q; sic. Dicit glo. sup illū locū ꝑs. Amputa ob.m. q̄d. suspi. sū. Maximū vicium hūanitatis est suspicio: qz alit vicia putat q̄s sit veritas. vt de malis bona vel de bonis mala dicam⁹. ¶ Itē sup ꝑs. De necessitatib⁹ meis erue me. dr glosa. Multe sunt necessitates vt suspicari de ifideli bonuz: ⁊ malū de fideli: ⁊ ita pctm̄ est. qm̄ petit remoueri a se talē necessitatē. i. suspicari malū de fideli. ¶ Itē sup illū locū apli. Tēptatio vos non apprehēdat nisi hūana. distinguit glo. q; est diaboli ca ꝓsumptio iudere maiori et sīlia hūana excedere in corrigēdo vel aliter sapere q̄s res se habeat et est ag̃elica certitudo i nullo aliter sapere q̄s res se habeat. ⁊ ita hūanā tēptationē distinguit vt si aliquis corripit alīū et excedit in corrigēdo: que esset in bonis est dicit etiā q; tēptatio hūana est de aliquo aliter sapere q̄s res se habeat: ⁊ ita talis suspicio ē pctm̄. ¶ Itē sup illō. Nolite iudicare et nō iudi. distinguit glosa inter trabē ⁊ festucā: ⁊ festucā: ⁊ dr trabē iudiciū temeritatis. qm̄ trabs exceca oculū: festuca turbat. ⁊ dr festuca iudiciū suspitiōis: et ita iudiciū suspitiōis turbat oculuz: ergo ē pctm̄. Hoc idē dr super illū locū isaye. Ve qui dicūt bonū malum. ⁊c. Itē suspicari de bono malum tale q̄d est q; nisi resistat ei efficitur pctm̄ mortale: igitur ad min⁹ est pctm̄ veniale. ¶ Preterea. Cū soli⁹ dei sit iudicare de occultis hō hoc faciēdo vsurpat sibi qd̄ soli⁹ dei est: igitur peccat.

Quarto p aliā glosam

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Octauo.

¶ Item hō tenet semp suspicari de alio in meli⁹ igitur si suspicetur de eo malū peccat. Si ꝓcedit

In oppm̄ p gregoriū

Cōtra. Grego. dicit. Si ꝓdicas aliq̄bus sepe ⁊ vides q; nō recipiūt predicationē tuā. si imperfect⁹ es potes ab eis recedere. Sz nō recedet nisi qz suspicet eos incorrigibiles: igit licite pōt aliqs suspicari de aliq̄bus q; sint incorrigibiles. Hilbertus.

qd suspitio ꝟ gilbertū

¶ Suspitio est opinio in alterutrū titubans magis tm̄ in alterū vergens. Qd̄ nō inter affirmationem ⁊ negationē titubat nō est suspicio: sed iudicium. quia tm̄ in alterā partē vergit. Itē si non magis in alterū vergat nō est suspicio: ſ; pura dubitatio Ad hoc q; opinio sit suspicio duo ocurrūt. s. vt ⁊ opinio titubet in alterutrū: ⁊ nō q; firmas cōiecturas magis vergat in alteruz. Judiciū vero est post cōtrouersiā deliberationis sententia firma ⁊ certa. Sed iudiciū ⁊ suspicio in duobus tm̄ versātur. s. in persona ⁊ re. Persona est q̄libet hō. Res persone cogitata ⁊ dicta ⁊ facta ipsius hominis. In persona aūt quadrupliciter versantur cuz scz suspicamur vel iudicam⁹ bonū hoiem bonuz: vel malū malū: vel bonū malū: vel malū bonum. In duob⁹ vltimis carpimur vel iudicādo bonū malū vel malū bonū. In aliis duobus fallimur. Sz circa talia iudicia est error perniciosus suspicio humana temptatio. ⁊ prouenit ex cōiectura exteriori et infirmitate interiori. et ideo dicitur humana temptatio. Sed hic bonū vel malū non dicimus nisi eos qui fide christi et sacramētis participant Item in re persone dupliciter attēdunt suspicio ⁊ iudiciū. s. aut in noie rei aut in re nois In re nois versatur iudiciū et suspicio quadruplicit. In iudicio em̄ ⁊ suspitione persone tm̄ fallimur cū maluz malum vel bonū bonū putamus. Et in iudicio tm̄ est tunc error perniciosus. In suspitione vero et iudicio ret tūc fallimur cū bonū putam⁹ malū vel malū bonū: ⁊ vtriusq; tā in iudicio q̄s in suspitione est error perniciosus. Bonū hic dr q̄d censet noie boni siue sit bonū siue nō bonū. Dicim⁹ q; tale iudiciū siue suspicio semp est pctm̄: admin⁹ veniale

Ad primū. Cū qn̄ surgit debem⁹ illud reprimere ꝓtū possumus. ¶ Ad aūt dr Greg. Intelligendū est q; aliquis debet recedere ab eis q̄bus frequēter predicauit nec ꝓfecit non ideo q; iudicet vel asserat in corde suo eos eē incorrigibiles Sz q̄a experimento putat se nihil ꝓfectuz. Judiciū ei suspitiōis vel temeritatis: ideo pctm̄ est. qm̄ per illud hō asserit q̄d nescit. vñ sibi vsurpat q̄d soli⁹ dei est Propter hoc dr in euāgelio Qui dixerit fri suo racha reus erit ꝓ filio. Licitū aūt est nobis ꝓ uolētas ꝓ rectas opinari de ꝓximo ipm̄ eē malū. licet ad hoc non de facili flecti debeamus. Judicare aūt siue asserere semper est pctm̄: ⁊ ita suspitio siue opinio erit temperatio que nō erit pctm̄. Judiciū aūt suspitionis semper est pctm̄.

Quid bonū hic. Solutio. Ad primū. Quō possumus iudicare aliquē eē malum.

¶ Iterum contra dicta arguitur.

In oppm̄. ITem dubia in melioꝛē partē sunt interpretanda igitur de ꝓximo poti⁹ debet suspicari bonū q̄s malū g̊ eadez rōne debes potius suspicari bonū q̄s malum.

¶ Contra. Greg. dicit. Bonarū mentiū est. ⁊c. Et in ecclesiastico. Justus in principio sermonis accusator est sui. Quilibet etiā sctūs de se dicit. Ego reus ⁊ indignus confiteor deo.

Solutio. Dicim⁹ q; prima argumētatio nō valz. Pot⁹ em̄

Ad primū.

de alio debet suspicari bonū z bonū loqui ꝯ de se qm̄ laudare,aliū est signū naturalis bonitat;. Et esse prompt̄ ad aliū laudādū signū est caritatis
laudare se z laudare etiā aliū est effectiuū pacis z cōsentiēs
laudare alium. largitati spūssancti. Sed laudare se est signū arrogantie et effectiuū discordie. ¶Q; ḡ iustus dicit se reū z q; accusator sui ē hoc ē ideo q; cognoscit se habere fomitē. et qm̄ semp debet timere et
Ad aliud. De facie cherub. credere q; habeat aliq̄ pctm̄ admin9 venniale Ad hoc significandū cherub in tpe ezechielis habebat faciē hois et faciē leonis debet eñ esse hō. i. mā suet9 alijs leo sibi Itē ponatur q; aliq̄s ꝓficeat alicui aliq̄ maximū pctm̄ q̄ fecit. cōstat q̄ illō pctm̄ nō est maximū sacerdoti. qm̄ manifestū est
Iterum af. ꝓprie q̄ subiacet visui: ḡ est incertū sacerdoti. Sed incerta debēt in meliorē partē interpretari: ergo potī9 debet credere q; non fecerit illud pctm̄ ꝯ q; fecerit illō pctm̄: ergo non debet ei inīugere
Solutio. pnām p illo pctō. q̄ falsum est. ¶Solutio. Re vera sacerdos nō est9 scp̄ q̄q; cert9 de pctō illo qm̄ non vidit pctm̄ illō. tñ credere debet q; pctm̄ illō fecerit. Credendū enī est illi q; pctm̄ suū ꝓfiteat ad correctionē Hec est ei tale dubiū q̄ debeat interpretari in meliorē partē. Dubiū eñ tale est q; habet equales rationes ad hoc q; sit z q; non sit.

¶Secunda questio huius capituli.

Af q; sic. ITem querit vtrū aliq̄s potest de aliquo asserendo dicere: iste est malus. ita q; dicat hoc sine pctō. ¶Probat q; sic. qm̄ tot z tātas ꝓiecturas hz iste ad asserēda q; sit malus: quot z q̄tas hz ad asserēdū q; sit bonus. Sed sine pctō pōt asserere de aliquo q; sit bonus: igit sine pctō pōt asserere de aliquo q; sit ma-
Secundo. lus. ¶Itē scti hoies sepe dicunt de malis hoib9 q; sunt mali z q; sunt dyabolo pleni et hmōi. sicut xp̄s de iudeis dixit. Vos ex pre dyabolo estis. ḡ
Tertio. aliq̄s alius pōt sibi dicere sine pctō. ¶Itē aplus dixit q; iret ad hyspanos z dixit falsū. Sz qm̄ non dixit cōtra conscientiā suā: q; credebat illud ideo non peccauit dicendo illud: igit eadem ratione. si aliquis dixit de aliquo q; sit mal9: si non dicit hoc contra ꝓscientiā suā cū credat illō nō peccat. Et
In oppm̄. ita aliq̄s de aliquo sine pctō asserendo pōt dicere ille est malus. ¶Contra. Ipe nescit vtrum spūs sanctus visitauerit eū in hoc instanti. igit non debet asserere q; sit mal9 in hoc instanti. z si asserit facit contra bonitatē spūs sancti: ḡ peccat. q̄ ꝓbatur per hoc q̄ dr in euāgelio. Qui dixerit frī suo
Solutio. fatue reus erit gehenne ignis. ¶Dicimus q; nullus sine pctō pōt dicere de alio determiate ille ē
Ad primū. malus. Necvalet hec argumentatio. Tot z tātas Nūq̄ de ali cōiecturas. zc. q; licet habeat tot z tātas ꝓiecturas quo asseren ras ad asserendū de alio q; sit malus. quot z q̄tas dū ē de aliq̄ zc. tñ non habet tot rōnes ad hoc vt ad illud. qm̄ q; sit malus ꝓpt aplificationē spūs scti et ꝓseruationē pacꝭ
port9 dz asserere q̄s de aliq̄ q; sit bon9 ꝯ q; sit mal9
Ad scōm. ¶Ad scōm dicimus q; sancti dicunt qnq; ex fernore caritatis de aliq̄b9 q; sint mali ad cautelā vt ad correctionē: nō determinate: sz ꝓfuse sumētes verbū pn̄tis tpis vel ex reuelatiōe spūssancti. De xp̄o aūt non est simile. qm̄ oīa sp sunt et fuerūt nuda et apta oculis ei9. et ideo de occultis pōt asserere scōm ꝓitatē. sed nō est sic i nobis. ¶Ad ter- Ad tertium
tiū dicim9 q; apls dicēs illud falsum nō est mēt9 nec peccauit dicendo falsū. Sz q; non peccauerit dicendo falsū non est hoc causa sufficies: q; nō est locutus ꝓtra ꝓscientiā. Sz hec duo sunt sufficies causa. s. q; non est locut9 ꝓtra conscīam. z q; dicēdo illud falsū non derogauit spūi sancto imo volebat eius largitatē ăpliare Sed q̄ asserit de aliquo q; sit malus. Iz nō dicat hoc ꝓtra conscīam suā tñ dicendo hoc derogat largitati spīritussācti sicut dicit Glosa sup illud. Qui dixerit fratri suo fatue Glosa.
reus erit gehenne ignis. qm̄ qui vocat fratrem suum fatuū derogat spiritui sancto salienti.

ITem q̄q; cōtingit q; aliq̄s a iudice iudicatur eē fur et ꝑcipit suspendi. Videt q; iudex male facit. qm̄ furtū sic describit. q̄d furtum est furtū est ꝓtractatio rei aliene inuito dño Cōtra diffinitionē
Hec discriptio nō ē sufficiens. qm̄ aliq̄s pōt ꝓtractare rē alienā inuitto dño sine pctō. vt si hoc facit causa iudi. Vñ debet addi huic discriptioni. Furtū est contractatio rei aliene inuito dño fraudulenda et lucri faciēdi causa. Sed illō est penes intentionē quā non videt iudex: ḡ male iudicat eē furtum. ¶Preterea nescit vtrū inspiratū sit ei a Secundo.
deo q; accipiat rē alienaz sicut ꝓcepit iudeis q; surriperēt vasa egyptioꝝ. ¶Preterea. iudex ne Tertio.
scit vtrū iste fuerit in extrema necessitate in q̄ oīa sunt cōia: igit male iudicat eē furtū. ¶Preterea Quarto.
forte incurrit maledictionē Ysaye. Ue q̄ dicūt bonum malū. zc. ¶Contra. Judicat scōm leges: ḡ In oppm̄.
bene iudicat. ¶Dicim9 q; si iudex ꝓ posse suo iu- Solutio.
dicat scōm leges pōt punire aliquē tāq̄ furē licz in veritate non sit fur quo ad reatū ad ꝓseruationem pacis. aliter non posset ꝓseruari pax inter homines. Nō enī potest hō iudicare de occultis. vn de non semp potest iudicare secūdū veritatem cū non videat intentionē ex qua fiunt opera exteriora Sed sufficit si per violentias presumptiones iudicet sicut docet lex hūana. ¶Per hoc ptz solutio ad tria ꝓia
ad tria ꝓia obiecta. ¶Ad quartū dicimus q; illa Ad quartū
auctoritas Ysaye intelligitur de adulatoribꝰ z detractoribus. z ideo non habet locū in iudice q̄ iudicat scōm legē et ꝓsciam. Talis aūt iudex nō debet iudicare istū eē furē vt determiate sumat verbum ꝓsentis tpis. qm̄ hoc esset ꝓtra predicta. Sz debet iudicare q; ille furatus fuerit tale aliquid.

¶Itē oīs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio qui dixerit fratri suo racha reus erit ꝓsilio qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. Se- Expō illi9
cundū gradus penarum intelligunt gradus pctō auctoritat;
rum. qm̄ minor pena est esse reū iudicio ꝯ eē reus consilio qm̄ qui re9 est iudicio. i. dign9 accusatione et dānatione adhuc restat ei locus defensiōis Qui aūt reus est ꝓsilio non habet locū defensionis. qm̄ sapientes iā pcuerūt ad determinādum penā huius quē constat esse punēdū. Itē maius est esse reū gehenne ignis ꝯ esse reū consilio. qm̄ maior pena non potest intelligi ꝯ gehēne ignis. Eodē modo grad9 est in pctis. qm̄ minus peccat ille q̄ irascitur ꝯ qui dicit ei racha. et min9 qui dicat ei racha ꝯ qui dicit fatue. ¶Contra. Racha ꝓtra' quā af
sicut dicit ibi Glo. interp̄tat sine cerebro. Sz ma per glosam

ior ꝓtumelia est dicere fratri suo q; ipse ē sine cerebro vel excerebratus vel furiosus ꝯ dicere fatue.
Solutio. ¶Solutio. Sicut dicit ibi glo. Racha est iterjectio indignantis significās vituperationē gñaliter non descendendo ad aliquā specialez. z ideo minor cōtumelia est ꝯ dicere fratri suo fatue. qm̄ sic est simplex vituperatio qm̄ idem est fatue non false. vñ sic derogatur spūi sctō a quo saliri habet hō
Ad rōnem. ¶Q; igitur dr racha interp̄tari sine cerebro. dicendū est q; interpretatio non est semper de signi
Af9 potest dici, ficatione dei dictiōis. vt lapis dr ledēs pedē. Nō tamen ledēs pedes siue lesio pedis cadit in significationē huius dictionis lapis. vel potest dici q; aliquis dr sine cerebro large. i. nō habēs cerebrū bñ dispositū. vt sit gñalis vituperatio cū dr aliq̄s sine cerebro. i. non habēs cerebrū bene dispositū omnino q̄ generale est omni vicio.

¶Cap. 3. De duplici ira. s. per zelū z per viciū.

Dupler ira OMniā aūt tria p̄dicta pctā que distinguntur in p̄dicta auctoritate processerunt de ꝓximo iudicio de quo nūc agimus: nunc dicendum est de ꝓximo illorū scz de ira. Notādū est q; dupler est ira. scilicet per zelum et per vicium. Ira per zelū iracitur vicio non persone / ira per vicium econuerso. Ira per zelum quandoq; dicitur habit9 quo aliquis est habilis siue prōptus ad iracēdū pctō ꝓximi ex zelo. i. ex caritate qñq; aūt ipse mot9 quo actualiter iracitur pctō ꝓximi. ira similiter per vicium dr qñq; ꝓnitas ad iracēdū indebito modo qua aliquis dr iracūdus. z est vicium contractū ex natura qñq; ira per vicium dr motus quo iraściDupler motus ire, mur ꝑsone: nō vicio. Talis aūt dupler est. qm̄ quidam est subit9 surgens ante deliberationē rōnis et de tali dubium est an sit pctm̄. Alius est qui est ex deliberatione rationis qui est mortale pctm̄ et de solo tali dicit. Vñs qui iracitur fratri suo reus erit iudicio. De ira p zelum primo queritur vtrum sit virtus secūdo in qua vi aie sita sit. tertio de ira
ꝓia q̄stio. per vicium ¶Q; aūt ira per zelum scōm q; ipsa
Af q; sic. est habitus sit virtus sic ꝓbat. Ira p zelū est habitus mentis bene constitute: ḡ est virtus. ¶Itē
Secundo. irasci p zelū est meritoriū: igit est op9 alicui9 virtutis non caritatis. qm̄ cū irasci per zelū sit mot9 interior virtutis op3 q; ꝓcedat ex aliqua virtute immediate. Sz non ꝓcedit a caritate immediate qm̄ ex caritate nō ꝓcedit imediate nisi motus qui est diligere Relinqtur ergo q; irasci per zelū sit imediate ab aliq̄ ꝑtute. s. ab alia ꝯ a caritate Iz sit mediate a caritate. sicut velle dare elemosinam
Tertio. imediate est a mia mediāte caritate. ¶Itē de domino dr. Iratus est furore dñs ergo ptz q; ira per zelū est virt9 exēplaris in dño: ḡ est virt9 exēplata
In oppm̄. in sctis. Si ꝓcedit. ¶Cōtra. Vis gra est lux: sed ira per zelū est gra: ḡ est lux. ḡ illuminat. Cōtra. Turbat: igit nō illuminat. Dicit eñ btus Greg.
Gregorius Secundo. q; ira p zelū turbat ira p viciū excecat. ¶Ite dr Aug. Vis virtus sua sincera possessione nos delectat. Sed ira per zelū est virtus. ḡ nos delectat.
Tertio. Cōtra. Turbat igit nō delectat. ¶Itē per zelū fuit in xp̄o: ergo turbatio fuit in xp̄o: ḡ mētit9 est Ysay. dicēs de xp̄o Nō erit tristis neq; turbulēt9

¶Itē turbatio rōnis est effect9 Sz nullus defect9 Iterum ad fuit in rōne xp̄i: igit nulla fuit turbatio in eo. Con principale.
tra. Ipse dicit in euāgelio. Alia mea turbata est.
¶Itē in suscitatione lazari. Turbauit se tel9. vt Ad idem.
dicitur in euāgelio. ¶Itē xp̄s assumpsit oēs defectus nr̄os ꝓter pctm̄ z ignorantiam. Sed turAd idem.
batio est aliq̄s defectus qui nō est pctm̄ vel ignorantia: igitur turbatio fuit in ipo ¶Dicim9 q; ira Solutio.
per zelum est virtus. ¶Ad primo ergo obiectuz Ad primuz
dicim9 q; hec est falsa Vis gra est lux qm̄ sola gra que sita est in ratiōe siue in intellectu est lux. vt fides/scientia/donum: z hmōi. ¶Ad 9m dicimus Ad scōm.
q; ira per zelū inqntū est virt9 delectat. vñ hec argumētatio nōvz. Turbat: ḡ non delectat. qm̄ ipa delectat 9m essentiā qua est virtus. turbat aūt ex adiūcto sc̄z ex susceptione impotētie qm̄ irascens suspicatur se nō posse destruere pctm̄ quod vellet destrui cū ad hoc tendat ꝓmotuz ire. ¶Notādū xp̄s habuit
q; xp̄us habuit irā per zelum z eius motū qñ ei- irā p zelum
cit vendētes z ementes de tēplo tñ illa ira nō turbauit eius rationem. qm̄ suspicio ipotētie nō erat ānera ei: qm̄ sciebat se posse facere q̄cquid vellet.
Sicut ergo timor dñi fuit in xp̄o sine oi angustia Timor in
cum in eo non fuerit ꝓscientia alicuius pcti. sic ira xp̄o.
per ipsum zelum fuit in ipso sine oi turbatione rōnis habuit tñ turbationē sensualitatis ex honore Iterum af.
mortis. vñ dixit. Alia mea turbata est. ¶Q; aūt Solutio.
dicitur q; se turbauit. videtur q; turbatio illa fuit i voluntate: z ita in rōne. Sz dicimus q; horribile quod erat in intellectu xp̄i fecit cadere ꝓ voluntate sua in imaginationē: z ex imaginatiōe in vim estimativam in quā postꝯ venit horribile de necessitate sequitur horor et turbatio. Talis turbatio fuit in xp̄o. Iz nō turbatio rōnis. ¶Ex p̄dictꝭ ꝓz per hoc
pz q; hec argumētatio nōvalet. Ira p zelū nocet: ad aliud.
ergo est culpa vel pena. vel ergo non est virt9 qm̄ non nocet 9m se: sed ex adiūcto vt dictum est.

¶Secunda questio.

ITem querit in qua vi aie sita sit ista ꝑtus. s. Af q; in rairā per zelū ꝓbat in vi rōnabili. Ira enī per tionali.
zelum est volūtas destruendi pctm̄. Sz volūtas sit a est in vi rōnabili vt dicit Aristo. igitur ira p zelum sita est in vi rationabili. ¶Contra. Irasci In oppm̄.
ꝓximo per zelū est velle destrure pctm̄ ꝓximi Sz velle destruere pctm̄ ꝓximi est velle destructionem pcti in ꝓximo. Velle aūt destrui pctm̄ in ꝓximo est velle bonū in ꝓximo. velle bonū in ꝓximo est diligere ipm: igitur a principio ira sci per zelū ꝓximo est diligere ipm. Sz diligere ꝓximū est in vi concupiscibili: igit irasci per zelum est in vi concupiscibili: ergo virtus q̄ est ira per zelū est in vi concupiscibili. ¶Sed ꝓbatio q; est in Iterum af.
vi irascibili. Irasci per zelū est insurgere in pctm̄ oppositum.
vt destruatur.. Sed tale insurgere est in vi irasciSolutio.
bili: ergo ira per zelum est in irascibili. q̄d ꝓcedimus. ¶Ad primo obiectum dicim9 q; hoc nomē Ad primuz
volūtas multiplicit accipit. vt dictū est in q̄stiōe de li. ar. qm̄ 9m q; voluntas est ꝓsensus vt aliquid faciat est i vi rationabili. z sic sumit ab Aristote. Secundū hoc ira non est voluntas Q̄q; dicitur voluntas appetitus 9m hoc non est tm̄ in rationabili: sed in concupiscibili et irascibili. Scōm hoc

ira est voluntas: q; est appetitus ꝓtrarij doloris.

Ad scdm. ¶Ad scdm dicim⁹ q velle destruere pctm̄ rpivel velle destructionē pcti in prorimo ꝓprie loquendo est in vi irascibili. qm̄ talis volūtas essentialit tendit ad victoriā. Loquendo tn̄ per accidēs velle destructionē pcti in prorimo inc̄tū est quoddā bonum et vtile est in vi ꝓcupiscibili. qm̄ hoc nomē velle bonū quocūq; demonstrato est in vi cōcupiscibili. ¶Scdm hoc ptz q hec est dupler. Velle

Ad primū. post oppm̄. destructionē pcti in primo est velle ei bonū ꝓprio mō falsa Scdo mō vera. et sic ptz solutio ad scdm obiectum ¶Itē ira per zelū est quoddā bonum.

Iterum af. quia est virtus: g̃ c̄tomagis aliqs irascitur per zelum tanto melius est ei. ¶Cōtra. Quāto magis

ꝓtra hoc af Solutio. irascitur per zelū tantomagis turbat. c̄tomagis turbatur tāto peius est ei. nō g̃ melius. ¶Ad hec dicimus q prima argumētatio nō valet z ponunt instātiā sic. Cōmedere ē bonū igit c̄tomagis aliquis comedit tanto melius est ei. Sz hoc non est simile. qm̄ comedere indifferēs est z p̄t eē actus virtutis vel actus pcti. Sz irasci per zelū sp est actus virtutis. Concedimus g̃ vtrāq; istaruz. Q̄n aliquis magis irascitur per zelū tanto melius est ei z peius est ei: sz scdm aliud et aliud q̄m melius est ei ꝓpter intentionē motus virtutis ꝑ peius est autem

Exemplum Jstud non soluit. c̄tum ad penā annexā illi motui. z ideo non valet hec argumētatio. Quāto aliqs magis irascitur p zelum tanto melius est ei: g̃ non peius. Debet em̄ inferri: igit non peius c̄tū ad idez. ¶Et notādū q turbatio dupliciter accipit. qm̄ q̄nq; ꝺ turbatio

Opinio doctoris. Delectatio dupl̄ capit pena annexa motui. qn̄q; motus cui est annexa talis pena sicut delectatio. q̄nq; ꝺ q̄dā mulcedus passio. q̄nq; aūt mot⁹ cui annexa est talis mulcedus passio. vt ibi delectare in dño. Turbatio aūt passio q̄nq; est i sensualitate q̄nq; in rōne. illā que est in rōne nō assumpsit xp̄s sicut dictū est. z hoc ideo q; non decuit q eēt ignorās: sicut nō decuit q esset leprosus. qm̄ oēs nr̄as infirmitates et penalitates assūpsit ipe ꝓter illas quas nō decuit ipsum assumere. Sed nō decuit ip̄m assumere turbationē rōnis qm̄ ipa impedit ꝓtēplationem dei.

¶Cap̄. 4. De ira per vicium.

ꝺicto de ira per zelū seq̃tur de ira per vicium qua hō insurgit ad nocēdū homini ¶Queritur igitur de illa ira q̄ āticipat actum rōnis. vtrū ipsa sit pctm̄. ꝓbatur

Ad q sic ꝓ glosam. q est pctm̄ veniale qm̄ sup illud ps. Irascimini z nolite peccare. dicit glosa. Si prim⁹ mot⁹ q nō est in nostra ptāte surgit in hoīe nō psentiat ei ratio: ergo non debet ei consentire: g̃ est malus. ¶Dicitur etiā ibi q primus mot⁹ ire permittitur: sed punitur. Sed nihil punitur nisi pctm̄: igit talis ira ē pctm̄. ¶Preterea. ira per vicium vult hō nocere alicui. igitur est pctm̄. ¶Preterea. si ratio ꝓsentiat talem irā est pctm̄ mortale: igitur ira que est ante consensum rōnis est pctm̄ veniale. ¶Cōtra. Nocere est indifferens qm̄ eque se habet ad nocere quod est pctm̄ sicut ad nocere qd̄ est pctm̄ sicut interficere hoīem est indifferens: igit nō debet dici q sit pctm̄. ¶Preterea. oē pctm̄ est ex fomite sed talis ira non est ex fomite: g̃ nō est peccatum.

Scdo. Tertio. Quarto. In oppm̄. Secūdo. Tertio af ¶Item ꝓbatur q ira per vicium est pctm̄ mortale quia irasci per vicium est: velle malū alij: sed velle malū alij est odire ip̄m. sed odium expellit caritatē. qm̄ amor et odium non possūt esse simul. z nichil expellit caritatē nisi pctm̄ mortale: igit ira ꝑ vicium est pctm̄ mortale. Dicim⁹ q prim⁹ mot⁹ ire ē pctm̄ veniale. ¶Ad prio obiectum dicim⁹ q iz velle nocere alijs sit indifferēs ꝑm se: tn̄ ē malū in se. vt ꝑz ex ꝓdictis. ¶Ad scdm dicim⁹ q fomes pōt dici concupiscentia stricte que est in ꝓcupiscipili. sola et ꝑm hoc mot⁹ ire nō est a fomite. vel pōt dici fomes ꝓcupiscentia large que ꝺ improba volūtas et libido. z scdm hoc ira est ex fomite. Hec distinctio satis ꝑz p ea que dicta sunt in q̄stione de primis motibus. ¶Ad tertiū dicim⁹ q hec est falsa. Irasci per vicium est velle malū alij. qm̄ alter istorum est in ꝓcupiscibili: alterū in irascibili. ¶Itē dictum est supra q irasci per zelū est velle nocere alicui inordiate vel sine causa debita. ¶Sz obicitur. Velle nocere et velle iuuare sunt cōtraria. qm̄ nocere et iuuare sunt ꝓtraria. Sed velle iuuare est in concupiscibili. qm̄ velle iuuare est velle alicui bonū: ergo velle nocere est in vi ꝓcupiscibili: igitur et irasci. ¶Preterea. velle auferre velle dare sunt ꝓtraria. Sed velle dare est in ꝓcupiscibili. qm̄ largitas est in ꝓcupiscibili: g̃ velle auferre est in ꝓcupiscibili: g̃ velle nocere: igit z velle irasci. ¶Dicimus q velle iuuare et velle nocere qm̄ vtrūq; tendit ad victoriā vel ad ꝺñium est invi irascibili. similiter velle auferre: velle dare.

Cōtra alīs dictum af. Secundo. Solutio.

¶Cap̄. 3. De personarum acceptione et continet quattuor questiones.

Quoniā acceptio personarū ꝓcedit ex ꝓauo iudicio de quo supra dictum est. Jdeo dicendū est de acceptiōe ꝑsonaꝝ q̄d acceptio ꝑsonarum, Q; aūt acceptio personarū ꝓueniat ex ꝓauo iudicio oñdit Jacob⁹ in canonica dicēs Fres mei nolite in ꝑsonarū acceptione. z̄c. etenī si introierit. z̄c. vsq; cogitationū iniquaꝝ Ex quo ꝓtz q personarū acceptio ꝓcedit ex ꝓauo iudicio. Est aūt accipere ꝑsonā: honorare aliquem ex causa indebita. ¶Primo g̃ queritur vtrū ꝑp̄ honores et diuitias sit aliqs magis honorādus sine acceptione personarū. Scdo vtrū ꝓpter ꝓsanguinitatē sit ꝓponēdus aliqs alij i spūalib⁹ sine pctō q̄ est acceptio ꝑsonaꝝ ¶Tertio vtrū ꝑp̄ nobilitatem sit aliqs ꝓponendus alijs in spūalibus absq; eodē pctō. Quarto vtrū min⁹ dignus potest preferri magis digno in spūalib⁹ sine pctō

Ꝓio af cōtra dictum Jacobi. ¶Primo de auctoritate Jacobi obicit qua dicit Fratres nolite i personarū acceptione habere fidem. d. n. glie. et enī si introierit. z̄c. Primo queritur quare potius dicit fidem g̃ spēvel caritatem.

Secundo: Tertio per augustinū. ¶Preterea cū deferāt oēs ꝑsonis diuitib⁹ videtur q totus mundus trāsgrediatur. ¶Preterea. dicit Aug. ibi. Non peccat nisi cū apō semetip̄m intus ita iudicat vt ei tanto melior q̄to ditior ille iudicat. Sz ho c null⁹ sani capitis faceret. ¶Preterea apls ꝺt. Cui honorē: honorē. z̄c. Sic plat⁹ debem⁹ deferre honorē. eadē rōne diuitib⁹. qm̄ sicut aliqs habet ꝓlationē a deo. ita diuitias ḥz a deo quicūq; ḥz eas. vñ Osee. ij. Vedi eis aur et argētū et ipsi inde feceŕt baal. igit diuites sūt ꝓ

Quarto q paulum. Osee.

ꝓtra istō af honorandi. ¶Contra. Dei⁹ magis diligit pauperes q̄ diuitias. qm̄ deus elegit ꝓtemptibilia et stulta vt fortia queq; ꝓfundat. Sed qō elegit sapientes magis est eligendū. ¶Ad primū dicimus q

Ad primū. potius dicit de fide q̄ de alia ꝓtute. qm̄ ꝑ fidē potius assimilat deo q̄ per aliā ꝓtutē. qm̄ per cogni

Ordo actuum ꝓtutum tionē fides generat spē. spes caritatē caritas alias virtutes. z intantū hō debet honorificari c̄tū est similis deo vt hec sit mensura c̄tuz precise hō dign⁹ sit honorificari c̄tū est deo similis. qm̄ tm̄

q̄re magis honorātur prelati. nobilis et alti gnis est c̄tū est similis deo. Debemus tm̄ magis honorare ꝓlatos ꝓpter duas causas. s. quia in eis magis debet relucere dei similitudo per veram doctrinā et bonā vitā: et propter

Diuites sūt honorandi. vitandum scandalū. Jdeo dicit aplus Cui honorem honō. z̄c. xiij. Diuites etiā magis debemus honorare q̄ pauperes pro scādalum vitādum tm̄. Ex hoc ꝓz q hec argumētatio nō valet

Ad aliud. Magis debemus honorare diuites q̄ pauperes: ergo diues est magis honorādus siue dignus honorari q̄ pauper. Per hoc etiā ꝓz q q̄ magis honorat diuitem tm̄modo intuitu diuitiaꝝ acceptor est personarū. qm̄ hoc est ex cupiditate qua homines honorāt diuitias in hoībus et preponūt imagini dei q̄ est in paupere. Tales redarguit Jacobus in predicta auctoritate. ¶Ad auctoritatem

Ad augu. Augu. dicimus q añcedens ponitur ꝑ ꝑnte hic. Nullus peccat nisi cū apō semetip̄m ita iudicat: vt ei tanto melior .i. dignior honore c̄to ditior videtur. Jn hoc em̄ peccant acceptores personarum: q; iudicant aliquē magis honorādū propter diuitias .i. dignū honorari. qō falsum est. cuz tm̄ propter imaginē vel similitudinē dei sit honorandus. Diuitie em̄ nō se habent in aliqua ꝓportiōe ad imaginē z similitudinē dei sicut pūct⁹ ad lineā vnde propter eas nō est aliqs magis honorādus Jdeo cū aliqs ꝓpter eas tm̄ aliquē plus honorat alio derogat imagini dei ¶Sequitur. vtrū ꝓpt cōsanguinitatē aliquis sit preponēd⁹ alij in spiritualibus ita q non sit acceptio personarum.

¶Scda questio. vtrum propter consanguinitatem. ac veniat aliquis preferendus.

Af q non. Jc obicitur. Sint hic duo equalis meriti prosus excepto q alter est cōsanguineus huius epi. ideo iste eps dat ei prebendā potius q̄ alteri Videt q ille eps in hoc sit acceptor ꝑsone. qm̄ preponit istum illi ꝓpter causam indebitam. s. ꝓpter consanguinitatem tm̄. ¶Cōtra apl⁹ dicit maxime autē ad domesticos ¶Preterea. sine ꝓsanguinitate posset preferre istū illi: igit z cū ꝓsanguinitate ¶Preterea ordinata caritas est q magis diligamus domesticos q̄ extraneos: g̃ iste non peccat preponēdo ꝓsanguineū suū illi cū in alijs sint pares. ¶Quod ꝓcedim⁹. Et dicim⁹ q hec est falsa Jste preponit istū ꝓpter causā indebitā. qm̄ cōsanguinitas cuz equali merito est causa debita qua debet eum preponere et: z talem attēdit eps ille. aliter esset acceptor persone Sed si consanguineus ei⁹ esset minoris meritit: tunc esset acceptor persone. qm̄ preponit in spiritualibus vbi causa spiritualis preponenda est carnali.

In oppm̄ ꝓpaulum. Solutio. Tertio. ¶Tertio questio. vtrū propter nobilitatem sit aliquis alteri preferendus.

Jc dicitur. Sint hic duo quorum vnus est Af q non. ignobilis bene litteratus: alter nobilis illiteratus. videtur q primus sic ꝓferendus. qm̄ custos est meliorum. s. aiarum quarū vna est melior toto mūdo. ¶Preterea. dñs In oppm̄. ꝓhibet in leuitico ne eunuch⁹ intret in ecclīaz dei Sz talis illitterat⁹ est eunuch⁹ non potēs gñare filios spūales: g̃ nō est preferēdus alteri. ¶Con scdo ad idē. tra. Talis nobilis melius pacē ecclesie ꝓseruat z melius resistit lupo venēti: ergo est preferendus ¶Dicimus q talia sunt excedentia z excessa. qm̄ Solutio. ignobilis litteratus q̄nq; debet preponi. vt qn̄ ecclesia ḥz sufficiēter alias ꝑsonas defendere potētes ecclesiam. vt totū corpus eccle non sit vnum membrū quia sicut dicit apls. Si totū corpus ecclesie esset oculus vbi manus: nobilis q̄nq; prepo Nota diligenter. nendus est: non propter nobilitatē suā: sed ꝓpter consequens. s. ꝓpter pacē ecclesie. si tn̄ sit o īno illiteratus vel non sufficienter non est dandum ei beneficium cui est annexa cura aiarū. qm̄ hoc est contra communem prohibitionem.

¶Quarta questio vtrū minus dignus pōt preferri magis digno in spūalib⁹.

volita pz q̃ nõ sunt cõtraria. ¶ Ad scõm dicim⁹ q̃ hec argumentatio nõ valet: xp̃s tenebaꝫ cõformare volũtatẽ suã volũtati diuine. ꝛc. ergo peccauit ꝑm q̃ prima propositio intelligit indiffinite ꝑm hoc sillogizat ex indiffinitis. si autẽ intelligat prima propositio vniuersaliter: falsa ẽ. qm̃ hec est falsa: xp̃s oẽz volũtatẽ suã tenebaꝫ cõformare volũtati diuine. ꝓpter volũtatẽ sensualitatꝫ qua licet velle homini aliqd̃ proprũ.

Ad tertium

¶ Ad tertio obiectũ dicim⁹ q̃ re vera xp̃s tenebaꝫ ex p̃cepto ad hoc scz velle mori. et motus quo mouebaꝫ ad non mori erat ad illicitũ rõnis: sed nõ illicitũ sensualitati. nõ tamen illicitus sicut ille qui esurit mouebaꝫ ad comedendũ in die ieunij ante horã solo motu sensualitatis: et ille motus est ad illicitũ nõ tñ ẽ il

Ad quartũ

licitus. q: ẽ ad illicitũ rõni nõ sensualitati. ¶ Ad quarto obiectũ dicim⁹ q̃ velle non mori est velle fugere mortẽ siue horrere mortẽ Et ita pz q̃ velle nõ mori nõ sonat in puram priuationem.

¶ Tertia questio vtrum pauere in christo fuerit meritorium.

Aſ q̃ sic.

SIc obicit. De xp̃o dictũ est. cepit ihesus pauere et tedere anteq̃ ꝓduceret ad crucem. ergo horribile illud nondũ inciderat in eĩ⁹ sensũ. ergo nec ĩ imaginationẽ ergo nec in estimationẽ. ergo nec sensualitas ĩ eo adhuc fuit mota. ergo pauor ille siue timor mortꝫ siue voluntas nõ moriendi nõ erat sensualitas: q̃

Secundo.

erat ex ratione siue ex libero arbitrio. ¶ Itẽ petrus timorẽ mortis minuebat dulcedine caritatꝫ similiter andreas quãdo securus et gaudens ibat ad crucem. sed in infinitũ maior erat dulcedo caritatis siue dilectio in christo q̃ in andrea: ergo christus dilectiõe quã habebat in deũ delectando poterat ex toto delere illũ timorem. ergo talis motus nõ fuit in christo ex sensualitate: fuit ergo

Tertio.

in eo ex libera volũtate siue ex libero arbitrio. sz oĩs motus qui fuit in eo ex libero arbi. fuit meritorius: ergo motꝰ ille fuit meritorius in eo. ¶ Itẽ christus voluntatẽ qua volebat non mori retorq̃bat ad bonũ finẽ: q: ad nostrã instructionẽ. quasi diceret illo motu cuilibet nostrũ videte in me licet tibi velle aliqd̃ ꝓprium: sed referre motus ad debitũ finem. hoc autem nõ est nisi ratiõis. ergo

Quarto.

ille motus fuit a rõne: ergo fuit meritorius. ¶ Itẽ christus oblatus est q: voluit. similiter passus est q: voluit. ergo eadẽ rõne timuit q: voluit: ergo ille timor fuit ex libera volũtate siue ex libero arbitrio. ergo fuit meritorius. ¶ Preterea. christus

Quinto.

voluit nõ mori: ergo volũtarie vel in volũtarie. si inuoluntarie: ergo nõ volẽdo voluit nõ mori. qõ est impossibile. si volũtarie: ergo nõ necessitate. sed a libera volũtate siue ex libero arbitrio voluit nõ mori. illud igitur velle fuit ex libero arbitrio voluit nõ mori. ¶ Solutio. Ad primũ dicim⁹ q̃

Solutio.

re vera timor siue horror mortis siue volũtas non moriendi fuit in christo tm̃ ex sensualitate. et licet in christo oĩa nõ cecidisset horribile in sensũ eĩ⁹ nec imaginationẽ a sensu: tñ sicut voluit fecit cadere illud horribile ab intellectu in imaginationem: ab imaginatione aũt in estimationẽ: in sensualitatẽ necessario ꝓprie ergo volũtas prima

Uoluntas rõnalis nõ fuit causa mortis ꝛ tm̃ sed solum occasio.

nõ fuit causa sed occasio illius timoris. q: nõ ꝓ se ser per accidens fuit causa illius. qm̃ fecit q̃dam quo facto erijt ille timor. nõ ab illa volũtate: sed ab estimatiõe sensuali siue imaginaria sicut ille q̃ aperit fenestrã nõ illuminat domũ nisi occasionaliter. q: facit aliqd̃ quo facto domus illuminatur nõ ab ipso sed a sole. et sicut volũtas illius q̃ vult ieiunare diu et ieiunat diu: nõ est causa quare ipse appetat comedere. appetit eñ comedere velit nolit. sed est quedã occasio q: facit aliquid. scz diutur-

Exemplum

nã abstinẽtiã: quo facto fit ille appetitus. nõ ab illa prima volũtate: sed a vi appetitiua sensibili. stomachus eñ sentiens suã inanitatẽ naturaliter appetit et necessario. Eodẽ modo fuit in timore xp̃i. q: volũtas illius fuit prima occasio: sed nõ causa ꝓprie. ¶ Ad scõz dicimus q̃ Petrꝰ et Andreas bene poterãt reprimere siue diminuere timorem mortis in semetipĩs a principio. qm̃ in eis erat cogitare de horribili vel non cogitare. sed

Ad secũdũ

postq̃ cecidit horribile in estimationẽ: nõ potest aliquis sctũs facere quin timeat. Eodẽ modo xp̃s poterat vitare timorez mortis si placuisset ei. sed postq̃ voluit q̃ horribile illud caderet in estimationẽ: non potuit vitare illud. ¶ Ad tertiũ dici-

Ad tertium

mus q̃ hec est falsa: christus volũtatẽ nõ moriendi retulit ad instructionẽ nr̃am. sed re vera approbatione illius voluntatis retulit ad instructionẽ nostrã. approbauit eñ ratio motum illius vt nos instrueret in hoc. s. q̃ martyres venientes ad patibulum non desperarent si tenerent mortem: cuz ipse filius dei timuerit mortem. ¶ Ad quartũ di-

Ad quartũ

cimus q̃ hec conclusio christus timuit mortẽ q̃a voluit. vera est. si hec dictio quia. notet occasionem. si vero causam immediataz: falsa est. ¶ Ad

Ad vltimũ.

vltimum dicimus q̃ si hec duo aduerbia voluntarie et in volũtarie sumantur generaliter et prouoluntate sensualitatis ꝛ pro volũtate rationis cõcedimus hanc: christus voluntarie voluit nõ mori. quoniam voluntarie sensualitatis voluit non mori. sed secundum hoc non valet hec argumentatio. voluntarie voluit non mori. ergo ex libera voluntate voluit non mori. et patet q̃ ibi est fal-

Falla ꝓſſ,

lacia secundum consequẽs quasi a superiori ad inferius affirmando. si vero illa aduerbia sumantur ꝓprie pro volũtate rõnali siue pro liberavoluntate: tũc hec esset vera: christus in volũtarie voluit non mori ꝛ hec similiter christus nõ volendo voluit nõ mori. i. nõ volẽdo voluntate rõnis: voluit non mori voluntate sensualitatis.

¶ De petitione christi. pater si possibile est.

¶ Tertia questio huius capituli.

Aſ q̃ rõnis

UErũ vtrũ petitio illa qua xp̃s petijt. Pater si possibile ẽ trãseat a me calix iste fuerit rõnis vel sensualitatꝫ. ¶ Probatio q̃ fuit rõnis. q: dicit salomõ Sermo tuus ꝓ veniat ad limã: q̃ ad linguã. i. ꝓius veniat ad limã rõnis q̃ ad linguã oris siue ad probationẽ. cũ ergo xp̃us fuerit sapientissim⁹ impleuit illũ ꝓceptũ. sed petitio sua ꝓius venit ad li-

Secundo.

mam rõnis q̃ ad ꝓbationẽ. ¶ Itẽ sensualitas nõ cogitat de celestib⁹. ergo nullo modo se erigit ad celestia: ergo nõ erigit se ad deũ oꝛãdo sz illa petitio siue oratio fuit directa ꝛ erecta ad deũ patrẽ. q̃ nõ fuit sensualitatis. et fuit sensualitatis vel rõnis: ergo fuit rõnis. ¶ Itẽ hec petitio ꝓpontur

Tertio.

sub cõditione. sensualitas aũt nõ attendit aliquã cõditionẽ sed simpliciter rõnis aũt est ꝓferre res siue per ꝯditionẽ siue alio modo. ergo illa petitio nõ fuit sensualitatis: sed potius rõnis. ¶ Contra

In oppm̃.

xp̃s petijt hoc ꝛ discrete. qm̃ nihil egit indiscrete cũ ipse sit sũma sapientia. q̃ ipse voluit qõ petijt: scz remotionẽ calicis. q̃ voluit illud rõne vel sensualitate. nõ rõne. q̃a sic voluisset cõtraria simul volũtate rõnis. ergo voluit sensualitate illud qõ

Secundo.

petijt: ꝛ cõstat q̃ illa petitio fuerit a volũtate interiori. ergo illa petitio fuit ex sensualitate: q̃ petitio illa fuit sensualitatis. ¶ Itẽ ipse petijt hoc totũ: pater si possibile est. ꝛc. ergo hoc totũ petijt vel rõne vel sensualitate. nõ rõne: q: rõne nõ petebat remotionẽ passionis. ergo petijt hoc sensualitate. ergo sensualitas attingebat cõditionem. ꝛ

Tertio.

hoc est falsũ. ¶ Itẽ ipse petijt petendũ vt nõ petendũ. si nõ petendũ. q̃ indiscrete. ergo stulte. sed hoc est falsũ. si petendũ ꝛ discrete petijt ꝛ non petijt nisi hoc ꝛ nõ est erauditus in hoc ergo iniuste

Quarto.

actũ ẽ cũ eo cũ audiẽdus esset. ¶ Preterea. Ipe erat sũmus sacerdos: q̃ debebat impetrare qõ petebat ꝛ nõ impetrauit: ergo iniuste actũ est cũ eo

Quinto. Paulus.

¶ Preterea. Ipe nõ fuit erauditus in hoc videt q̃ ap̃s mentiat in epistola ad Hebre. dicẽs de xp̃o In oĩb⁹ exauditus ẽ pro sua reuerẽtia Videt etiã mentiri psal. dicẽs de xp̃o. ꝛ volũtate labio-

Psalmista. Solutio.

rum eĩ⁹ nõ fraudasti eũ. ¶ Solutio. Dicim⁹ q̃ illa petitio fuit rõnis ꝛ fuit etiã sensualitatꝫ: sz aliter ꝛ aliter. rõnis fuit tanq̃ illa ꝓponẽs. sensualitatꝫ fuit q: vice sensualitatꝫ ꝓpositi fuit a rõne. Ratio

Duplex instructio. Prima.

eñ inclinata a sensualitate ad hoc ꝓposuit illam tanq̃ aduocatꝰ sensualitatis: ꝛ eã ꝓposuit ad nostrã instructionẽ duplicẽ. Prima est q: ꝑ illã istruimur q̃ nobis licet velle aliqõ ꝓpriũ ex sensualitate: ꝛ q̃ martyres nõ debẽt timere si horreãt mortem: cũ filius dei exhorruerit mortẽ. Scõa est vt

Secunda.

nos instrueret q̃ nos debem⁹ supponere volũtatem sensualitatꝫ volũtati diuine. Ũñ subiũgitur. verũtamẽ non sicut ego volo: sed sicut tu. ¶ Ad

Ad primũ.

primo obiectũ dicimus q̃ hec argumentatio non

valet. xp̃s discrete petijt hoc ꝛ ex rõne: q̃ voluit hoc ex rõne. q: non petijt hoc pro se sed pro suis. Ad hoc dicim⁹ q̃ hec dictio si possibile est. nõ est de petitione inq̃tũ ꝓponitur ꝑ sensualitate: sed est addita ab ipsa rõne. rõ cũ ex parte sua illud ꝑ tudinem. ponit. sicut aduocatus multa ꝓponit qñq̃ que nescit ille cui⁹ est aduocatus. Hoc autẽ fecit rõ xp̃i ad nostrã instructionẽ: vt doceret nos supponere a quo est. volũtatẽ sensualitatis volũtati diuine: ꝛ discrete petere sub cõditione cõpetẽti. Est eñ sensus. pater trãseat a me calix iste. ꝛ hoc est ex pte sensualitatis. si possibile. hoc est ex parte rõnis. ꝛ est sensus. si possibile est ꝑ multitudo gẽtiũ subintret ad fidẽ sine excecatione iudeorũ transeat a me calix iste. Similiter exponit illa petitio: vt nec pro se nec pro sua sensualitate loquatur xp̃us sed ꝑ mẽbris suis ad sũilitudinem sui. vt sit sensus. transeat a me. i. a meis. calix iste. id est passiões mũdi sint transitorie discipulis meis. vt illi non absorbeantur ab eis: sicut nec ego absorbeor.

Aliter exponitur.

¶ Ad tertiuz dicimus q̃ hec argumentatio non valet christus petijt petendũ et discrete: ergo debuit exaudiri. qm̃ non petijt illud ex volũtate rõnis. sed exauditus fuit xp̃s in oĩbus q̃ petijt rõnis voluntate. ꝓpter qõ tantũ dicit ap̃s In oĩbus exauditus est pro sua reuerentia. qm̃ in oĩbus q̃ petijt volũtate rõnis. qõ optime psalmista exponit dicens. in voluntate labioꝝ eius non fraudasti eũ. id est in oĩ petitione labioꝝ quã ꝓponit ex volũtate rõnis q̃ ꝓprie dicitur volũtas. exauditi eum.

Ad tertium

Psalmista.

¶ De merito christi. Capitulum. 7.

De merito christi.

IDcto de voluntate xp̃i: dicẽdũ est de eĩ⁹ merito. Oẽ eñ meritũ in voluntate cõsistit. Notandũ ergo q̃ xp̃s in oĩbus suis meruit sibi vitam eternã iam habitaz ad sĩilitudinẽ angeloꝝ. oĩbus etiam suis operibus q̃ retulit ad nos meruit nobis vitã eternã habendam. sed vtrũ oĩa opera sua ad nos retulerit nescitur. probabile est tamẽ q̃ oĩa retulerit ad nos qñ venit in mundũ ꝓpter nos. vñ Isa. Puer natus est nobis: ꝛ filius datus ẽ nobis. Humilitate autem passionis meruit nobis tria sĩpliciter. scz liberationẽ a diabolo: liberationẽ ab inferno: aptionẽ ianue paradisi. Sibi etiam humilitate passiõis meruit tria. scz acceleratione gloriose resurrectionis: quoniam nõ expectauit gn̄alẽ resurrectionẽ que erit in fine mũdi Itẽ clarificationẽ nominis sui. vñ ap̃s Christus factus est obediens vsq̃ ad mortẽ: propter qõ deus exaltauit illum ꝛ dedit illi nomẽ qõ est sup oĩe nomẽ. s. dedit per manifestationẽ: q: post resurrectionẽ manifestatum est mũdo q̃ hõ ille esset deus ꝛ dei filius naturalis. Tertiũ est iudiciaria potestas q̃ iudicaturus est viuos ꝛ mortuos. quã meruit in hũilitate passionis. vnde in euãg. Joh. Potestatẽ dedit ei facere iudiciũ: q: filius hoĩs est. ¶ Cõtra hoc

Isaias. Passiõe meruit nobis tria et sibi tria.

Potest q̃ri vtrũ xp̃us meruit sibi.

Aſ q̃ non.

qõ dictũ est obicit. Christus ab instanti sue cõceptiõis habuit plenitudinẽ carismatũ q̃ data sunt ei nõ ad mensurã. sz regula est. vbi est par caritas ibi est par ꝓmiũ. q̃ xp̃s cũ semp habuit equalẽ caritatẽ: semp habuit eq̃le ꝓmiũ. q̃ q̃tũcũq̃ meruit vno opere tm̃ meruit alio. sz vno ope meruit

apertionē ianue: ergo ꝛ alio. nō ergo tantū humilitate passionis meruit nobis apertionem ianue.

Secundo. ¶ Itē oīe meritū ē ex caritate: et qlibet opus christi fuit meritoriū: ergo fuit meritoriū ex caritate: ergo opus quo meruit nobis apertionem ianue fuit ex charitate meritoriū. ergo ex charitate meruit nobis apertionē ianue: nō ergo humilitate passionis.

Tertio. ¶ Itē tota vis merendi cōsistit penes caritatē ꝛ in omni opere christi fuit eadem ꝛ equalis caritas: ergo in oi opere xpi fuit equalis vis merendi. sed in vno fuit vis merendi apertionem ianue: g̃ et in alio.

Prima opi nio pōt esse ¶ Ad hoc forte dicit q̃ autoritas ista Ubi par. ꝛc̄. intelligit tantū de prio vite eterne: et nō de alio premio. sicut est premiū remissionis pctōrum: apertionis ianue: et hmōi.

ptra hāc aī ¶ Sed cōtra hoc objcitur. q: tota vis merendi siue vitā eternā siue quodcūq; aliud: consistit penes caritatē: ergo regula debet intelligi nō tātū de premio vite eterne: sed etiam de quocūq; alio.

Opinio do ctoris. ¶ Solutio. Dicimus q̃ regula intelligenda ē tm̄ de merito vite eterne. Sicut ꝛ qđ dicit q̃ omnia op̄a ex equali caritate procedentia sūt meritoria vite eterne: intelligendū est sicut de merito vite eterne. qm̄ tota vis ꝛ totus effectus merendi vitā eternā cōsistit in caritate. ꝛ licet tota vis merendi alia cōsistat in caritate: nō tamē totus effect⁹. Sicut tota vis cōburendi ligna consistit in igne: non tamē totus effectus. qm̄ effectus cōbustiōis partim cōsistit ex parte materie. qm̄ fm q̃ est minus sicca vel magis sicca citius vl̄ cito minus cōburitur. Eodem modo non in sola caritate erat q̃ xps meretur nobis apertionē ianue cū effectu: ſz in caritate ꝛ in excellentia operis siue magnitudine operis.

Exemplū i naturalib⁹. Ad scām. ¶ Ad scām obiectū dicim⁹ q̃ hec ē duplex. xps ex caritate meruit nobis apertionē ianue. qm̄ si hec dictio ex notet quācūq; causā siue propinquā siue remotā: vera est. si aūt notet causam propriā ꝛ immediatā falsa est. ꝛ fm hoc xps sola voluntate passionis meruit nobis apertionē ianue.

Ad tertiū. ¶ Ad tertio obiectū patet solutio p predicta. qm̄ re vera tota vis merendi consistit in caritate: sed nō totus effect⁹. vñ licet nobis meruerit apertionē ianue vno opere: nō tamē alio.

Ad quartū qo incidēs. ¶ Ad quarto obiectū similiter patet solutio. Sed queritur cū penes caritatē cōsistat tota vis merēdi siue vitam eternam siue aliud: ꝛ penes caritatē cōstat totus effectus merendi alia. vt remissionē pctōr̄ apertionē ianue ꝛ hmōi.

Solutio. ¶ Ad hoc dicimus q̃ caritas est ignis sursū tendens. ꝓpter illam circūstātiā que ponitur in diffinitione eius. sc̄z super oia. vnde fm se meritoria est vite eterne. ꝛ propter hoc tota vis ꝛ totus effectus merendi vitā eternā cōsistit in caritate. ad merendū aūt̄ illa non inclinat se nisi cū inclinat ad materiā sc̄z ad opa. vnde quia non per se sed p opera meretur caritas alia q̃ cadunt sub merito:

Sic soluū tur rōnes. patet q̃ non totus effectus merendi illa consistit penes caritatē. ꝓper hoc patet solutio ad omnia

Contra dicta arguit. preobiecta. ¶ Cōtra predicta sic obicitur. Christus existens in corpore mortali fruebatur deo et erat in statu cōprehēsoris: sed sancti ꝛ angeli dei in patria nō merentur q: sūt in statu cōprehensionis ꝛ fruitionis. ergo cū xps in terra esset in eodē sta tu nichil merebatur: g̃ neq; sibi neq; nobis merebatur. ¶ Solutio. Angeli duplicē habent cōparationē. vnā ad deū in quē mouent motu dilectionis ꝛ fruitiōis est fm hanc cōparationē specialem nichil merent. Aliam vero cōparationem habent ad nos quib⁹ seruiunt humiliādo se ad seruiendū vilissimis hoibus. ꝛ fm illā cōparationez merentur sibi vitā eternā collatā sibi a principio mundi. Eodē modo xps fm q̃ mouebatur diligēdo deū ꝛ fruēdo ipso nichil merebat sibi nec alijs. sed fm q̃ humiliauit se vel cōpatiendo vel p̄dicādo hoibus merebatur sibi ꝛ nobis. ¶ Aliter pōt solui predicta questio vt dicat q̃ alia est ratio de angelis vl̄ sanctis qui sūt in patria: ꝛ alia de xp̄o. qm̄ xps cum esset in terra erat in corpe mortali: ꝓpter hunc statū merebat ipse oibus motib⁹ virtutum etiā motu delectationis in deū. sed non est ita in angelis vel sanctis qui sūt in patria. ¶ Itē christ⁹ quolibet suo motu meruit nobis vitā eternā quod maius est: ergo ꝛ quolibet motu suo meruit nobis apertionē ianue. quod minus est. vel quare non. ¶ Preterea. xp̄us quolz suo motu meret nobis vitā eternā: ergo quodlibet motu suo meruit nobis illud quod est ex necessitate annexū vite eterne. s. aptionē ianue. ¶ Dicimus q̃ per predicta patere pōt solutio. qm̄ xp̄us licet meruerit nobis vitam eternam quolibet suo opere ex natura solius caritatis. sc̄z in cōcr̄tū illud opus est ex caritate pure tamen opus passionis nō fuit op⁹ meritoriū apertionis ianue ex caritate pure: sed in cōcr̄tum erat erat ex caritate ꝛ tā excellens ꝛ tā magnū. ¶ Preterea. Opus qđ est ex caritate tātū. aliud est meritoriū tantū: vt ipm̄ diligere ex caritate. alīd meritoriū ꝛ satisfactoriū: vt elemosine/ ieiunij/martyrij. Humilitas igit̄ passiōis christi nō tm̄ fuit meritoria vite eterne: sed etiā sibi et nobis satisfactoria p̄ pctis primoꝝ parentū. et ideo per eā nobis meruit apertionē ianue. qm̄ p eā datū est sufficiēs precium redēptiōis nr̄e. qr tāta fuit h̄ūilitas in redēptore: quanta superbia fuerat i prevaricatore. hoc ē medicamētū medicatū a sapiente. quo facta est curatio gr̄is hūani p cōtrariū sicut dr̄ in psal. ꝛ in iob. Si fuerit angel⁹. i. dei filius loquens vnū de similibus miserebit ei⁹. In multis est hō similis deo: vt in caritate/iustitia/ꝛ hmōi. Nam ꝛ caritatē poterat habere hō ante aduentū xp̄i: sed verā iusticiā nō poterat habere. qr non poterat satisfacere p pctō originali vl̄ p pctō primoꝝ parentū. Et ideo dr̄ iob. Si fuerit angelus. i. dei fili⁹ qui loquat̄ p eo. i. p hoie vnū de milib⁹. s. nūcias eq̃tatē p eo: miserebit ei⁹. Et dixit deus pater filio suo. libera eū ne descendat in corruptionē. Itē dicit apl̄us Christ⁹ mortuus est ꝓpter delicta nr̄a: sed surrexit ꝓpter iustificationē nr̄am. Fuit em̄ xps mortu⁹ vt nos moreremur pctō: sed surrexit vt resurgerem⁹ in nouitatē vite. ¶ Sed ꝛtra. Mors xp̄i sicut fuit causa destructiōis pctōr̄: ita fuit causa gr̄e ꝛ nouitatis vite in nobis. eodēmō resurrectio fuit cāvtriusq; gr̄e g̃ pot⁹ attribuit iustificationi nr̄e resurrectiōi

Cōfirmatio solutionis.

Passio xp̄i non fuit tm̄ meritoria: sed etiā satisfactoria.

dictū pauli

Cōtra illd dictum aī.

Secundo. christi q̃m̄ morti sue. ¶ Preterea Christus in resurrectione non fuit in statu merendi: quoniam nō habuit corp⁹ mortale. ergo ei⁹ resurrectio nō fuit causa meritoria nostre iustificatiōis. nec fuit alterius modi causa vt videt. ergo simpliciter nō fuit causa nr̄e iustificationis ꝛ ita videt esse falsū qđ dicit apl̄us. Christus resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā. ¶ Solutio. Dicim⁹ q̃ mors xp̄i fuit causa ꝛ meritū ꝛ figura remissiōis pctōr̄. q̃ nobis. causa fuit. quia cōsideratio mortis xp̄i mouet nos ad penitentiā. similiter meritū fuit q̃a mortē sua meruit nobis remissionē pctōr̄. qr ꝓpter hoc passus fuit vt auferret a nobis delicta nr̄a. figura fuit. quia per illā nobis figurauit q̃ sicut ipse mortuus est semel: ita ꝛ nos semel pctō moriamur. ſz mors christi re vera fuit causa et meritū nouitatis vite in nobis. sed nō fuit figura. ideo mortis xp̄i ꝓpriꝰ adaptatur remissio pctōrū: q̃s nouitas vitetatis vite. Sed resurrectio christi fuit causa ꝛ figura nouitatis vite in nobis. nō causa meritoria: q̃a xps non fuit tūc in statu merēdi. sed causa motiua duplicit̄. sc̄z in cōsideratiōe nostra: ꝛ in cōsideratione dei p̄fis. In cōsideratiōe nr̄a qm̄ dū cōsideram⁹ gloriā resurrectiōis xp̄i mouemur ad desiderandum eādē gloriā. ꝛ ita resurgimus in nouitate vite. In cōsideratiōe dei patris. qm̄ de⁹ pater dās resurrectionē filio suo: amore filij sui mouetur ad dandū eādē gloriā fratribus ei⁹. sicut rex quādo facit militē filiū suū: amore filij sui mouet ad hoc vt multos faciat milites cum eo. Figura vero fuit qm̄ sicut christus resurrexit in nouitate vite: ꝛ ita nos in nouitate vite debemus ambulare. Sed licet resurrectio xp̄i fuerit causa remissiōis peccati. causa dico motiua mouens nos ad excutiēdum vetustatē pcti: tm̄ nō est signū vel figura remissionis pctōr̄: ꝛ ideo potius adoptat̄ nouitas vite resurrectiōi xp̄i q̃m̄ remissio pctōr̄. ꝛ ita btūs Grego. sequens verba apostoli dicit de xp̄o. Qui mortē nostrā moriendo destruxit: ꝛ vitā resurgēdo reparauit. ¶ Sed cū hoies quotidie moriantur: nō videtur q̃ xps destruxit mortē. ¶ Dicimus q̃ xps destruxit mortē trib⁹ modis. Prio destruxit mortem. i. pctm̄ vt dictū est. Scdo destruxit mortem id est imperiū siue regnū mortis. qm̄ mors regnauit vsq; ad xp̄m. ante aduentū christi trahēs oēs hoies ad inferos quantūcūq; essent iusti. Tertio modo destruxit mortē: dū in gl̃ia immortalitat̄ resurrexit. ꝛ ita destruxit eā in se. in nobis etiā ia destruxit eā in spe. tēdē ire.

Gregorius ꝓtra hoc aī Solutio. xps destruxit mortem tripliciter.

Iterum aī q̃ homo meretur sibi. ¶ Itē abrahe fcta ē ꝓmissio et de christo nasciturο de semine eius: et de eterna hereditate. Tibi dabo terrā fluētē lac et mel. Probat̄ ergo q̃ abrahā meruit eternā hereditatē. qm̄ si aliq̃s seruiat regi tpali ꝓ bono tēporali meret̄ bonū tpale. g̃ multo fortius si aliq̃s seruiat regi eterno: ꝓ bono eterno sibi ꝓmisso meretur illō. sed abrahā seruiuit deo ꝓ hereditate sibi ꝓmissa: g̃ meruit illā.

Secundo. ¶ Preterea. Caritas ē supra tpus sicut dicit Aug. ergo et eius meritum est supra tpus. ergo debet remūerari ꝓmio qđ sit supra tpus. ꝛ ita abrahā meruit illā hereditatem eternā. qr ꝓpter caritatē dicit̄ de ecclesia q̃ fūdata est supra mūdum. vñ in psal. Qui ipse sup maria fundauit eā. ꝛc̄. ¶ Itē quātūcūq; est bona caritas modo: tātū bona fuit in tpe abrahe: g̃ quātūcūq; est modo pciosa: tm̄ fuit preciosa in tpe abrahe. sed modo est meritoria vite eterne: ergo ꝛ tūc ꝛ ita abrahā meruit vitā eternā padisi: ꝛ ita abraham meruit intrare paradisum: ergo meruit apertionē ianue paradisi: nō ergo oportuit q̃ xps pro morte sua mereret illā. ꝛ ita videt q̃ xps ꝓ nichilo sit passus qm̄ sine morte ei⁹ intrasset hoies paradisum. ¶ Preterea. si abrahā meruit introitū paradisi: ergo meruit introitū paradisi cōtinuo sūt in se: ſz fuit. quia per illā nobis figurauit q̃ sicut ipse mortuus est semel: ita ꝛ nos semel pctō moriamur. ſz mors christi re vera fuit causa et meritū nouitatis vite in nobis. sed nō fuit figura. ideo mortis xp̄i ꝓpriꝰ adaptatur remissio pctōr̄: q̃s nouitas vitetatis vite. Sed resurrectio christi fuit causa ꝛ figura nouitatis vite in nobis. nō causa meritoria: q̃a xps non fuit tūc in statu merēdi. sed causa motiua duplicit̄. sc̄z in cōsideratiōe nostra: ꝛ in cōsideratione dei p̄fis. In cōsideratiōe nr̄a qm̄ dū cōsideram⁹ gloriā resurrectiōis xp̄i mouemur ad desiderandum eādē gloriā. ꝛ ita resurgimus in nouitate vite. In cōsideratiōe dei patris. qm̄ de⁹ pater dās resurrectionē filio suo: amore filij sui mouetur ad dandū eādē gloriā fratribus ei⁹. sicut rex quādo facit militē filiū suū: amore filij sui mouet ad hoc vt multos faciat milites cum eo. Figura vero fuit qm̄ sicut christus resurrexit in nouitate vite: ꝛ ita nos in nouitate vite debemus ambulare. Sed licet resurrectio xp̄i fuerit causa remissiōis peccati. causa dico motiua mouens nos ad excutiēdum vetustatē pcti: tm̄ nō est signū vel figura remissionis pctōr̄: ꝛ ideo potius adoptat̄ nouitas vite resurrectiōi xp̄i q̃m̄ remissio pctōr̄. ꝛ ita btūs Grego. sequens verba apostoli dicit de xp̄o. Qui mortē nostrā moriendo destruxit: ꝛ vitā resurgēdo reparauit. ¶ Sed cū hoies quotidie moriantur: nō videtur q̃ xps destruxit mortē. ¶ Dicimus q̃ xps destruxit mortē trib⁹ modis. Prio destruxit mortem. i. pctm̄ vt dictū est. Scdo destruxit mortem id est imperiū siue regnū mortis. qm̄ mors regnauit vsq; ad xp̄m. ante aduentū christi trahēs oēs hoies ad inferos quantūcūq; essent iusti. Tertio modo destruxit mortē: dū in gl̃ia immortalitat̄ resurrexit. ꝛ ita destruxit eā in se. in nobis etiā ia destruxit eā in spe. tēdē ire.

¶ Itē abrahe fcta ē ꝓmissio et de christo nasciturο de semine eius: et de eterna hereditate. Tibi dabo terrā fluētē lac et mel. Probat̄ ergo q̃ abrahā meruit eternā hereditatē. qm̄ si aliq̃s seruiat regi tpali ꝓ bono tēporali meret̄ bonū tpale. g̃ multo fortius si aliq̃s seruiat regi eterno: ꝓ bono eterno sibi ꝓmisso meretur illō. sed abrahā seruiuit deo ꝓ hereditate sibi ꝓmissa: g̃ meruit illā.

¶ Preterea. Caritas ē supra tpus sicut dicit Aug. ergo et eius meritum est supra tpus. ergo debet remūerari ꝓmio qđ sit supra tpus. ꝛ ita abrahā meruit illā hereditatem eternā. qr ꝓpter caritatē dicit̄ de ecclesia q̃ fūdata est supra mūdum. vñ in psal. Qui ipse sup maria fundauit eā. ꝛc̄. ¶ Itē quātūcūq; est bona caritas modo: tātū bona fuit in tpe abrahe: g̃ quātūcūq; est modo pciosa: tm̄ fuit preciosa in tpe abrahe. sed modo est meritoria vite eterne: ergo ꝛ tūc ꝛ ita abrahā meruit vitā eternā padisi: ꝛ ita abraham meruit intrare paradisum: ergo meruit apertionē ianue paradisi: nō ergo oportuit q̃ xps pro morte sua mereret illā. ꝛ ita videt q̃ xps ꝓ nichilo sit passus qm̄ sine morte ei⁹ intrasset hoies paradisum. ¶ Preterea. si abrahā meruit introitū paradisi: ergo meruit introitū paradisi cōtinuo

Tertio.

Quarto.

Solutio.

Exemplum Abraham meruit heditatē quaz non potuit ex se obtinē

Iterum aī.

In oppm̄.

¶ Cōtra xps nō habuit maiorē cognitionem de deo post resurrectionē q̃m̄ ante. nec maiorē charitatē. ꝛ sic de alijs ꝛtutibus. g̃ nō habuit maiores ꝛtutes post q̃s aī. ergo nō fuit beatior q̃m̄ ante.

Solutio. ¶ Ad cōcedim⁹ hac rōne. qm̄ btūdo ꝓprie ꝓsistit in ꝛtutibus. vñ patet q̃ hec ē fla: btūdo eterna ꝓsistit in stola aīe ꝛ stola corpis. immo cōsistit in stola aīe. qm̄ sola aīa cognoscit: diligit: fruit deo. qđ est esse beatū.

Ad primū. Ad scām. ¶ Ad scām dicim⁹ q̃ hec est falsa: felicitati xp̄i aī passionē fuit admixta miseria. vt intelligat̄ de ꝛa miseria. qm̄ sicut vera btūdo consistit in virtutibus: sic vera

miseria consistit in peccato. Aſi beatitudo christi quā habuit ante passionē nō habuit aliq̄d ad mi
tum de suo cōtrario. qſi passibilitas: mortalitas:
pauptas nō ſūt vere miserie. et ſi dicaſ miserie:
nō tamē habent ꝓtrarietatē ad verā btitudinem
Alia q̄stio incidens. que est in aia: licet habeant ꝓtrarietatē ad btitu
dinē que est in corpore. ¶ Itē querit vtrum post
resurrectionē habuerit xps maiorē coronā q̄ an
Aſ q non. te meruerit. ¶ Probatio q nō. qſi christus cum
moriebaſ habebat maximā charitatē quātācūq;
poterat ei dare deus: ergo ea meruit maximū p̄
miū. sed nō potuit habere maius premiū q̄ maxi
In oppm. mum. ergo post resurrectionem nō habuit maius
premiū q̄ ante meruerat. ¶ Cōtra. Deus semp
remunerat supra meritū: z punit citra ꝑdignū: er
go maiori p̄mio remūerauit christū q̄ meruisset.
qſi Uniuerse vie dñi mia z ꝓitas. In premio xp̄i
apta est iusticia. q; illud meruit. sed in quo sit mi
sericordia nō videſ nisi remunerauerit ipsū supra
Secundo. meritū. ¶ Preterea ūr in euāg. Mensurā bonaz
z confertā z coagitatā supefluentē dabūt in sinū
vestrū. Si ergo christo data est mensura supefflu
ens: ergo datū ē ei maꝰ premiū q̄ meruit. ¶ So
Solutio. lutio. Christus inter hoies est exēpte excellētie.
qſi ab instāti cōceptiōis data sunt eis carismata
nō ad mensurā. vnde nō tenet illa regula in chri
sto: deus remunerat supra meritū. qſi meritū ei⁹
fuit dignū premio maximo: ꝓpter maximā carita
tem quā habuit. et in premio christi fuit mia non
Per hoc ad rationes. q̄tū ad essentiā premij sed q̄tū ad fundamentum
premij eodē modo nō q̄tū ad eēntiam premij sed
q̄tū ad fundamētū fuit in ipso supefluentia: qſi
data est ei gratia supra mensuram.

¶ De effectu meriti. Capitulum. 8.

Prima q̄o Aſ q sic p augustinū. ꝓtra sc̄am ptē illius aucto.

Icto de merito christi: dicendū ē de ef
fectu meriti. scz de redēptiōe gñis hūa
ni. z querit vtrū alio modo potuit redi
mi genus hūanū: q̄ per mortē filij dei.
Uideſ q sic. qſi dicit Augu. q aliꝰ modus nostre
liberatiōis fuit deo possibilis: sed nullus nre mi
serie sanande fuit cōpetentior. ¶ Cōtra. Deꝰ po
tuit sola volūtate sua nobis ꝓferre imortalitatē z
eternā salutē: ergo pro nostra salute nō oportuit
filiū dei cōtumelias pati/crucifigi/ z iudeos exe
cari. maximas ergo expensas fecit deus p libera
tione nostra: z sine oibus expensis potuit nos li
berare. qſi sola voluntate. ergo alius modus nre
Solutio. liberatiōis fuit cōpetentior. ¶ Solutio. Hec vl
Ad hanc ra tima argumētatio non valet. qſi si sola voluntate
tionem. nos liberasset: euacuatū esset libeꝝ arbitriū siue
Augustinꝰ meritū liberi arbitrij. Dicit enī aug. in lib. de ꝑ
religiōe. q meliores iudicaret deus seruos suos:
si liberaliter eidē seruirent. per hoc enī magꝭ pla
cet dño seruus: z seruus magis gaudet in premio
z securius Inde ē q dñs noluit saluare hoiez nisi
saluo merito liberi arbitrij. nō potuit cōpetenti⁹
liberare hoiem q̄ sic. qſi nō potuit liberū arbitri
De excellē tia incarna tionis. um magis accedere ad suū amorē q̄ per incarna
tionem et mortē filij sui. sicut ipsemet vt Maiorē
caritatē nemo habet. z̄. maiorē charitatē. i. ma
ius signū dilectionis. Non enī alia via pōt amor
Alia causa. magis allici: q̄ per signū dilectionis. ¶ Preter
ea. Ideo nullus alius fuit cōpetentior: q; nullus
morbus cōperēt⁹ curaſ q̄ per suū ꝓtrariū. opor
tuit enī q sicut purus homo voluit ascendere ad
excelsa dei per supbiā suā: ita purus et verus deꝰ
descēderet vsq; ad infima hoiꝭ scz vsq; ad mortez
crucis. z sic per ꝓtrariū facta est ꝑfectio curatio
nis humane. ¶ Aliꝭ dicūt q nullo modo alio po
tuit redimi genus hūanū q̄ per mortē filij dei. et
hoc volūt dicere q deꝰ ꝓmisit p prophetas z per
adā qui hoc vidit in extaſi q deus p mortem filij
sui liberaret genus humanū. Iꝭ iustū erat q ꝓmis
sum impleret: ergo iustū ex ꝓmissiōe q filius dei
morereſ p hoiē. sed deꝰ qui est sūma iusticia non
pōt negare seipm q̄n faciat q iustū est. ergo neces
sariū fuit a principio cōmissionis q filiꝰ dei more
retur. ergo genꝰ hūanū aliter non potuit redimi
vel liberari nisi per mortē filij dei. Quod ꝓcedūt
quidā z exponūt verba Augustini sic. Aliꝰ mo
dus nr̄e liberationis fuit possibilis deo. i. non de
impotētia fuit q aliter nō potuit liberare: sed de
ꝓmissiōe. quasi diceret Aug. si respiciam⁹ ad pu
ram potētiā dei: alius modus fuit possibilis deo:
scz q̄tum ad potentiā purā. sed ꝓpter ꝓmissionē
que iam facta erat: necessariū erat filium dei esse
passurū: z sic redimendū genus hūanū. Dicit igi
tur Aug. de deo q̄ per se nō verū erat sed per ac
cidens scz per promissionē q̄ facta erat simplici
ter nō fuit alius modꝰ possibilis deo nostre libe
ratiōis vel redēptionis. ¶ Sed hec opinio sustī
nerī nō pōt. qſi ꝑm hoc sequereſ q oīa q̄cūq; pro
misit deus de necessitate essent futura: et q oīa q̄
predixit necessario essent futura. qſi eius ꝓmitte
re nichil aliud est q̄ predicere. ¶ Ad hoc dicim⁹
q si verbū ꝓmittendi importet obligationē verū
est quod dicit scz q iustū erat deo implere ꝓmis
sum. sed ꝑm hoc deus nunq̄ promisit filiū suū na
sciturū vel moriturū. qſi non obligauit se ad hoc
Si ꝯo verbū ꝓmittendi importat simpliciter bo
ni ꝓdestinationē sine obligatione: tūc falsa ē hec.
iustū erat q deus impleret ꝓmissū: imo misericor
die erat q impleret bonū q̄ predixerat. deꝰ enī
preuidet res ꝓut sunt future siue necessitate siue
in contingentia in qua sūt future. z eodē modo p̄
dicit bona futura. Et cū p̄dicit bona futura nō iō
se obligat. sicut homo cū predicit se daturū aliq̄d
alicui: non tñ intendit se obligare. nec talis ꝓmis
sio si debeat dici promissio est obligatoria. z ita nō
fuit necessariū post talē ꝓmissionem filiū dei esse
incarnandū vel moriturū. Item sup illud apostо
li ad Hebr. Dicebat eū propter quē oīa z̄c. dicit
Aug. Nisi xps morereſ: homo nō redimereſ. znō
redemptus piet. Q̄ si esset frustra fctā fuissent
oīa. ad idē falsa etiā esset p̄destinatio de filiis ad
ducēdis. sed impossibile erat q falsa esset predesti
natio dei: z q frustra facta essent oīa: ergo impos
sibile erat q filius dei nō morereſ. siue xps non
morereſ. ergo necessariū erat christū esse moritu
rum. z ita nō fuit alius modus nostre liberatiōis
deo possibilis. ¶ Ad hoc dicunt quidā q hec di
ctio redimeretur. dupliciter potest sumi large: vt
idem sit redimere q liberare. stricte: vt idē sit re
dimere q liberare cum solutione iusti precij. In

alia opinio

ꝓbatio.

Cōcedunt quidam.

Cōtra hāc opinionem arguitur.

Solutio.

Solutio. Fz aliquos.

prima significatione est hec falsa: si christus non
morereſ tur homo non redimeretur. quoniā aliter
potuit redimi. i. liberari. Sed in secunda signifi
Nota dilī genter. catione est vera. qſi nullum fuit aliud precium vl
satisfactio p peccato humani generis nisi mors
filij dei: z sic oportet sumi in auctoritate apostoli
Cōtra hoc arguitur. ¶ Sed secundum hoc videtur esse falsum quod
sequitur in eadē auctoritate. s. et non redemptus
periret. qſi aliter potuit liberari q̄ per redēptio
nem. quoniam sola voluntate dei potuit liberari
Secundo. sine omni satisfactione vel precij solutiōe. ¶ Itē
videtur impossibile quod sequitur in eadē aucto
ritate: q falsa esset predestinatio de filiis ad quaz
Solutio. impossibile est q p̄destinatio dei sit falsa. ¶ So
lutio. Cū dicitur hō redēptus non periret. subin
telligitur repeti hec dictio si. sub hoc sensu. si ho
mo nō esset redemptus periret. si ergo hec dictio
redēptus intelligitur large: vera est. siue hec dic
Exēplum. tio si. teneatur consecutiue siue adiunctiue. si ve
ro stricte falsa est secūdū q hec dictio si. teneatur
consecutiue. Si autē tenetur adiunctiue vera ē.
sicut si diceretur alicui demonstrata via periculo
sa. si vadis per istam viā interficeris a latronib⁹.
quasi diceret. vir contigisset hoiem saluari nisi p
mortē filij dei. qſi nullus alius modus nostre libe
Ad vltimū rationis potuit esse ita efficax sicut mors filij dei.
¶ Ad vltimo obiectum dicim⁹ q impossibile erat
q p̄destinatio dei esset falsa: sed auctoritas est in
telligenda sic. falsa esset predestinatio de filio si.
ad. i. falsum esset illud quod predestinatū erat ab
eterno de filio a. quoniaz predestinatuz erat q p
mortem et resurrectionē filij dei adducerentur a
primogenito filio dei oēs filij dei in vnā ecclesiā
triumphantē. et loquitur apſus sicut ꝓpheta qui
Dictum ambrosij. dicit Utinā non haberem spiritum z mendacium
loquerer: vt illud q ego loquor esset falsum: z nō
loquerer aliud a spiritu sancto. Cōsimiliter rñdē
dum ad auctoritatem Ambrosij super illuz locuz
ad Hebreos. et ideo noui testamēti est mediator.
z̄c. vbi dicit q tantum fuit pctm̄ nostrū vt saluari
non possemus nisi vnigenitus filius dei morereſ
pro nobis debitoribus mortis. quasi diceret. non
fuit alia via ita facilis et secura nostre saluti sicut
per mortem filij dei. magna enī securitas est ha
bere tantū ducem in via huius mundi. Item dic
tum est q nullus alius modꝰ fuit cōpetentior nо
Tres cause stre miserie sanande q̄ p mortem filij dei. et assig
nande sunt su p hoc tres cause. ¶ Prima est me
ritum liberi arbitrij. Secūda est modus sanandi
per contrarietatem. Tercia causa est quia voluit
nos ita liberare vt per talē moduz nos instrueret
et informaret in hoc q magis diligeremus vince
Augustinꝰ re per iusticiā q̄ per potentiam. vñ Aug. loquēs
de xpo dicit ꝓtius omisit quod potuit: vt ostēde
ret quod oportuit. omisit enī potentiam: vt osten
deret iusticiā. Quomodo autez per iusticiā vicit
Augustinꝰ xps diabolū ostendit aug. dicēs. q; diabolus mi
sit manū in illū in quo nichil iuris hēbat: iustum
fuit vt amitteret illos in quibus aliquid iuris ha
ꝓtra ista aſ bere videbatur. ¶ Sed ꝓtra. Diabolus misit ma
num in hieremiam in quo nihil iuris habebat: qſi
sanctificatus fuit in vtero. ergo per hoc q misit
manū in hieremiā debuit amittē oēs alios hoies
q̄ p mortē hieremie potuit liberari gen⁹ hūanuz
¶ Forte dicet q iz hieremias fuerit sctificat⁹ in vtero: non tñ penitus fuit mundatus ab origina
li q̄nia fuit debitor pene pro originali: vnde descē
dit ad inferos. et ideo diabolus aliquid iuris ha
bebat in eo: qſi non erat immunis penitus a pctō
¶ Sed cōtra. Constat q dñs potuit creare ali- Ꝓtra hāc aſ
quē nouū hominem sicut creauit adam immunez
ab omni peccato. et debito peccati. q̄si diabol⁹
misisset manum in talē hominem in quo nichil iu
ris habuisset amisisset omnes illos in quibus ali
quid iuris habere videbatur. ergo per talem ho
minē potuit genus humanum liberare. et ita vi
detur q alius modus fuit competentior nostre li- Solutio.
berationi ¶ Solutio. Re vera per mortem hiere
mie non potuit dñs liberare genus humanū. qſi
licet non haberet originale: tamē debitor erat pe
ne p originali. s. descensus ad inferos. sicut beat⁹
Johannes baptista sanctificatus in vtero dixit. Exponit di
Ego a te debeo baptizari. i. a peccato originali ctū iohis.
penitus mundari. Et ſi dominus creasset nouum
hominem per illum non potuit redimere genꝰ hu
manū. qſi non esset sufficies premiū: nec curatio
facta esset per cōtrariū. quorū vtrumq; fuit i xpo
Nota ſi si dominus curasset genus humanum sola vo
luntate: non fecisset iniuriam diabolo. quoniā dia
bolus non erat nisi custos carceris et detinebat
iniuste hominē q̄tum in se erat. tamen homo de
tinebatur iuste a diabolo. Tamen manēte dei de
creto non poterat deus liberare genus humanū
nisi per mortem filij sui. qſi ex quo primus homo
peccauit: decreuit deus pater q nullus homo de
cetero intraret paradisum nisi ꝓius satisfactum
esset ei de illo peccato. quod non potuit fieri nisi
per mortem filij dei. cū enim adam esset reus le
se maiestatis. per hoc q voluit rapere diuinitatē
commisso eius: dānata fuit eius posteritas tota:
siue totum genus humanū. Totius autē generis Necessitas
humani non potuit esse sufficiens precium: nisi ho- mortꝭ xp̄i.
mo qui valeret omnes hoies: et cuius humilitas
tantum placeret deo in contrario: q̄tum displi
cuerat ei superbia primi parentis. et talis non po
tuit esse nisi homo deus. vt patz ex predictis. Aſi
Aplꝰ dicit q christus sustulit de medio cyrogra Paulus.
phū. i. memoriā decreti dei affligens illud cru- Ysaias.
ci: vt non de cetero iudicetur homo scōm cirogra
phū qui deletus est per mortem filij dei. vñ Isa.
dicit de christo. Disciplina pacis super eum et li
uore eius sanati sumus. Tñ diabolus manum po
suisset in hoiez nouum in nouitate. de quo dictuz
est. Justū fuisset vt amitteret illos in quibus. z̄c. Nota bene
Justum dico fuisset q̄tum ad diabolum cuius lō
ga prescriptio vel quasi prescriptio rupta fuisset
merito per tale factum. sed non fuisset iustum q̄
tum ad deum cui oportebat satisfieri. ¶ Sed cō- Ꝓtra ista aſ
tra. Diuina iusticia exigebat q satisfaceret p pec
cato primi parentis: sed non poterat satisfieri nisi
per mortem filij dei: ergo necessarium erat filiuz
dei esse moriturum. ¶ Item super illud apli ad Secūdo p
Ro. Sicut per vnius homis inobedientiā multi augustinuz
sunt peccatores constituti: ita per vnius homis

obedientiam multi sunt iusti constituti. dicit. Augus. Nota ꝙ non ait per vnius dei vel verbi: sed per vnius hois obedientiaꝫ. Ne putes antiquos solo verbo dei. i. solius verbi fide, sine fide: incarnationis liberari: sine qua nec moderni nec ātiqui liberari potuerūt. Illa enī fides est sana qua credimus nullū hoīem siue maioris siue paruule etatis liberari a cōtagione mortis antique ꝛ obligatione pcti qō contraxit a prima natiuitate: nisi p vnum mediatorē dei ꝛ hoīm ihesū xp̄m. sed necessarium erat genꝰ hūanū liberari. aliter enī frustra facta essent oīa ꝙ necessariū erat ipm liberari per fidē incarnatiōis et passionis ꝛ per hoīem mediatorē. ergo necessariū erat filiū dei esse incarnādū et morituꝝ. ¶ Solutio. Dicimꝰ ad primū ꝙ diuina iusticia exigebat ꝙ iuste liberaretur genꝰ hūanum: nō quia exigeret ad hoc ex necessitate satisfactionem ꝛ simpliciter: sed ad hoc vt melius/leuius/dulcius/cōpetentius liberaretur. nihil em̄ ita dulce est sicut audire ꝙ xp̄s filius dei passus est et mortuꝰ p redēptione gn̄is hūani. Tanta ꝛ pena sine miseria quā passus est filiꝰ dei pro emēda fuit de iusticia: non ex iusticia hoc necessitate exigēte sicut dictū est. sed exigente hoc vt ꝓpetentius fieret liberatio gn̄is hūani. ¶ Ad scōm obiectū dicimꝰ ꝙ Aug. loqtur cū quadā suppositiōe. cū ei ōt ꝙ nullus vnq̄ potuit saluari sine fide incarnationis et mediatoꝛ dei ꝛ hoīm. hoc dicit cū hoc supposito ꝙ filius dei eēt incarnādus. quod quidē verum erat: sed nō necessariū. Itē dictū est ꝙ deꝰ redemit nos per iusticiā: non per potēriam. ¶ Sed contra. Aplꝰ dicit Hō ex opibꝰ iusticie q̄ fecimꝰ nos: sed m̄ suā miam saluos nos fecit. ꝙ deus saluos nos fecit p miam: nō per iusticiā. ¶ Solutio Non per iusticiā nr̄am fecit nos saluos: sed per iusticiam xp̄i. i. non p meritū nr̄m sed p meritū xp̄i. quod meritum xp̄i fuit iusticia q̄tum in se sed mia q̄tum ad nos. vnde circūspecte dicit aplus Non ex operibus iusticie q̄ fecimꝰ nos: sed q̄ fecit xp̄s. Et notāduꝫ ꝙ cuꝫ tres assignauerimꝰ causas quare deus voluit liberare genus hūanum per mortē filij sui: cum alio modo posset liberare. alias tres causas superaddimus. Prima est. vt sicut ipe fuit creator gn̄is humanitatis ipse eēt recreator. et redemptor. vt omnes gratie ad ipm retorq̄rentur: ꝛ flumina gr̄arum ad locum vnde exierāt reuerterent. Unde ipe dicit per Isaiaꝫ Ego te feci ꝛ ego ferā. quasi diceret. ego te creaui et ego te p passionem recreabo. vñ ipe iterū dicit p Isai. Gl̄iam meam alteri non dabo. qō faceret si alius esset redēptor ad quē referētur gr̄e liberatiōis. Scōa causa est. vt q̄ potēs fuit ꝓditor infūdere x̄tus pcti ꝛ mortis: tā potēs eēt redēptor infūdere gr̄am vnificātē. qō nō potuit eē nisi eēt deus. vñ aplꝰ Sicut in adam omnes moriūtur: ita in xp̄o omnes viuificabuntur. Tertia causa est qꝛ deus prima creatione fuit in vera possessione gn̄eris hūani. ꝙ possessionem illā quā amiserat per pctm̄ recuperaret: quiēs fuit vt propriuꝫ pciū daret p qō redimeret suā possessionē. vt esset redēptor. i. iterū ēptor. i. iterem p emptionē possessor. ¶ Itē dñs potuit p aliquē hoīem innocentē de nouo creatū liberare

Solutio ad primū.

Ad scōm.

Ponit hic alias tres causas.

Ysaias.

Scōa cā.

Paulus.

Tertia cā.

Itez cōtra dicta af.

Solutio.

gen⁹ hūanū: et si nō redimere et si placuisset ei. et sic ꝛ alio modo potuit liberare nos q̄ per mortez nlij dei. Iste ꝙ modꝰ quo nos liberauit: aut ē melior illo/aut eque bonus/aut minus bonꝰ. Si melior et potuit alio modo liberare. ꝙ potuit dimittere mai⁹ bonū pro min⁹ bono. sed hoc est op⁹ stulticie et malicie: sꝛ dimittere maius bonū pro minus bono. ꝙ non potuit cadere in deū. Si minus bonū ꝛ ipse dimisit illud. ꝙ dimisit maius bonū. p minus bono: ergo nō est optimꝰ nec optime agēs et hoc est falsum. Si autē eque bonꝰ: et vtroq̄ potuit nos liberare. ꝙ non fuit maior ratio quare potius liberauit nos isto modo q̄ alio modo. vel si fuit aliqua rō ille modus fuit rationabilior et ꝓpetentior. et ita melior. qō ꝓnegatū est. ¶ Solutio Iste modus quo nos liberauit fuit melior oī alio modo. ꝛ hec est duplex: deꝰ potuit dimittere maius bonū pro minus bono. si intelligiē coniūctum falsa est. q̄m impossibile ē hoc totū ꝙ deus dimittat maius bonū pro minus bono. omni extrinseca ratiōe remota. si aūt intelligat diuisim: ita ꝙ hec dictio potuit respiciat subiectū sine accidētevera est. q̄m potuit dimittere hoc pro illo. sed si hoc faceret nō illud eēt melꝰ. ¶ Itē dñs redemit nos a diabalo: ꝙ per pciū datū diabolo. ꝛ dedit se pciū: ꝙ dedit se diabolo. ¶ Solutio. Hec argumētatio nō valet. dñs redemit nos per pciū datuꝫ diabolo: ꝙ dedit pciū diabolo. et ēibi fallacia fm cōseq̄ns. q̄m fit ibi ꝓcessus a suptori ad inferi⁹ affirmando. qꝛ redimere ꝓcio dato supius est dare pciū diabolo. q̄m diabolus detinuit homies in carcere tanq̄ custos. custodi autem carceris non solūtur pciū: sed dño carceris. deus ei est dñs inferni: et ita pciū illud dandū erat et reddēdū deo pri. Ex hoc ptz ꝙ deꝰ destruxit regnū diabo li. qō dupliciter pōt intelligi. regnū diaboli. i. dominium eius destruxit. q̄m ante passionē xp̄i diabolus trahebat ad inferos oēs hoies etiā bonos quod dñium dñs abstulit ei. tū dñium illud erat ex permissione dei: nec erat verus dñs nisi vsurpatiue. Alio etiā modo dñabat diabolus mundo q̄m plures erāt demoniaci āte aduentū xp̄i q̄ modo sint Et ideo dr diabolus habuisse duas manꝰ. manū attrahentē qua trahebat oēs ad inferos. q̄ amputata est ei q̄tū ad bonos. ꝛ manū flagellantem q̄ debilitata est. q̄m non hz tantā ptātē intrādi in corpa hoīm ꝛ eos vexandi sicut solebat. vexat tū bonos ad exercitiū vt prius. scō modo dr regnum diaboli destruxisse. i. pctm̄.

Tertio per augustinū.

Quarto.

Solutio. Hec est duplex.

Iterum af.

Solutio.

Falla q̄nt.

De⁹ destruxit regnum diaboli qō ē duplex.

Duplex ma nꝰ diaboli.

¶ De statu xp̄i in triduo. Cap. 9.

Vltimo queritur. de statu xp̄i in triduo. ꝛ primo vtrū christus fuerit hō. scō quomodo intelligēdum sit ꝙ xp̄us fuit totꝰ in sepulchro: sed nō totꝰ. tertio vtrū concedēda sit hec ꝓpositio Jesus est hō. quarto vtrū christꝰ fuerit tūc redēptor/vel mediator/vel hostium. ¶ Q; christus fuerit hō tunc. ꝓbatur qa de xp̄o dr Tu es sacerdos in eternum. ꝙ nunq̄ desijt esse sacerdos: ꝙ in morte non desijt esse sacerdos: ergo in illo triduo fuit sacerdos. sed nō fuit sacerdos nisi q̄m ꝙ hō. ꝙ in illo triduo fuit hō. ¶ Item Scō ꝓ da Joh. Dama. dicit anathema sit qui dixerit filiuꝫ masculum

Pria q̄stio.

Af ꝙ sic.

Scō ꝓ da masculum.

¶ Dicim⁹ q duo sunt in anima: intellectus ⁊ affect⁹: in intellectu delectamur in prima veritate immediate: ſz affectu in prima bonitate: dū absens est nec adhuc possidetur: scilicet expectando ⁊ diligendo: cuz autē presens est et possideturꝫ vnico modo. s. diligendo: cū ergo largitas referatur ad bonitatē dei duz absens est nec possidemus adhuc eā delectamur in ipsa duobus modis: sed quādo erit pñs ⁊ possidebimus eā et quicquid habet dare nō delectabit in ipsa nisi diligendo. q̄ ex toto euacuabitur illud quo vis irascibili delectamur in deo ſz expectare nec remanebit in vi irascibili quo delectemur in deo immediate. vis em̄ intellectiua ꝓprie est ad verū: vis concupiscibilis ꝓprie est ad bonū vis irascibilis ꝓprie est ad remouendū impedimenta vie: q̄ dicit ad bonum: nec est ad bonū nisi expectando se

Solutio. Duo in aīa intellectus et affectus

Nō de tribus viribus peruenturam ad iſm quasi per bella.

¶ De caritate. ¶ Sextus tractat⁹. Cap⁹. primū.

DIcto de fide et spe. sequitur de caritate de qua hoc ordine agendū est. Primo de essentia caritatis. Scōo de ordine caritatis. Postea de alijs questiōib⁹ que circa caritatē versantur. Agētes de essentia caritatis. Primo dicem⁹ de diffinitione eius. Secundo vtrū caritas sit spēs specialissima. Tertio. vtrū eodē motu numero diligit deus ⁊ prim⁹. Quarto. vtrū possibile sit q equali motu caritatis diligatur deus ⁊ prim⁹. Quinto quomō dilectio dei assignata. sit causa dilectiōis primi. vt ōr btūs Greg. Sexto ⁊ vltimo quomodo caritas sit forma virtutum.

Utruz differentis sit caritatis

¶ Apostol⁹ ita diffinit caritatē. Caritas est finis precepti de corde puro ⁊ cōscientia bona ⁊ fide nō ficta. Cōtra hāc diffinitionē multipliciter obicit.

Diffinitio caritatis.

¶ Primo cōtra primū mēbrū sic. Sol⁹ spūsctus est finis precepti. i. operū q̄ a deo precipiunt. Sz contra hāc diffinitionē ar⁹

Secundo p glosam.

que fuit opinio mgr̄i pe.lō. ¶Itē. sup istū locuz dicit glo. q; oia bona opera q̄ sunt in p;ecepto tendunt ad caritatē: g̃ habēs caritatē oibus operib⁹ suis bonis tendit ad caritatē. z ita tendit ad illud quod habet qō est ociosū vel impossibile. qm̄ si im possibile est q; motus nature sit ociosus. multofortius impossibile est q; motus caritatis sit ociosus

Tertio.

¶Item. hoc mēbrū caritas est finis p;ecepti cō uenit omni caritati z soli. qm̄ sola caritas est ipletio legis: ergo residua membra ponūtur superflue ibi.

Quarto.

¶Item. hec dictio corde ponitur ibi p;o intellectu. vnde in Isa. Redite preuaricatores ad cor. i. ad intellectū. aut hoc intelligit̄ de intellectu vt aie aut de intellectu dono Si dev̄ aie hoc videt falsuz. qm̄ caritas est a sola gratia dei: ergo nō ex vi anime. Si dono: iterū falsum est. quoniaz caritas precedit oia alia dona et primum donum. s. timoris dñi. Fides em̄/spes caritas/ sunt theologice virtutes z prime oim virtutū.

Quinto.

¶Item. notandum q; p;oscientia ponitur ibi p;o spe. qm̄ qui purā habet conscientiā retrahit se a spe z fide non ficta i. non simulata vel non ficta. i. non fictili siue non fragili. sed inter aduersa forti: g̃ caritas procedit ex fide z spe. hoc etiā vult auctoritas ista. Abraham genuit Isaac Jacob. i. fides spem: spes caritatem.

Abrahā genuit Isaac. ¶Sz cōtra. Omnes infundūtur virtutes simul: ergo nulla est causa alterius ¶Cū ergo dubitatio sit de qualz pte predicte diffinitiōis est quedam dubitatio de tota diffinitiōe. qm̄ in hac tota diffinitione non ponitur substantialis differentia caritatis. Quod probatur per hoc quoniam substantialis differētia sumitur respectu primi z principalis actus ad quez est res. Sed caritas primo loco se habz ad diligere. sicut fides ad credere: et spes ad sperare. Patet g̃ q; non ponit in hac tota li diffinitione substantialis differentia: g̃ illa diffinitio non est bene assignata.

Contra hoc arg.

¶Solutio. Ad primū dicim⁹ q; hec argumentatio non valet. Solus spūssanctus est finis p;ecepti. Sed caritas ē finis p;ecepti: ergo caritas est spūssanct⁹. Instātia. Iste tenet solū frenū et tenet equum: ergo frenum est equus. qm̄ vbi vnum propter alterū vtrobiq; totum. caritas enim ideo dicitur finis p;ecepti: quia coniungit mentem humanam dilectioni spiritussancti. Ō autez falsa sit opinio magistri pe. l. probatur per hoc quia quantū potēs est prima caritas que deus est ad inflāmandum affectū ad diligendum. tam potēs est p;ima lux ad illuminandum intellectum ad credendū. ergo sicut prima lux non illuminat intellectū ad credendū nisi per medium habitū qui est fides: .ita prima caritas non inflammat affectum nisi medium habituz qui est caritas creata.

Solutio. Ad primū. Instantia. Caritas est finis p̄cepti Opio mgr̄i est falsa.

Sc̄o p;ra magistrum

¶Itē. sanctus homo quā do dormit nec diligit deum actu nec habitu: ergo non habet caritatem. Si autē dicatur habere caritatē p;opter solā potentiā diligendi: ergo pessimi homines habent caritatem: quia habent potētiam diligendi.

Tertio.

¶Item. iste vir sanctus habilis est et promptus ad diligendū deū ergo habet habitum ad diligendū deum. Sed constat q; ille habitus est virtus potius q̄ ali⁹ habitus: ergo caritas est habitus creatus quod est cōtra magistruz qui dicit q; fides ē habitus creat⁹. z spes similiter caritas. non.

Ad sc̄m. Finis capit tripliciter.

¶Ad sc̄m dicimus q; caritas est finis p;ecepti. sed finis tripliciter accipitur Est ei finis consumptionis. vt cum dicitur. candela finitur. i. consumitur Est finis cōsūmationis. vt hic. domus finitur. i. cōsummatur. Est finis terminationis. vt hic. ager iste finitur hic. i. terminat. Caritas dicitur finis duobus vltimis modis. qm̄ caritas est consummatio siue adimpletio oīs p;ecepti. sicut dicit Apostolus. Est etiā caritas terminatio omnis p;ecepti. qm̄ omnia bona opera que sunt in p;ecepto tendūt ad caritatem ratiōe locū ditatis que est annexa caritati que iocunditas est pars mētis ad quā tendūt omnia bona opera hominum. z habēs caritatē suis operibus tendit ad illam. licet habeat eā: non tamen ociose. quoniaz tendit vt eā magis habeat. vnde in Ecclesiastico.

Ecclesiastici Ad tertiū

Qui edunt me adhuc esurient. zc̄. ¶Ad tertium dicimus q; prima pars illius diffinitionis nō conuenit soli caritati: sed z fidei z spei. Principalius autē caritati. qm̄ caritas principaliter mouet ad opera. qm̄ ipsa est dulcedo mentis per quam homo seruit deo libenter bonis opibus.

Ad q;tum.

¶Ad aliō dicimus q; ibi sumitur corde p; intellectu. sicut dicit Augustinus. s. p;o intellectu qui est vis anime siue p;o iudicio ipius. Per intellectū eni q̄ est vis aie et per eius iudicium p;eparat se aia rationalis vt sit susceptibilis fidei spei/z caritatis. z ita intellectus ille est principiū oim virtutū materiale z ab eo procedunt oēs virtutes non effectiue: sz materialiter. effectiue autez a deo.

Augustin⁹

¶Ad aliud dicim⁹ q; caritas p;cedit ex fide et spe tāq; ex causis suis originalibus: tamen oēs virtutes simul infunduntur et simul sunt per naturā cōnexionis nō per naturam causalitatis.

Ad q;ntū.

¶Ad vltimū dicim⁹ q; hec argumētatio nōvz. In hac diffinitione non ponitur substantialis differentia: g̃ diffinitio non est bene assignata. Est ei tripler diffinitio phisica/logica/ et theologica. Philosophus eni diffinit res p; materiam. logicus per formā. theologicus per finē. Unde diffinitio phisica est materialis sicut illa. Ira est accessus sanguinis circa cor. logica diffinitio est formalis q̄ constat ex genere z differentijs vt hic. Ira est appetitus contrarij doloris. Diffinitio theologica est finalis: q; datur in habitudine ad finē vltimū. vt predicta diffinitio caritatis. Est igitur sensus. Caritas est finis p;cepti. i. caritas p;etat cor in suo bono per q̄ ipsa est finis oim p;eceptorū siue oim bonoz̄ operuz que sunt in p;ecepto. Patet g̃ q; non valet predicta argumentatio. qm̄ tantū logica diffinitio exigit substātialem differentiam.

Ad vltimū. Tripler diffinitio. Diffinitio phisica. Diffinitio logica. Diffinitio theologica exponē diffinitio caritatis.

¶Utrum virtus que est caritas sit species specialissima.

¶Secunda questio huius capituli.

Af q; non.

Queritur vtruz virtus que est caritas sit species specialissima. probatur q; non: quia sapiētia que est de diuinis est aliō donum q̄ scientia que est de humanis: ergo eadē ratione: alia est dilectio dei q̄ dilectio proximi.

Solutio. Est vnica

¶Ad hoc dicimus q; vnica virt⁹ spē est caritas qua diligitur deus et qua diligitur proxi-

p̄ caritas.

mus. nec ē simile de sapiētia z scientia. qm̄ per sapientiā cognoscuntur alique dispositiones q̄s per sciētiā z de alio subiecto. Sed cū caritas sit volūtas et diligere velle eiusdem rei principaliter est voluntas qua diligitur deus et qua diligitur p;oximus: qm̄ dilectio qua aliquis diligit deū est voluntas qua vult ei summuz bonū qō habet. s. q; sit omnipotēs summe bon⁹ et hmōi. dilectio qua aliquis diligit p;oximū est voluntas qua vult et idē summū bonū. licet nō per essentiā: sed per gratiā.

Dilectō dei et dilectio p;oximi.

¶Sed obijcitur. Cōstat q; volūtas qua aliquis vult fidē/spem/caritatem: z alias virtutes. alij est motus caritatis. qm̄ illa voluntate vult ei bonum Sed p;stat q; diuersa sunt talia bona volita in spē. qm̄ tot sunt quot sunt virtutes. Sz sc̄m diuersa volita distinguūtur diuerse voluntates. vt dicit Augustinus ergo diuerse sunt spē voluntatis caritatis: g̃ ipsa caritas diuersificatur in specie.

Ptra hoc af

Augustin⁹

¶Solutio. dicimus q; virtutes sunt diuersa volita naturaliter: sed sunt vnū volitum formaliter: quia de⁹ est dulcedo virtutum quas quisq; desiderat virtutes. Unde Grige. super cātica in principio dicit. In ipso deo sine dubio continetur. vt sapientiaz/ iusticiā/pietatez. z veritatē oēsq; virtutes pariter diligamus. vnum enim atq; idem est diligere deum et diligere bonum.

Solutio.

¶Utrū de eodem motu numero. diligatur deus. et p;oximus.

¶Tertia questio.

Af q; sic q; augustinū.

Queritur vtrum de eodē motu numero diligatur deus z p;oxim⁹. p;obatio. Aug. dicit q; in p;oximo non diligitur nisi deus: ergo eodē motu diligitur de⁹ z p;im⁹

Secundo.

¶Item eodem visu quo videtur albū videtur albedo: ergo eodem desiderio quo desideratur dulce desideratur dulcedo: ergo eodē amore quo diligitur bonuz diligitur bonitas. sed deus est dulcedo siue bonitas qua diligitur p;oximus ergo eodem motu diligitur p;oximus quo diligitur deus

In oppm.

¶Cōtra. eodem motu numero quo diligitur de⁹ et p;oximus: g̃ non magis diligitur deus q̄s p;oximus: vel idem mot⁹ numero erit magis intensus z minus.

Secundo.

¶Item. eodē motu diligitur deus et p;oximus: sz oīs dilectio est cōcupiscentia vel amicitia: ergo ille mot⁹ est p;ocupiscētia vel amicitia. nō concupiscentia. qm̄ nō diligim⁹ p;oximū motu cōcupiscentie: q; non p;ocupiscimus p;imū: g̃ ille motus est mot⁹ amicitie. Sz motus amicitie est q̄ aliquis vult alij bonū: g̃ eodē motu nūero vult a liqs p;oximo bonū z deo. qō p;z eē falsuz.

Solutio.

¶P;opter hoc dicimus q; impossibile est q; eodē motu numero diligatur deus et p;oximus. cum igitur dicit

Augustin⁹

Augusti. In p;oximo non diligitur nisi deus. hoc verbuz diligitur sumitur improprie. s. in significatione semiplena. qm̄ diligere est optare alicui bonum. ibi aūt accipitur tantuz p;o optare siue p;o velle. Diligim⁹ eīm deū in p;oximo q; volumus si ue optamus ip̄m p;oximo.

Per hoc ad primum.

¶Ad sc̄m dicim⁹ q; eodē motu quo diligitur dulce diligitur dulcedo dilectione q̄ est concupiscētia: sed nō est ita in dilectione que est amicitia. qm̄ non eo motu quo volo deum esse in p;oximo siue opto deum p;oximo opto deo aliquid. z ideo non est simile de dilectione que est concupiscentia z amicitia.

Ad sc̄m.

¶De dilectione p;oximi.

¶Quarta questio.

Af q; sic.

Queritur vtrū possibile sit q; eque intēso motu diligat p;oxim⁹ vt de⁹. ¶P;obatio. Motus quo diligitur p;im⁹ pōt magis z magis intēdi. mot⁹ quo diligit deus pōt magis z magz remitti: g̃ iste pōt equari illi.

Secundo.

¶Item. eadē est dulcedo que trahit desiderium in dilectione dei z in dilectione p;oximi. s. ipe deus. nec est alia causa trahēs desiderū cū eadē sit precise causa trahens. nec ē alia causa dilectionem augmētās nisi illa que trahit desiderū: ergo equalis est dilectio qua diligitur deus et qua diligitur p;oximus.

Tertio.

¶Itē. demonstrato doctore iste magis diligit deū q̄s p;oximū: ergo vl maiori motu vel maiori habitu. p;stat q; nō maiori motu: quia non mouet. nec maiori habitu. quia eadē est causa qua diligit deū et p;oximū. Relinqtur g̃ q; non magis diligit deū q̄s p;oximū

In oppm.

¶Cōtra. Aliquid est diligendū q; bonum. sed de⁹ est in infinitū magis bonus q̄s p;oximus: g̃ deus est in infinituz magis diligēdus q̄s p;oxim⁹. Sed caritas diligit deum z p;oximū q̄tum diligendus est. z sicut q̄a caritas est recta estimatrix diligendoz: g̃ caritas magis diligit in infinitū deū q̄s p;oximū eadē rōne pōt p;obari q; habēs caritatē in infinitū magz diligit deum q̄s se q̄m de⁹ in infinitū est magis bonus in se q̄s sit bonus alicui homine: g̃ in infinituz est magis diligendus in se q̄s sit diligendus alicui homini. Sed habens caritatē diligit eū sicut diligendus est: ergo habens caritatem in infinitū magis diligit deū i se quā alicui homini: ergo q̄s sibi. Sed diligere eum sibi est diligere se: ergo habēs caritatē in infinitū magis diligit deū q̄s se ¶Itē. quod diligitur p;opter se magis diligitur q̄s illud quod diligitur p;opter illud Et si infiniti homines essent omnes diligerentur p;opter deum: ergo deus magis diligendus est q̄s infiniti homines. Sed infiniti homines in infinitum sunt magis diligendi q̄s vnus eoz̄: ergo deus est in infinituz magis diligendus q̄s aliquis homo. Sed caritas diligit eum sicut diligendus est: ergo caritas in infinitum magis diligit deum q̄s p;oximū.

Secundo. Tertio.

¶Item. si possibile esset q; ex caritate diligeretur p;oxim⁹ vt de⁹ nichil esset ordo caritatis. ¶P;opter has rationes dicimus q; impossibile est q; ex caritate equaliter diligatur deus et p;oximus. et hec est falsa Motus quo diligitur deus potest remitti in infinitum. qm̄ motus quo diligitur deus sola consideratione bonitatis siue quā non augmentat cōsideratio alicui⁹ beneficij non pōt remitti qm̄ nō pōt habere pauciores causas siue intēsiōis. z ideo mot⁹ quo p;im⁹ diligit nō pōt ei equari

Solutio. Ad primū. Dilectō dei nō pōt i infinitū remitti

¶Ad sc̄m dicimus q; hec argumentatio non valet. Eadem est causa trahens precise in dilectione dei et dilectiōe p;oximi: g̃ equale est desiderū vtrobiq; qm̄ debz addi. Eadē est causa trahēs z in eadē cōsideratiōe p;orsus. qō falsuz est. qm̄ de⁹ in q̄tū est bon⁹ in se magis trahit affectū q̄s in q̄tuz est bon⁹ alicui hoi. sicut ignis ē magis calidus in se q̄s ca-

Ad sc̄m.

Ad tertiũ. lefaciat aliõ ꝛ magis calefacit vnũ q̃ aliõ. ¶ Ad tertiũ dicim⁹ q; nõv; hec argumentatio. Iste dormiẽs magis diligit deũ q̃ primũ: ḡ maiori motu vel maiori habitu. qm̃ cũ v;. Iste dormiẽs magis diligit deũ q̃ primũ nõ asserit maiorit̃as mot⁹ vl̃ maiorit̃as habit⁹: ſz asserit habit⁹ ad maiorẽ motũ. ꝛ ideo dz̃ cõcludere: ḡ diligit deũ habitu habilitãte ipm̃ ad maiorẽ motũ dilectiõis i deũ. Posset tm̃ dici q; diligit deũ maiori habitu q̃ proximũ. ꝛ q; eadẽ caritas est magis ꝛ minus intẽsa magis intensa respectu mot⁹ in deũ. min⁹ respectu mot⁹ in proximũ. qõ magis patebit in questione de intensione caritatis.

Alr̃ p̃t dici.

Ittẽ; af ad principale. ¶ Ittẽ. pbatio q; aliqua creatura ex caritate põt diligi equaliter deo vel magis sic Quãtũ aliq̃s diligit deũ tm̃ desiderat eũ: ꝛ q̃tuz desiderat eũ tm̃ desiderat eũ sibi: ꝛq̃tũ desiderat deum sibi tm̃ desiderat habere deũ: ꝛ q̃tũ desiderat habere deũ tm̃ desiderat frui deo. ꝛ q̃tũ desiderat frui deo tm̃ desiderat fruitionẽ siue bẽtitudinem suã creatã. ꝛ q̃tũ desiderat bẽtitudinẽ tm̃ diligit illã. ḡ a primo q̃tũ aliq̃s diligit deũ ex caritate tm̃ diligit illã creaturã.

Scõo per ecclesiastẽ. ¶ Ittẽ sc̃i diligũt deũ propter bẽtitudinẽ suã creatã. qõ; pbat multiplicit quia Eccl̃. v;. Qis labor hois i ore ei⁹. i. q̃cq̃d facit hõ facit vt ipleat desideriũ. i. ppter pacẽ mentis q̃ est bẽtitudo: ḡ ois hõ quoiz motu suo tẽdit ad pacẽ illã: ḡ sc̃i motu quo diligũt deũ tẽdũt ad pacem illã: ḡ diligũt deũ ppter pacẽ illã siue ppter bẽtitudinẽ suã.

Tertio per augustinũ. ¶ Ittẽ Aug. sup Joh. v;. q; ois tendunt ad pacẽ illã. vñ v; in libro de ciuitate dei q; tantũ bonũ est pax qõ etiã suo cõtrario q̃rit̃. ꝛ ita queritur oi motu. Et inde vt p̃i⁹.

Quarto. ¶ Preterea caritas v; finis ois precepti: q̃a quietat cor in deo ad quod tendũt ois opera q̃ sunt in precepto: ḡ fãcti omni motu meritorio tendunt ad illã quietez: ergo motu caritatis: ḡ sancti diligunt deum propter illã quietẽ siue propter beatitudinẽ creatã: sed non diligunt beatitudinẽ propter deũ qm̃ circulus non põt esse in duab⁹ causis singularibus: ergo sãcti diligũt magis bẽtitudinẽ creatã q̃ deũ et ita magis diligunt aliquã creaturã ex caritate q̃ deũ.

Solutio ad primũ istorum. ¶ Ad hoc dicim⁹ q; hec est falsa. quãtũ aliquis desiderat deũ sibi tm̃ desiderat habere deum vel frui deo: qm̃ cum v;: aliquis desiderat deũ sibi desideriũ transit immediate in deũ: sed cũ dicit iste desiderat habere deũ vel frui deo. desideriuz transit in creaturã: ꝛ ideo non est idez desiderare deum sibi ꝛ desiderare habere deũ vel frui deo: p hoc p̃z q; aliq̃s diligit se magis vno motu q̃ alio qm̃ magis diligit se i infinitũ motu quo desiderat deũ q̃ motu quo desiderat frui deo.

Ad scõm. ¶ Ad scõm: dicimus q; hec est dupler. Sancti diligũt deũ propter bẽtitudinẽ creatã qm̃ si hec dictio propter notet finẽ nõ in quo quiescit sed quo quiescitur vera est propositio. si ecõuerso falsa.

Ctra hãc solutionẽ af. ¶ Sed ctra. Sancti diligunt deũ propter beatitudinẽ suam: ḡ propter vtilitatem suã: ergo diligũt deum tanq̃ mercennarij. sed mercenarius est tollerandus: non diligendus: ḡ in hoc nõ sunt diligendi. ergo talis

Scõo per ambrosium dilectio non est dilectio caritatis. ¶ Qõ etiã probatur per hoc qõ dicit bẽtus Ambro. super illud euangelij. Quãti mercẽnarij abũdãt panib⁹ i domo p̃ris mei. ibi dicit q; mercennari⁹ est q̃ seruit propter regnũ celorũ: ḡ sancti diligũt deũ ppter bẽtitudinẽ suã: seruitũt deo ppter regnũ celeste. ḡ sc̃i sunt mercennarij. ergo tollerandi et inde vt p̃i⁹.

Tertio. ¶ Item sancti diligendo deũ querunt cõmodum suum ḡ sic diligendo non diligunt deum gratis: ergo nec ex caritate: q; caritas est virtus gratuita.

Solutio. ¶ Solutio. Notãdũ q; hec ppositio. Iste diligit deum ppter deũ sex hz̃ significatiões ad min⁹: q; hec dictio ppter põt notare causam motiuã siue se diligitur efficientem. vt sit sensus. De⁹ dulcedo dei est causa quare iste diligit illum. Scõo põt hec dictio ppter notare causam finalẽ vt notet ipm̃ deũ esse finẽ dilectionis significate. sicut vsus diligit mel ppter dulcedinem: vel põt esse sens⁹ Iste diligit deũ ppter deũ. i. vt habeat deum ita q; notetur habit⁹ dei siue fruitio dei causa finalis hui⁹ dilectionis. ꝛ scõm duplex. qm̃ fruitio põt notari vt finis in quo quiescitur. ꝛ p̃m hoc talis motus est mercennarij⁹ pure ꝛ pcm̃ nec posset esse caritatis. vl̃ potest notari q; fruitio dei sit causa finalis illius dilectiõis. Non vt in qua quiescitur: ſz qua quiescitur. ꝛ scõm hoc talis mot⁹ est motus caritatis. Quinta significatio est vt hec dictio propter notet gratitudinẽ. vt sit sensus. Iste diligit deũ ppter deum. i. nõ propter aliud quod est gratis diligere. ꝛ sic significet exclusionẽ alterius finis et ois commodi extrinseci. Sexto potest eẽ talis sensus. Iste diligit deũ propter deũ. i. ppter honorẽ et gloriã dei. ¶ Notandum igitur q; duo sunt modi caritatis. vn⁹ quo diligit deus gratis vt dictũ est. iste est excellentissim⁹ mod⁹: Ali⁹ modus diligendi deũ est quo diligim⁹ deũ vt fruamur deo vt dictũ est. ꝛ iste v; mercennarij⁹ vno modo. qm̃ querit in hoc hõ vtilitatẽ suã. Sed qm̃ querit eam vbi vere est vtilitas sua. s. in deo. ideo nõ peccat. Hoc em̃ vult deus vt in ipso sabbatissem⁹ et delectemur. ꝛ scõm hunc sensum non valet hec argumentatio. Iste mot⁹ est mercennarij⁹: ḡ non est caritatis. In alia significatione estet necessaria scõm q; mercenarius v; ille qui seruit pro lucro tẽporali. Bt̃us Ambrosius sumit hoc nomen mercennarius in prima significatione sicut sumitur ibi. Quanti mercennarij in domo patris mei abundãt panib⁹. qm̃ mercẽnarij in scõa significatione non abũdant panib⁹ spũalib⁹: sed mercennarius in prima significatione abundant panib⁹ spũalibus. s. fide spe/ꝛ caritate. ꝛ alijs virtutibus quibus spũaliter reficiunt: ꝛ tales mercennarij sunt diligendi. ¶ Ad vltio obiectũ dicim⁹ q; illo motu quo sãcti diligũt deũ vt fruant eo querũt p̃modũ suum. Sed non seq̃tur: ḡ non diligunt deũ gratis qm̃ diligere deũ gratis est eũ diligere nõ q̃rendo commodum tpale: et sic diligunt sancti tamẽ non diligunt eum gratissime ita q; nullũ lucrũ querãt Sed modus iste quo diligunt eum gratissime non querendo aliquod commodum nec in deo nec extra deum excellentissimus est inter oẽs mot⁹ caritatis. et est modus diligendi deum finaliter.

¶ De dilectione dei et primi et que sit prior.

¶ Quinta questio huius capituli.

Alr̃ q; dilectio sit prior

Querit̃ vtrũz dilectio dei p;ior sit q̃ dilectio primi an ecõuerso: vtrũ sit causa alterius Et intelligit̃ de motu nõ de virtute: q; cõstat q; ea dẽ ẽ q; dilectio primi sit p;ior. videt̃. qm̃ bt̃us Johan. dicit. Qui non diligit primũ quẽ videt quomõ põt diligere deũ quẽ nõ videt: ¶ Ittẽ ab inferioribus fit processus ad superiora. nõ ecõuerso Sz dilectio primi inferior est: ḡ ab ea fit ascensus ad dilectionẽ dei: ḡ dilectio primi ẽ p;ior. ¶ Ittẽ prius est qđ est a iale q̃ qđ est spũale. ¶ Ittẽ Aug. dicit q; dilectio dei est p;ior in ordine precipiẽdi. Dilectio primi p;ior est in ordine faciẽdi: ḡ p;i⁹ diligit actualiter prim⁹ q̃ de⁹. ꝛ ita p;ior est dilectio primi q̃ dilectio dei. ¶ Cõtra. Greg. dicit sup Job q; dilectio dei est causa dilectiõis primi: ḡ ẽ p;ior

Secundo.

Tertio.

Quarto augustinũ.

In oppm̃

Solutio. ¶ Quod p;cedim⁹. p;ior⁹ em̃ non diligit nisi p; pter deũ. s. vel q; de⁹ p;ecipit vel q; creatura celi est. vel q; filius dei est vel de facili põt esse q; tm̃ dilectio primi nutrit ꝛ calescere facit dilectiõez dei vt v; btus Greg. Ideo v; btus Johã. Qui nõ diligit ffem suũ quẽ videt: quõ. ꝛc. nõ q; dilectio primi sit cã dilectiõis dei. vl̃ p;ior illa. Sz qm̃ dilectio primi est nutrimẽtũ dilectiõis dei p opa caritat⁹ q̃ exhibẽt primo. Dilectio aũt dei nõ põt esse diu sine suo nutrimẽto

Ad primũ. Dilectio p;imi ẽ nutrimẽtum dilectionis dei

Ad scõm. ¶ Ad p̃m dicim⁹ q; nõ semp fit ascensus ab inferioribus ad superiora nisi tm̃ vbi inferiora sunt cause superiorũ. vt p̃z in donis spũs̃cti ꝛ virtutib⁹ q̃ enumerãtur i matheo. Bti pauperes. ꝛc. Hic aũt est ecõuerso: q; superi⁹ est causa inferior⁹. ¶ Ad tertio obiectũ dicim⁹ q; nõ hz̃ hic locũ. qõ dicit apls̃ p;i⁹ ẽ qđ ẽ aiale. ꝛc. qm̃ dilectio primi nõ ẽ aialis: ſz spũalis. qm̃ in primo nõ diligit̃ nisi deus vel similitudo dei

Ad tertiũ.

Ad q̃rtum. ¶ Ad quartũ dicim⁹ q; Aug. intelligit hoc de pfecta dilectiõe dei siue de signo pfecte dilectiõis qõ ẽ ponere aiam suã p deo. ad quã perfectionẽ non pueniturnisi per opa caritatis q̃ ꝛpendunt primo. vt per opa iusticie ꝛ per opa mie q̃b⁹ purgat̃ paulati ocul⁹ mentꝫ vt deus clare videat̃ ꝛ pfecte diligat̃ et quiescat in deo. ꝛ sic fiet pacific⁹. et de septima bẽtitudine p̃uenit ad octauã q̃ est bti qui psecutionem patiũtur ppter iusticiã. ꝛ sic dilectio primi q̃tum ad opera p;ior q̃ dilectio dei pfecta. i. q̃ homo p;optus sit ponere aiam suã p;o deo.

Octaua bẽtudo.

¶ Utrum caritas informet oẽs virtutes.

¶ Sexta questio huius capituli.

Alr̃ q; sic.

Secundo.

Tertio.

Queritur vtrũ caritas informet oẽs virtutes. pbatio q; sic. Auctoritas dicit q; caritas est mater oim virtutũ: ḡ caritas dat oib⁹ suã pfectionẽ ḡ oẽs informat. ¶ Ittẽ caritate absente oẽs virtutes sunt informes: ꝛ sola caritate aduẽte oẽs formant. ḡ sola caritas oẽs informat. ¶ Item nullũ op⁹ est meritorium nisi sit ex dilectiõe dei ex eo em̃ solũ q; aliquod opus fit ppter deũ siue ex dilectione dei est meritoriũ: sed nullum est meritorium p;opie nisi opus virtutis ex idem est meritoriũ virtuti ꝛ esse perfectũ. ḡ nullũ opus virtutꝫ est meritoriũ nisi a caritate: sed ex hoc est virtus formata siue perfecta. ḡ nullum op⁹ virtutis est meritoriũ nisi a caritate. sed ex hoc est virt⁹ formata siue pfecta q; elicit ex se opus pfectũ. ḡ oĩs virt⁹ est formata ex caritate siue perfecta ¶ Ittẽ finis speculationis est verum. finis virtutis siue operatiõis est bonũ: sed fidei finis est veritas: finis caritatis est bonũ. qa diligit deũ inquantũ est bonũ. ḡ si motus fidei inclinatur ad bonum hoc est a caritate: qm̃ fides p̃pte et per se tendit ad veritatem: ḡ caritas inclinat fidem ad bonum: qm̃ hic est caritatis p;opr⁹ finis: sed inquãtum fides inclinatur ad bonũ perficitur in hoc vt sit virtus: scõm em̃ q; attendit veritatem vel tendit ad veritatem non est nisi speculatio. caritas igitur perficit fidez in hoc quod est virtus: ergo caritas informat virtutem que est fides. et si informat fidem in hoc q; sit virtus. que fides est prima omniũ virtutum. multofortius informat oẽs alias virtutes ¶ Contra. super illud. Abraham genuit Jsaac. ꝛc. dicit glosa. Fides genuit spem: spes caritatẽ. ergo cũ fides generet caritatem dat ei suã perfectionem: ḡ informat eam. non ergo ecõtrario. ¶ Ittẽ. p;i⁹ est credere q̃ diligere debito modo ergo prius est credere primeveritati propter se ꝛ sup omnia q̃ diligere primã bonitatem ppter se ꝛ super oĩa. ḡ prius est mot⁹ fidei formatus q̃ motus caritatis format⁹: ergo p;ior est fides formata q̃ caritas formata: ergo caritas non informat fidẽ. ¶ Ittẽ. fides delectatur in prima luce. vt probatum est supra et alteri⁹ modi delectatione q̃ sit delectatio qua delectat̃ caritas in prima bonitate: ergo sicut caritas habet suum delectabile p;opriũ. ita fides habet suũz delectabile p;opriũ. qm̃ quelibet virtus habet sua ppria delectabilia. Fides igitur inclinatur ad suum p;opriũ bonũ per se et sc̃m se ergo in seipsa est virt⁹ perfecta: ergo non perficitur siue formatur a caritate. Et si em̃ fides quandoq̃ attendit bonũ illud quod est p;opriũ caritas. tm̃ nũ q̃ tendit ad illud: sed ad suum p;opriũ bonũ. s. ad primũ illuminans et primũ est attendere per fidẽ ppriũ bonum caritatis q̃ tendere ad illud. Caritas igitur nullo modo inclinat fidem ad suũ p;opriuz bonũ nec aliud conseq̃nter: ergo caritas non perficit fidez in hoc q; sit virtus: ergo nõ informat ipam. ¶ Credo rõnes istas vltimas esse veras. Ad primũ dicim⁹ q; hec caritas dicitur esse mater oĩm virtutũ. nõ est auctoritas sancti ſz magistri in sentẽtijs q̃ dicebat q; caritas nihil aliud est q̃ spũssanctus. ꝛ ideo nõ cogimur assentire tali auctoritati. tm̃ caritas potest dici mater omnium virtutum p;opter motus. Non est enim aliqua virtus quam caritas non moueat ad suum actum. etiã fidem qñq̃ mouet. vnde Apls̃. Caritas oĩa credit. ¶ Ad scõm dicimus q; re vera absente caritate virtutes sunt informes. tamen caritas aduemens nõ perficit ipsas: sed deus qui dedit fidem perficit eam. ꝛ ex eo q; perficit fidem generat in homine caritatẽ. Unde discipuli domini dixerunt ei. sicut habemus in euãgelio mar. Dñe auge in nobis fidem. ¶ Ad tertiũ dicimus q; hec est falsa Opus meritoriũ p;opter hoc quare est meritoriũ: q; ex caritate. imo ex hoc ẽ meritorium: quia ẽ a fide/spe/vel caritate. tm̃ ex eo solo ẽ meritoriũ q; est ex amore dei: sed amor dei: nõ tantum est ex caritate: sed ẽ in fide ꝛ spe. vt dictuz est

Ad p;imũ

Alr̃ p̃t dici

Paulus.

Ad scõm.

Ad tertiũ

Ad tertiũ meritorius quare act⁹ ẽ

Paulus. supra in q̄stione de bono. qm̄ apls dicit Sine fide impossibile est deo placere. ꝛ iterꝫ Quicqd nō est ex fide pcm̄ est. Sicut g̃ aliqō op̄ placet deo qa est ex caritate. ita placet ei ex eo q̄ est a fide vł spe tū qm̄ maior est iocunditas in caritate q̄ in fide. si cut in actu q̄ visu. ideo caritas magis mouet ad opera exteriora q̄ fides. et ideo potius dicuntur opera exteriora esse meritoria a caritate q̄ a fide

q̄re caritas magꝫ mouet

Ad q̄rtum. ¶ Ad quartū ptz solutio. qm̄ caritas nō inclinat fidem ad bonū sicut. ptz per vltimā obiectionē.

¶ Quomodo sit intelligendū hoc preceptum di. pro. t. ꝛ. te.

¶ Septima questio huius capituli.

QUeritur quō sit intelligēdū hoc p̄ceptū diliges do. de. t. ꝛc. qō Aug. exponit sic diliges do. de. t. ex toto corde tuo. ꝛc. i. intellectu sine erroꝛe ꝛ ex tota aīa tua. i. voluntate sine ꝓtrarietate ꝛ ex tota mēte tua. i. memoria sine obliuione. Sꝫ primū qō dicit videł esse falsum. s. q̄ debemus diligere deū intellectu sine erroꝛe. qm̄ nō diligim⁹ deū intellectu: ſꝫ affectu. ¶ Itē Aug. dicit q̄ hoc p̄ceptū non p̄t impleri in via: sed ipletur in patria. quare g̃ datuꝫ est in via. ¶ Cōtra. ponaꝫ q̄ aliqs contēplet deū ꝛ delectet in deo p aliqō tps Jn illo tpe iste diligebat deū ex toto corde qm̄ nō cogitabat nisi de deo. Silr diligebat deū volūtate sine ꝓtrarietate. qm̄ null⁹ prim⁹ mot⁹ surgebat tūc in eo cōtrari⁹ dilectiōi. Silr diligebat deū mēoria sine obliuiōe. qm̄ nihil habebat in mēoria nisi deū. ꝛ tūc ita diligebat deū ex toto corde ex toto. a. et ex to. mē. et ita hoc p̄ceptū p̄t ipleri in via et marie q̄ p̄cepta affirmatiua nō obligāt ad semp: ſꝫ p loco ꝛ tpe. ¶ Itē si hoc p̄ceptū nō p̄t ipleri in via. Queritur quare datū est in via. ad hoc respondet Aug. q̄ datū est ad hoc vt sciam⁹ quo p̄uenire debemus: ſꝫ eadē rōne erit hoc preceptū. non concupisces scīm q̄ intelligitur generaliter etiā de primis motib⁹ qm̄ hoc precepto scim⁹ quo peruenīdū est licet nō possit impleri in via: g̃ primi motus sunt in ꝓhibitione: g̃ sunt contra legē dei. ergo sunt pcā mortalia. ¶ Solutio. Ad primum dicimus q̄ cuꝫ vł deus diligitur intellectu: sine erroꝛe iste ablatiu⁹ intellectu causā notat efficientem: intellectus eñ fidei est causa efficiēs dilectionis dei: sed cū vł deus diligitur affectu vel voluntate ablatiu⁹ notat causam formalē. sed cuꝫ vł memoria sine obliuione sic notatur silr causa efficiēs. qm̄ memoria nihil aliud ē q̄ frequēs recordatio per quam deus frequēter ꝛ in cessanter diligitur. ¶ Ad scō obiectum: dicunt quidaꝫ q̄ est totalitas vie et totalitas prime totalitas prie est oēs motus suos referre in deum: totalitas vie est diligere deum super oīa ꝛ nichil ꝓferre ei. dicunt ergo q̄ illud mandatū non p̄t impleri in presenti totalitate prime: sed bene p̄t impleri totalitate vie. Sꝫ hec solutio nō soluit dictaꝫ obiectionem qm̄ ille q̄ est in statu contemplationis refert oēs mot⁹ suos i deū: g̃ implet illō mādatū: etiā totalitate prime. quod quidē verū est ſꝫ hoc nō p̄t facere diu: qm̄ corp⁹ qō corrūpitur aggrauat animam et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. ꝛ ideo non p̄t esse hō diu quin cogitet de terrenis et quin moueatur q̄ꝫ primis motibus ideo dicit Augustinus. q̄ illud mādatū non potest impleri in via qm̄ hō non p̄t esse diu in statu tali q̄ referat oēs motus suos in deū. ¶ Advltimum: dicimus q̄ non est simile de precepto affirmatiuo ꝛ negatiuo: q̄ p̄ceptū affirmatiuū non obligat nisi p loco et tpe: sed negatiuū ad semper obligat ꝛ nō ē aliqō p̄ceptū. nō ocupisces scōz q̄ primi motus comprehendūtur.

Secundo.

In oppm̄.

Secundo. Responsio augustini.

Solutio.

Ad scōm.

Ad vltimū.

¶ Scōz capitulū huiꝫ tracta. de ordie charitatiz

Ad scōm di ligere virtutes est diligere se. qm̄ diligēdo virtutes volo mihi bonū. ꝛ ideo eadē est dilectio dū diligit alias virtutes et dū diligit se. ꝛ ideo nō valet hec argumētatio. virtutes sunt diligēde ex caritate. non g̃ tm̄ illa quattuor. vel dicaꝫ q̄ illa quattuor tm̄ diligēda sunt caritate q̄ est amicicia: ꝑ tutes aūt diligēde sunt tm̄ amore q̄ est ꝓcupiscētia. ¶ Ad sequēs obiectū dicim⁹ q̄ proprie loq̄ndo non est idē diligere deū ꝛ diligere virtutes. sꝫ ꝓpter maximā affinitatē et conuertibilitatē: dicit hoc origen. ꝛ qm̄ deus est dulcedo ꝓpter quā diligūtur virtutes et que diligitur in virtutibus.

Alr ꝓt dici.

Ad tertiū.

¶ De ordine dilectionis proximi.

¶ Secunda questio huius capituli.

Alr primo. QUeritur cuiꝰ modi ordo sit obseruandus in dilectione primi. videł q̄ nullus alī ordo nisi q̄ magis bonꝰ sit magis diligēdus. qm̄ non est diligendū aliq̄d ex caritate nisi qua bonū: ergo magis bonū vniuersaliter est magis diligendū. q̄ non diligit aliquid ex caritate nisi q̄ bonū: g̃ magis bonꝰ magis diligēdus est ex caritate ¶ Itē. sūmū bonū q̄ summe bonū est diligendū ꝛ summe diligit ex caritate. q̄ summe bonū: ergo magis bonū magis diligit ex caritate ꝛ minus bonum minus. ¶ Itē nos tenemur conformare nos deo i virtutibus ꝛ maxime i caritate. i. qō ꝓbatur p hoc q̄ caritas est voluntas vt dictum est ꝛ constat q̄ teneamur ꝓformare voluntatē nr̃am volūtati diuine cū g̃ teneamur ꝓformare nos volūtati diuine i caritate ꝛ ꝓstat q̄ deꝰ diligit magis bonū magis: g̃ magis bonum tenet magis diligere. ¶ Itē nichil diligetur in hoc ex caritate: nisi similitudo dei. i oīb⁹ igitur hoibus idē est diligendū ꝛ propter idem. g̃ in oībus eadez est causa trahēs desideriū caritatis ad diligendū: g̃ equalis est effectus. ergo oēs equaliter diligūtur ex caritate. quod videtur velle. Augusti. vbi vt: q̄ oēs pari dilectiōe sunt diligēdi. ꝛ ex hoc seqtur q̄ nullus ordo obseruād⁹ est in dilectione primi.

Secundo.

Tertio.

Ad idem.

Cōfirmat p augustinū. In oppm̄ ambrosio.

Ad primū.

¶ Quod est contra btm̄ Ambrosi. qui dicit. q̄ primo debemus diligere deū: secundo nos: tertio parētes: quarto filios quito domesticos: sexto extraneos: qui si boni sunt ꝓponēdi sunt malis filiis: septimo et vltimo inimicos. ¶ Ad ꝓobiecta: q̄ nullus diligēdus est ex caritate: nisi quia bonus et quia magis est bonus magis est diligend⁹ aliis circunstantiis paribus similiter nō tam simplicit et vniuersaliter magis bonꝰ magꝫ diligitur ex caritate. Sunt ei plures cause dilectionis: solus eni deus est causa dilectiōis proximi finalis ipse etiā est causa principaliter motiua et efficiēs dilectionis proximi. Similitudo autem dei est causa materialis illius dilectionis: et post deum est causa motiua et efficiens eiusdē. ꝓter istas causas sūt alie cause secundarie que tantummodo sunt cause motiue vel augmentatiue dilectionis primi vt paternitas: filiatio: familiaritas: ꝛ huiusmodi: sicut beneficia dei non faciunt: sed augmentant dilectionem dei: hec igitur ꝓpositio est multiplex: non est aliquis diligendus nisi qm̄ bonus. Si hec dictio quia notet causam principalem ꝛ proprias vera est. Si vero notet generaliter causam vt cōprehendet quancūq̄ motiuam: falsa est. vnde patet q̄ sumpta illa propositione in prima significatione non valet argumentatio. Non diligitur aliquis ex caritate nisi q̄ bonus. ergo vniuersaliter magis bonus. ꝛc. quia ipse concludit ac si hec dictio quia teneretur generaliter p oī causa. s. in secunda significatione. ¶ Ad secundū: patz solutio qm̄ hec argumentatio non valet. Sūme bonū quia summe bonus summe diligitur ex caritate: g̃ magis bonū vniuersaliter magis diligit ex caritate: nisi subintelligatur aliis circunstantiis paribus: qm̄ vnica causa est quare summū bonū diligitur. s. summa bonitas q̄ excedit in infinitū oē causam dilectionis. ſꝫ plures sunt cause dilectiōis p̄rimi vt dictū est. ¶ Ad aliud: dicim⁹ q̄ nos tenemur ꝓformare nos deo i caritate ꝛ aliis virtutib⁹: de⁹ aūt nō diligit magis vnū hoiem alio. i. maiori affectu siue maiori motu: qm̄ quecū ꝓ diligit essentia sua diligit. Sed ideo vł deus vnū diligere pl⁹ alio: quia diligit eū ad maius siue ad maiorē gratiam: non tm̄ oportet q̄ magis diligam⁹ eum. i. maiori affectu: quouiā nō tenemur deū in hoc imitari qm̄ deus hoc modo nullum magis diligit alio.

Ad scōm.

Ad tertiū.

¶ Ad vltimum patet solutio ex predictis: quoniam equalius est in omnibus aliis causa diligendi principalis. s. similitudo dei vel ipse deus. ſꝫ non sunt eedem cause scōarie vt patet ex predictis: et ideo nō oportet q̄ sit equalis affectus. i. q̄ omnes equali affectu diligantur ¶ Item Ambro. dicit: Iterū ad ambrosium q̄ post domesticos diligendi sunt extranei: qui si boni sunt ꝓponēdi sunt malis domesticis. ergo et si magis boni: magis diligendi. ¶ Item Aug. Scō per sanctiora mēbra maiori caritate sunt amplectēda augustinū. ergo extranei si sunt meliores magis sunt diligendi q̄ domestici: qō cōcedunt quidā quātū ad effectuz exteriorē. qm̄ domestici magis tenētur q̄tū ad beneficia exteriora. ¶ Nos aūt concedim⁹ q̄ affectu ꝛ effectu magis tenemur diligere domesticos q̄ extraneos oībus aliis circunstantiis paribus ꝛ magis boni magis diligēdi sunt aliis oībus circūstātiis paribꝰ boni vero extranei sunt ꝓponēdi malis domesticis nō in oīb⁹. sed in q̄busdam. s. i spūalibus vt in prebendis ꝛ consimilibus. sed mobilia ꝛ victus quotidian⁹ plus debeł cōsanguineis q̄ꝫ bonis extraneis si sunt in equali necessitate. sed in tāta necessitate possent eē extranei q̄ magis teneremur eis dare. ſꝫ i quāta necessitate hoc sit non determinat ars vel scientia. sed potiꝰ virtꝰ q̄ est melior ꝛ certior oī arte. vnctio eñ docet nos de oībus hmōi. hoc aūt ideo cōtingit q̄ spūalia sumus tm̄ dispensatores. propter hoc debem⁹ ministrare ea secundū voluntatē dñi voluntas aūtē

Solutio ſꝫ doctorem.

Solutio.

Ad primū.

Ad scōm.

Ad tertiū.

Ad vltimū.

Solutio ſꝫ doctorem.

Ad primū.

Ad scōm.

Ad tertiū.

Ad vltimū.

Hec est dubia.

Scō per augustinū.

Opinio aliquorum.

Solutio ſꝫ doctorem.

Arist⁹ ē certior oī arte.

dñi est q magis bonis spūalib⁹ denḱ spūalia. carnalia vero dantur equaliter oībus a dño deo.

¶ De dilectione parentum et filiorum.

¶ Tertia questio huius capituli.

Af q sic. QUeritur vtrū magis diligēdi sunt parētes. i. pf et mater ꝯ filij. qđ pbatur p ordinem Ambrosij. et per q filij sunt diligendi tm̄ propter naturam. et ꝑpter preceptum dei generale parentes autē z propter naturā z propter preceptū dei gñale: z propter speciale vt illud honora pa. tu. ma. et multa spūalia precepta tradita sunt in ecclesiastico de diligēdis parentibus et preterea propter multa beneficia que habem⁹ a parētibus non a filijs: ergo simpliciter magis debemus diligere parentes ꝯ filios.

In oppm̄ videḱ paul⁹ Secundo. ¶ Contra. Aplus dicit q patres thesaurisant filijs et non econuerso: ergo patres magis tenētur diligere filios ꝯ econuerso ¶ Itē humor naturalis ascendit a radice ad ramos et non ecōuerso: ergo parentes magis dili. naturaliter filios ꝯ econuerso. sed gr̄a non est contraria nature immo perfectio eius: g̃ ex caritate magis diligēdi sunt filij ꝯ parētes z ita falsum ỽ Ambrosij. ¶ Solutio.

Solutio. Cōtigit tripliciter magis diligere

Aliquid dicitur magis diligi trib⁹ modis. Primo ad maius premiū. Scđo maiori affectu. Tertio quantum ad exhibitionē exteriorem. duobus primis modis magis diligebat christus petrū ꝯ iohannem. Tertio modo magis iohā. ꝯ pe. qm̄ maius signum dilectionis ei exteri⁹ exhibebat. duobus primis concedim⁹ q magis diligendi sunt parentes ꝯ filij. Tertio modo magis filij ꝯ parentes. qm̄ filij nascūtur paruuli z ꝑpter hoc magis indigēt exhibitiōe exteriori. vñ si extrema necessitate constituti sunt pater me⁹ z filius meus z nō possum subuenire vtriq. sed alteri tm̄ plus teneor subuenire filio ꝯ patri. si filius est de familia mea res sua est. ꝛ sit separatus tūc scđm diuersas circunstantias quandoq magis teneor patri qñq filio et de hoc nos docet vnctio. ideo autez pluries in sacra scrip. precipimur diligere parentes ꝯ filios quia minus pronti sumus ad exhibendū necessaria parentibus ꝯ filijs.

¶ Utrū magis diligend⁹ sit prim⁹ ꝯ corp⁹ ꝓpriū

¶ Quarta questio huius capitu.

Af q sic p augustinū. Secundo. QUeritur vtrum magis diligendus sit prim⁹ ꝯ corp⁹ ꝓprium et videtur q sic per auctoritatē Aug. ¶ Item prim⁹ pōt frui deo nobiscū qđ nō pōt corp⁹ ꝓprium: g̃ primus est magis diligend⁹ ꝯ corp⁹ ꝓprium

Tertio. ¶ Itē stola corpis est quidda corporale: g̃ min⁹ diligenda est ꝯ btitudo primi que est spūalis. si dicit q licet sit corpale tn̄ augmentat btitudinem aie: ergo augmētat cognitionē: g̃ cognitio p creaturam erit in prima: g̃ p speculū: g̃ fides qđ falsum est.

Quarto. ¶ Itē exponere teneor morti corp⁹ ꝓprium

In oppm̄. pro proximo. g̃ magis diligendus est proximus ꝯ corpus ꝓprium. ¶ Contra: stola corporis est bonum eternū meū z magis teneor diligere meū bonum eternū ꝯ bonū eternū proximi. g̃ magis corpus ꝓprium ꝯ primi.

Solutio. ¶ Ꝙcedim⁹: licet ei stola corpis sit secūdū se corporalis: tm̄ in collatiōe ad cognitionē aie siue ad btitudinem quā augmē tat est spiritualis z ꝯ uis augmētet eā nō tm̄ facit eam. vñ nō seqtur q in prima sit cognitio p speculum: qm̄ cognitio per speculū sit per speculum. i. per creaturam. Concedim⁹ g̃ q in se considerata stola corporis minus est diligenda ꝯ proximus: sed in collatione magis.

Per hoc ad rōnes ante positum.

¶ Utrū ex caritate magi diligendi sint amici ꝯ inimici. ¶ Quinta qstio huj⁹ capituli.

Opinio aliquorum. QUeritur vtrū ex caritate magis diligēdi sint amici ꝯ inimici. ¶ Et videtur q

Af q sic. sic: qm̄ dñs in euangelio. Si diligitis amicos vestros quā mercedē habebitz mie. nā ethnici hoc faciunt. diligite inimicos. ꝛc. g̃ maioris meriti est diligere inimicos ꝯ amicos: ergo magis diligendi sunt ex caritate.

ꝓtra hāc af Scđo per augustinū. ¶ Item Augustin⁹ dicit. bonū et magnū est si ei qui nichil boni tibi fecit es benivolus z benefic⁹: sed longe melius est z excellētissime bonitatis diligere inimicos. ergo magis sunt diligēdi cū illō sit excellētissime bonitatis.

Tertio per eundē aug. ¶ Itē Augustinus. non est tante multitudinis diligere inimicos quā tum credimus exaudiri in oratione dominica: sed omnes fideles exaudiūtur oratione dñica. g̃ non omnes fideles diligunt inimicos: ergo melius est diligere inimicos ꝯ amicos ergo magis sunt diligendi.

In oppm̄. ¶ Cōtra. caritas diligit ami. sine impedimento: inimicos non: g̃ liber⁹ dili. ami. ꝯ ini. ergo intensius.

Secundo. ¶ Itē quantū vnū oppositorū est diligēdum tantū eius oppositū est fugiendū. ergo ꝯ bonum est diligere ami. tam malū est odire inimi. et ꝯ bonū est diligere inimicos: tam malū est odire inimi. ergo si melius est diligere inimicos ꝯ amicos. ergo maius pctm̄ est odire inimicos ꝯ amicos qđ manifeste falsū est.

Tertio. ¶ Item. vltimus gradus caritatis est diligere inimicos: g̃ minus sunt diligēdi ꝯ amici.

Solutio. ¶ Solutio. si sumatur dilectio ꝓ affectu diligendi tm̄: tunc verū est q quicūq dili. ex caritate diligit amicum diligit inimicū. et econuerso. tm̄ melius est diligere amicos ꝯ inimicos: quoniā alijs paribus dilectio amici semp intensior et feruentior ꝯ dilectio inimici: vt fiat cōparatio motus ad motū. Si tm̄ conferaḱ affectus dilectionis ami. ad affectū diligēdi inimi. simpliciter non prout est ex caritate simpliciter dicēdū est q est melius diligere inimi. ꝯ ami. simpliciter: quoniam diligere inimicos importat caritatē: sed diligere amicos non. sicut hic ipsuz diligere ami. ex caritate melius est ꝯ hic ipsum simpliciter desiderat diligere amicum.

Per hoc ad primū per ꝛc. hoc ad alia ¶ Secundum hoc dicit domin⁹ in euāgelio. Si diligitis eos qui vos diligunt. ꝛc. Si vero sumutur dilectio ꝓ affectu z effectu et ꝓbatur ex caritate: etiā tunc verū est q multi diligunt ami. qui non diligunt ini. secundū hoc verum est quod Augu. dicit. q longe melius est z excellentissime bonitatis diligere inimi. et similiter illud qđ dicit: non est tante multitudinis. ꝛc. Si igitur fiat cōparatio diuersorū hominū respectu diuersorū statuum secundū predictam intelligentiam: tuncverū est q melius est diligere inimicos ꝯ amicos. Sub hoc sensu melio: ē stat⁹ diligētis inimicos affectu et effectu ꝯ status diligētis amicos affectu z effectu: vt intelligitur propositio cū

precisione: quoniā primus motus perfectoꝛ ē secundus: nō secūdū hoc loquūtur oēs auctoritates que ꝓferūt dilectionē inimicorū. si aūt intelligitur fieri cōparatio diuersoꝛ motuū in eadem ꝑsona: motuū dico dilectiōis tūc cōcedim⁹ q melius est diligere amicos affectu z effectu ꝯ inimicos: qm̄ semper intensioꝛ est in eodē hoie motus dilectiōis in amicū ꝯ inimicū alijs paribꝰ. multi tamen dixerūt q motus dilectionis in inimici. puriꝰ est z melioꝛ ꝯ in ami. quoniā motꝰ in amicos habet aliquid ad mixtum de carnalitate: sed motus in inimi. nichil. vnde sicut iste nummus totus aureus licet sit minoꝛ melioꝛ est ꝯ iste qui est partim argenteus z partim aureus. similiter melioꝛ est motꝰ in inimi. ꝯ in ami. licet motꝰ in ami. sit maioꝛ: sed hoc nō est bonū simile. quoniā natura nō expellit gratiā vel remittit: immo potius intendit motū ipsius: sed argentū remittit puritatē auri z motus nō est meritorius inquātū ē ex gratia mouente naturā: sed inquātū est ex natura cooperante gratie vel deo: qm̄ inquātū sumus coadiutoꝛes dei in bonis operib⁹ meremur: nō inquātum deus bona opa in nobis operatur. vñ quanto melioꝛ est motus tanto magis natura cooperatur gratie vel deo: siue tanto melioꝛ est motꝰ quā to plus natura cooperatur gr̃e vel deo. dictū est q sūpto diligere pro affectu z effectu et habito respectu ad diuersos status melius est diligere inimi. ꝯ ami.

Cōfirmatō opinionis. ¶ Quod etiā videtur per regulā istaz Si sunt duo bona quorū primo habito habeē secūdū z nō ecōuerso: primū est magis eligendū ꝯ fm̄: sed qui diligit inimicos affectu z effectu z nō econuerso: ergo diligere inimi. ē magis eligendū ꝯ diligere ami.

ꝓtra hoc af ¶ Sed cōtra hoc est hec regula. quanto vnū oppositorū est magis eligendū tanto eius oppositū est magis fugiēdū quoniā ex hoc videtur sequi q odire inimi. sit maius peccatū ꝯ odire amicos.

Secundo ad idem. ¶ Itē alia regula: cuius absentia magis increpatur illud est magis eligendū absentia dilectionis amicorū magis increpatur. ergo dilectio amicorum magis diligēda.

Solutio ad ista. ¶ Solutio. Iste due regule vltime tenent tantū in preceptis z prohibitionibus z non in consilijs et supererogatiōib⁹: qm̄ certuz est q hec est falsa. quāto abstinere a carnibus toto tpe vite sue est magis bonū: tanto comedere carnes est magis malū: primū em̄ magne perfectionis est. scđm vero nō est peccatū. sed in preceptis bene tenent regule: sed diligere inimi. affectu z effectu nō est preceptū: sed consilium.

¶ De ordine caritatis in patria.

¶ Aliud capitulum.

Af q sic. QUltimo queritur de ordine caritatis in patria z primo vtrū idē sit ordo caritatis in via z in patria. Scđo vtrum sciētia premiū augmētet. Tertio vtrū in patria sit dilectio in solo deo. Quarto quale debet intelligi murmur de quo in euāgelio legitur q accipientes singuli denarios murmurauerunt. d. q plus essent accepturi. ¶ Prima questio.

Primo ꝓbaṫ q idem ordo caritatis in via et in patria. qm̄ gratia est perfectio nature z gloria gratie z perfectio nō est cōtraria ei quod perficitur: ergo idem ordo caritatis qui modo est cū gratia erit cū gloria et ita idē ordine z patrie.

In oppm̄ vt de⁊ auguſt. ¶ Contra. Augustinus dicit in dispari claritate erit par gaudium: ergo pariter gaudebimus de gloria eoꝝ: ergo pariter volemus eis gr̃az ergo pariter diligemus oēs.

Secundo. ¶ Itē in patria cōforma bimus omnino volūtatē nostrā volūtati diuine. sed deus non diligeṫ vnū magis ꝯ aliū nisi q ad in alus: ergo nec nos et ita nō diligem⁹ maiori affectu vnū ꝯ aliū.

Tertio. ¶ Item in patria erimus spūales omnino: ergo caritas erit omnino spūalis: ergo nichil habebit carnalitatis: ergo nō magis diligentur ex caritate parētes ꝯ extranei: ergo nō est idem ordo caritatꝫ in patria qui modo ē in via.

Solutio. ¶ Solutio cōcedimus q idē ordo erit in patria qui modo ē in via z auctoritatē illā in dispari claritate erit par gaudiū. sic exponim⁹ par gaudium id est cōmune.

Ad primū. ¶ Ad primum dicimus q hec ē falsa in patria omnino ꝓpoꝛ. volū. nostrā volūtati diuine. quoniā de⁹ diligit tm̄ essentia suaz nō alio affectu quoniā in eo nullus est affectus sed in nobꝭ sūt affectus.

Ad tertium ¶ Ad vltimo obiectū dicimus q caritas erit in patria omnino spūalis. ideo q nichil habebit admixtū carnalitatis scđz q carnalitas importat vicīū quod impossibile est esse in patria: habebit tamē aliquid de natura sensualitatis nō de eius corruptione.

Opinio aliquorum. ¶ Dicūt tamē quidā q ī patria null⁹ erit ordo caritatis quātū ad dilectionē primi. qm̄ oēs diligem⁹ equaliter z hoc dicūt ꝓpter hoc q caritas omnino erit spūalis in patria vnde post resurrectionē nō fit mentio de btā virgine in euangelio ad significandū q post gloriaz resurrectiōis nō habebit locū aliqua carnalitas vel affinitas. quoniam deus erit oīa in omnibus.

Prima ratio eoꝝ. ¶ Preterea. apostol⁹ dicit z si christū cognouimus scđz carnē. sz iam nō nouim⁹ si ergo apostol⁹ existens invia iā nō cognoscebat christū scđz carnem: ergo m⁹to forti⁹ in patria iam nō cognoscit eum scđz carnē: g̃ m⁹to forti⁹ nulla alia creatura cognoscik in patria scđz carnē vel secūdū aliquā affinitatē: g̃ parētes nō magꝭ diligētur ī patria ꝯ nō parētes: g̃ nō est idē ordo caritatis in patria q̄ est in via.

Secunda. ¶ Ad hoc dicimus q de beata virgine non fit mentio in euāgelio post resur. nō ad significandū hoc q in patria nō magis diligetur mater ꝯ nō mater. sed ad significandū q nulla carnalitas impediet spiritum vel retardabit ullo modo quo minus feratur ad spiritualia sicut in via carnalitas siue amoꝛ carnalis impedit carnalitatem ne efficiaṫ omnino spiritualis qm̄ occupaṫ ad carnalē presentiā eius quē diligit: sicut paret in discipulis dñi cū adhuc essēt infirmi qui carnali amore quo tenebantur in carnali presentia christi nō poterant in tali statu recipere spm̄sanctū ad roboꝛ: sicut dicit dñs in euangelio. nisi ego abiero spūs paraclitus non veniet ad vos nisi carnalem presentiā subtraxero vobis.

Confirmaṫ dictum. ¶ Itē dilectio naturalis aut est ordinata aut inordinata. si ordinata: ergo naturaliter prius diligitur de⁹ ꝯ homo ab ipso homine. si inordinata: ergo vicīū est ibi et caritas ordinata est z etiā ordinat: ergo gratia con-

Ad idem. traria est nature. ¶ Itē. quantū ad primos idez tenet amor dilectiois in natura z gratia z gloria. quare igit nō tenet idē ordo quātū ad deū et hominē diligentē. vt sicut natura liter magis diligit se homo ꝙ deū ita cum gratia magis diligat se ꝙ deū cū ita sit in dilectione primorū. quoniā homo naturaliter magis diligit se ꝙ primū. z similiter ex caritate. ¶ Solutio. sine dubio nō est idē ordo nature z gratie in oibus quoniā naturaliter magis diligit se homo magis ꝙ deū. vnde quātū ad hoc nō est idem ordo nature z gratie. sed in oibus alijs est idem / tamen gratia non est cōtraria nature immo perficit quantum ad hoc ꝙ in gratia magis diligit se homo ꝙ prius diligeret et deum magis ꝙ prius. sed quantum ad hoc est mutatio et melioratio ꝙ cum gratia magis diligit homo deum ꝙ se. z hoc est quia modo est alia causa dilectionis dei ꝙ prius esset in naturali dilectione. quoniam naturaliter diligitur deus tantū qz beneficus. sed cū gratia dulcedo dei est causa dilectionis attrahens hoiem ad diligendū deū supoia sicut dictū est supra. nō est ergo naturalis dilectio ex toto ordinata nec est inordinata scdz ꝙ inordinata dicit vicū. sed nō est ordinata.

Solutio. Nō semp ē idem ordo nature et gratie.

¶ Utrum in patria erit equalis cognitio omniū.

¶ Secunda questio huius capituli.

Af primo. QUeritur sic sit quidam summus theologus sicut beatus hyr. z q̄dā simplex vetula z decedāt in pari caritate. constat secūdū hoc ꝙ equalia premia eis addētur: ergo equales cognitiões. sed prius habebāt inequales cognitiones. sed si inequalibus equalia addas. tota fiant inequalia: ergo inequaliter cognoscent in patria: ergo theologus magis cognoscet ꝙ vetula. sed si magis cognoscit magz diligit vt dicit auctoritas: ergo theologus magis diliget: ergo maius premiū qđ falsū est. ¶ Item hec est vita eterna vt cognoscant te. zc̄. sed theologus magis cognoscet: ergo maius premū habebit. ¶ Itez in daniele dicitur qui ad iusticiam erudierint plurimos fulgebūt quasi stelle in ppetuas eternitates. sed si tantū premiū habet vetula quid proderit theologo labor studij z doctrine videtur pro nichilo promittitur eis qđ dicitur in daniele. ¶ Solutio. equales erūt in patria vetule et theologi. sed hec est duplex theologus magis cognoscet si sic intelligaf. i. limpidius falsa ē si magis. i. abūdantius vera est. quoniā sciet probare et improbare qđ non sciet vetula ex hoc habebit quoddā gaudiū qđ non est de substātia premij. sicut angeli habent de nfa cōuersione quoddam gaudiū qđ non est de substantia premij. sed accidentale. si autē dicatur ꝙ vetula habeat oēs scīētias in patria. tū theologo pfuit docere z studere. qm̄ ista cōseruabāt z augebāt in eo caritatē

Secundo ad idem.

Tertio.

Solutio.

Aliter potest dici.

¶ Utrū in patria erit delectatio in solo deo.

¶ Tertia questio huius capituli.

Af ꝙ sic p ambrosium. QUeritur vtrū in patria erit delectatio in solo deo videf ꝙ sic. qm̄ Ambrosius dicit. ꝙ non debem⁹ delectari nisi in deo. sed in patria nō fit nisi qđ debet fieri gfa prima. ¶ Itē. in patria diligitur deus ex toto corde: ergo ex toto corde ē delectatio in ipso. igitur ibi non est delectatio in creatura. qm̄ sic deꝰ nō haberet totū cor. ¶ Itē. si delectatio est in patria in alio ꝙ in deo. sed in nullo alio potius ꝙ in virtutibus. sed pbo ꝙ non in virtutibus. qz bonū diuiditur in honestū vtile. delectabile: z hec diuisio est per oppositā: g̃ nullum honestū est delectabile. et virtus honestū: g̃ virtus non est delectabile. ergo in prima non est delectatio in virtute. ¶ Contra. sancti gaudent de bonis aliorū: z gaudere est delectari. ergo delectanf in bonis alioz: nō ergo i solo deo. ¶ Itē angeli gaudent de cōuersione peccatoris et delectanf: ergo multofortius delectātur in peccatoris glorificatiōe. ¶ Itē mensurā bonā. i. magnā z cōfertā. i. plenā: qm̄ nihil remanebit vacuū qm̄ nulla vis alē erit irremunerata: z coagitatā. i. vndiq̄ sanctorū consortio cumulatā z supeffluentē: quoniā maius premiū habebit ꝙ meruit: dabunt zc̄. ergo de premio est gaudiū de cōsortio sanctorum ergo delectatio erit in patria in bonis factorum: nō ergo in solo deo. ¶ Solutio: concedim⁹ ꝙ delectatio erit in solo deo z tamen in virtutib⁹ nec sequitur: ergo nō in solo deo: qm̄ in virtutib⁹ erit propter deū delectatio qm̄ ipse deus intelligitur in ratione virtutis. qm̄ virtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur. i. a deo z ad deū. sicut ergo nō sequitur: iste tenet tantū frenū: non ergo equū. Similiter nō sequitur: delectatio ē in solo deo: nō ergo in virtutib⁹: qm̄ sicut dicit Ambro. ¶ Cū homo per veritatē placet nō homo placet sed veritas. Similiter cū virtus sit delectabilis propter deum: nō ipsa virtus est delectabilis: sed deus. ¶ Ad obiectū de diuisiōe boni: dicim⁹ ꝙ vtile proprie dicitur qđ valet ad btitudinē: sed nec in se nec a se habet aliquā delectationē: sicut egritudo flagella z huiusmodi: honestū est qđ in se habet delectationē: sed nō ex se: sicut virt⁹: delectabile qđ in se et ex se habet delectationē. hoc est solus deꝰ: large tñ sūpto delectabili honestū est delectabile. ¶ Itē notandū ꝙ vn⁹ magz gaudet de bono suo ꝙ de bono alterius: tamen ꝺ dicūt ꝙ tantū gaudet de bono alterius ꝙ de proprio bono: sed magis de bono alterius gauderet si ipsum in se haberet: sed illud non videtur posse sustineri: quoniā sequeretur ꝙ tantū diligeret vn⁹ aliū ꝙ se quod est contra predicta.

Per hec ad rōnem.

Ad aliud.

Opinio aliquorū quaz improbat.

¶ Quarta questio huius capituli.

QUeritur de accipientibus singulos denarios. dicitur em̄ ibi ꝙ quidam murmurabāt aduersus patrem familias di. nōne hij nouissimi vna hora zc̄. z responsum est a patrefamilias vni eorum. An oculus tuus nequā est: qz ego bonus sum: ergo aliquis accipiens murmurabat aduersum patremfa. g̃ peccabat mortaliter. ¶ Itē habebat oculū nequā: ergo peccabat morteliter nō ergo accipiebat denarū. ¶ Ad hoc potest dici: ꝙ ibi fit sermo de iudeis secūdū diuersos: scz secundū bonos z malos: de bonis ꝺ ꝙ accipiebāt denariū de malis qui murmurabant sicut ibi. cuz occideret eos. querebāt eū. de diuersis fit sermo scm̄ secundā regulā chyconij. qm̄ illi qui occidebantur nō querebāt eū. vel potest distingui. duplex murmur. s. indignationis: illud est pctm̄ mortale: de tali ꝺ in euāgelio. Est murmur admiratiōis secūdū qđ murmurāt scolares in scolis pre gaudio: cū audiunt qđ placet eis: tale nō est pctm̄. similiter murmurabāt iudei pre gaudio qm̄ videbant gentiles pificari eis in premio. quod autē ꝺ an oculus zc̄. sic intelligitur: oculus tuus nequā esset si murmurares ex indignatione.

Arguitur Secundo.

Solutio.

Af dicitur

Prima q̃o.

Af ꝙ non.

Cōfirmat.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

In oppm̄.

Secundo. Solutio.

Alia opio.

Adrōnes tenendo pri mam opinionem.

Anthoni⁹.

Ad scm̄.

¶ De effectu caritatis.

¶ Quartum capitulum.

DIcto de essentia caritatis z ordine. dicēdum. Est de effectu caritatiz. est autē vn⁹ effectus caritatis ꝙ per eam resistim⁹ tētatiōib⁹ carnis mūdi z diaboli. ¶ Hic queritur quātulacūq̄ caritate possimus resistere quantecūq̄ tentatiōi. ita ꝙ caritas maneat i sua paruitate. ¶ Videf ꝙ nō: qm̄ in fine Job ꝺ: Non est sup terrā potestas que cōparetur ei: ergo non quātulacūq̄ caritate potest resistere tentationi diyaboli. Similiter in fine Job ꝺ. Sub ipo erūt radiz solis z sternet sibi aurū z argentū quasi lutum. i. sanctos. ergo si sancti vincuntur a diabolo nō quātulacūq̄ caritas potest resistere tentatiōi dyaboli. ¶ Itē sup illd psal. pbame dñe z ten. dicit auctoritas: prius vires meas respice z postea tentari me permitte quasi di. non permittas me tentari sup vires meas: g̃ poterat tentari supra vires. g̃ nō poterat ex caritate quā habebat resistere. q. t. ¶ Itē super illud. Si oportuerit me mori tecū. zc̄. dicit Jeronimus. sine pēnis volare nitiē scz ad culmen martirij. ergo petrus non poterat ex caritate quā habebat resistere timore mortis. ¶ Itē apo. fidelis est deus qui nō pmittit nos tētari supra id qđ possumus. ergo possumus tentari supra id qđ possumus: z inde vt prius. ¶ Itē sup illud euāgelij. modo creditz. dicit glo. vt paruuli: nō sicut illiq̄ pereunt: ergo nō quātulacūq̄ fides sufficit ad nō parare: g̃ nō quātulacūq̄ caritas sufficit ad resistendū. q. tentationibus ¶ Sicōceditur. Cōtra. ā. dicit. nihil est fortius aio habente caritatē preter illū qui dat caritatē. g̃ quātulacūq̄ caritas est fortior diabolo: z pōt resistere q. t. ¶ Itē btūs Grego. facile est superare diabolum qui nō pōt deijcere nisi volentē. ¶ Solutio. due sūt opiniones: vna que dicit ꝙ ex quātulacūq̄ caritate pmanente tantilla: possumus resistere ꝙtecūq̄ tantationi. Alia dicit ꝙ nō sed bene concedit ꝙ ex quātūcūq̄ parua si crescat possumus resistere quātecūq̄ tētationi. ¶ Prio sustineamus primā auctoritatē. que obiecte sunt sic soluende. prima sic. nō est potestas zc̄. intelligendum de facili. Omnis em̄ cari. pōt re. q. t. sed non de facili. Sūt autē sex que facilt ꝙ caritas facile resistit. primū est radicatio caritatiz: secūdū intēsio: tertiū feruor motus: quartū exercitatio i bonis operibus: quintū strennuitas naturaliū sicut in milite existente in mortali peccato qui prius pmitteret se occidi ꝙ negaret christū: sextū spiritualis leticia. dicit em̄ btūs Antonius: ꝙ vnica ratio est vincendi inimicum: leticia spiritualis.

¶ Ad scdam auctoritatē dicimus: ꝙ sancti qm̄q̄ sūt sub diabolo: scz qm̄ peccant: vincūtur enim a diabolo duabus de causis. prima est quia scti sūt sicut ciuitas fortis z in parte debilis. sūt em̄ fortes ex parte virtutū z debiles ex parte sensualitatis z illa parte qm̄q̄ capiūtur a diabolo. Secūda causa est ꝙ nō bene vtuntur armis suis. vnde boetius. talia tibi cōruleramus arma que nisi zc̄. possunt g̃ sancti resistere: sed nō de facili imo qm̄q̄ fatigant a diabolo. ¶ Tertiā auctoritatē sic exponimus. similiter Auis sine pēnis volare nitiē. i. sine pēnis q̃bus de facili possit volare. sic̄ liter istā: prius vires meas respice z postea me tentari permitte. tentari permitte tētationi cui possū de facili re. Sic̄ liter est intelligendū de alijs. dictū est ꝙ caritas quantulacūq̄ pōt resistere. q. t. sed nō de facili. ¶ Sed videf ꝙ facillime: qm̄ Augusti. dicit. ꝙ nihil est ita in potestate nfa sicut velle: g̃ consentire malo vel dissentire maxime est in pta te nostra. consentire enim z dissentire voluntates quedā sunt: sed dissentire malo est resistere tentationi. ergo maxime in potestate nostra est resistere tenta. et de facili sic resistimus. qm̄ solo libero arbitrio possumus resistere: alioquin nō esset homini imputādū pctm̄ vel libero arbitrio si nō posset resistere: ergo si liberū arbitriū per se pōt resistere cū gratia de facili pōt resistere. et sic quātulacūq̄ caritas de facili resistit. q. t. ¶ Itē si filius liberauit vere liberi eritis: ergo vere liberi sumus per gratiā quātulacūq̄: g̃ libere resistim⁹ per quātulacūq̄ gfam z sic de facili resistitur. q. tanta. ¶ Si hoc quare ergo tā frequēter clamat dauid ad deū libera me a persequētibus me. erue a framea deus aiam meā. zc̄. igitur ex quo de facili pōt resistere. ¶ Solutio. Ad primū ꝺ dicim⁹ ꝙ velle est simpliciter in nfa potestate maxime sz velle efficaciter nō ē in nostra potestate. vñ apostolus velle mihi adiacet. perficere aūt nō inuenio z hoc est qm̄ liberū arbitriū. z si sit cū gfa. nō est tamē sūme liberū cuius em̄ liberū sit a necessitate et a culpa. nō tñ a miseria liberū est dū sum⁹ in hoc mortali corpore vnde non de facili resistit cū quātulacūq̄ gfa aut si de facili nō tamē facillime. qm̄ multa impediūt ne de facili Sūt em̄ nouē ppter q̄ clamat dauid. primū est ignorantia. post pctm̄ em̄ tenebre facte sūt sup faciē abissi. i. cordis humani. Scdm negligētia. quoniam vult et nō vult piger. Tertium corruptio tam corporis q̃ aie. vnde corp⁹ qđ corrūpitur aggrauat aiaz. z apostolus. infelix ego hō quis me liberabit de corpore mortis huius? Quartū est hūilitas. clamat em̄ ex humilitate subijctendo se ei quē rogat Quintū est meritū qm̄ meremur orando. Sextus est exercitatio deuotiōis. Septimū est lassitudo fructus z ipsa accidia. vñ apls lassati sumus supra modū ita vt tederet nos viuere. Oct auum propt impetus hostis retinendos. Nonū est impotētia qm̄ sine deo nihil possumus. ptz igitur solutio ad primo obiectū. ¶ Ad scdz dicimus ꝙ q̃uis vere liberi sumus per gfam. nō tamen sūme z propter hoc nō de facili resistimus. ¶ Sed obijcitur contra predicta. qm̄ si quātulacūq̄ caritas sufficit ad resistendū. q. tāta. g̃ q̃libz caritas fortior est quātacūq̄ tentatione: ergo nulla caritas vincitur ab

Per hec ad primum.

Ad scm̄.

Contra pdi. ar

Prima cā.

Scda cā. Boetius.

Ad tertium

Ad quartū

Cōtra illd dictum af.

Secundo.

In oppm̄.

Dauid clamat ppter nouem.

aliqua tentatione. ḡ nullus habens caritatē pōt
Secundo. peccare mortaliter. ¶ Itē sint hic duo habētes
pares caritates z partes naturalia z tēptent paribus tēptationibus z alter succūbat reliquus nō:
nō est ratio quare potius iste vincaṫ q̄z ille. sed il
Solutio ad primum. le nō vincitur: ergo nec iste. ¶ Solutio. ad primum dicimus q̄ nō valet. caritas est fortior hac
tentatione: ergo nō vincit. pōt enim vinci multis
Ad scām. de causis q̄ dicte sūt. ¶ Ad scām dicimus q̄ ille
modus arguendi tenet in naturalib⁹ causis z non
in volūtarijs sicut patet in causa mūdi. eadē em̄
est causa penitus q̄ fecit mūdū q̄n factus est q̄ fe-
cisset ab eterno: nō tamen mundus est ab eterno.
Causa em̄ volūtaria est et nō necessaria. vnde nō
sequitur iste nō vincit: ergo nec ille. qui em̄ vinci-
tur a volūtate est. ¶ Sed obijcitur cōtra hoc qō
Cōtra ista iterū ar. dictū est. q̄ ex minima caritate manēte tanta pos
sumus resistere. q. tentatiōi. q̄m si hoc: ḡ tētatiōi
mortis. esto q̄ aliquis existens in minima carita
te manēte tanta resisteret tentatiōi mortis. iste ex
caritate subit mortē p̄o christo: ergo est martir:
ḡ statim euolat. ¶ Cōtra. est in minima caritate
In oppm. z magis diligit p̄ximum et filios q̄s debet. sit ita: ḡ
Secundo fert secū cremabilia: ḡ nō statim euolat. ¶ Item
si fert secū cremabilia: ḡ orando est p̄o ipo. Con
Tertio. tra iniuriā facit martiri q̄ orat p eo. ¶ Itē ex mi
nima caritate pōt subire martirīū p̄o xp̄o z maiꝰ
est subire martirīū p̄o xp̄o q̄s vendere oīa z dare
paupib⁹. ḡ iste ex minima caritate pōt vēdere oīa
Opinio aliquorum. z dare paupib⁹ ¶ Istō etiā videt mltꝫ rōnib⁹ q̄m
multi philosophi ex politica p̄tute reliq̄runt oīa:
ergo multo fortius ex minima caritate pōt illud
Iterum ad idem. fieri. ¶ Itē multi heretici ex falsa opinione reli-
querunt omnia. q̄m credebāt q̄ habere diuicias
esset pctm̄ mortale z fortio est minima caritas q̄s
Ad idem. falsa opinio. ¶ Itē. multi ex sola strēuitate natu-
ralitū subirēt potius martirīū q̄s negarent xp̄m
ergo facerēt ex sola strēuitate qō minus est. scz
vendere oīa et dare pauperib⁹ z fortio: est mini
ma caritas cū naturalibus q̄s naturalia per se: ḡ
iste ex minima caritate pōt vendere oīa que-
In oppm. rabet et dare pauperibus: faciat igitur ita. iste i mi
nima caritate vendit oīa z dat pauperib⁹ et est in
minima caritate: ergo in imperfecta. ¶ Contra.
ūr in euāgelio. si vis perfectus esse vade z vende
oīa. zč. ergo vendere oīa ex caritate z dare pau-
peribus est opus caritatis perfecte z iste ex carita-
te vendit oīa. zč. ergo habet perfectā caritatē
Solutio. ¶ Solutio. dicimus q̄ aliquis in minima carita
te potest subire martirīū et vēdere oīa. zč. tamen
hoc nō est possibile. istum subire martirīū vel ven
dere oīa. zč. ex minima caritate manēte tāta. q̄m
si hoc faceret seruiret regi liberalissimo maximo
seruitio. vnde huiusmodi seruitio augmētaret ser
uienti caritatē. et sic nō maneret minima. tñ ipsa
caritas minima manens minima potens est sc̄z
se facere illō: sicut aliquis seruiens pōt sc̄z se ser
uire in paupertate per viginti annos regi libera
li. tñ hoc nō est possibile q̄ seruiat. zč. q̄m rex libe
Iterum ar. ralis z potens nō permitteret tam diu ipsum esse
pauperē. ¶ Sed videtur q̄ vendere oīa et dare
pauperibus nō sit opus p̄fecte caritatꝫ. q̄m Au-
gusti. dicit q̄ perfecta caritas dicit. cupio dissolu-
ui z esse cū christo. hoc autem maius est q̄s vende
re oīa. zč. z minus pōt haberi sine maiori: ḡ aliq̄s
pōt vendere oīa ex caritate z dare pauperibus.
ita q̄ nō cupiat dissolui. zč. ergo sine pfecta carī-
tate pōt vendere oīa z dare pauperibus ergo il-
lud nō est pfecte ca. quid est ergo q̄ dicit in euā
gelio si vis perfect⁹ esse vade. zč. ¶ Ad hoc pōt Solutio.
solui dupliciter q̄a pōt dici q̄ nō est opus pfecte Exponitur dictuꝫ euāgelij.
caritatis. sed est via et p̄paratio ad perfectā ca
ritatē. vnde auctoritas euangelij sic exponit. Si
vis. zč. i. p̄parat te sic ad perfectā caritatē. vel
potest dici q̄ est opus perfecte caritatis. sed per-
fectior est que dicit cupio dissolui z esse cū christo
et cuius quilibet ex caritate vendens oīa et dans
pauperibus habeat perfectā caritatē. non tñ ois
habens perfectā caritatē vēdere oīa. zč. sicut pa
tet in patriarchis. abrahā ysaac z Jacob. quoniā
multi habent multas diuicias q̄ nō apponūt cor Seneca.
z tales possūt habere pfectā caritatē. vnde Se-
neca. Magnanimus qui vtitur fictilibus vt auro
sed nō minor est qui vtitur auro vt fictilibus. dī-
ctum est q̄ nō valet: iste ex minima caritate manē
te tanta, pōt subire martirīū p̄ christo: ergo possi
bile est istū ex minima caritate sub. zč. ¶ Sed vi Iterum ar.
detur q̄ sit necessaria. q̄m hec possibile est album
esse nigrum de dicto equivalet huic album ma-
nens albū potest esse nigrū. similiter hec possibi
le est istū ex minima caritate subire martirīū p̄o
christo. equalet huic. iste ex minima caritate ma-
nente tanta pōt subire. zč. sed hec est vera: ergo
et illa. propter hoc cōcedūt multi q̄ illa argumē Opinio aliquorum.
tatio est necessaria. vnde cōcedūt q̄ aliquis in mi
nima caritate manente tanta pōt subire martirīū
z etiā subire possibile est. z si contingat euolabit Hec argumētatio nō valet.
nec valet hec argumētatio scām eos. iste aī hoc
instans habebat venialia z erant in caritate im-
perfecta: ergo nō euolat q̄m qui statim euolat nō
est ex effectu caritatis: sed quia falsē martyrisre-
secantur omnia venialia. ¶ Sz cōtra obijcitur: Cōtra hoc arg.
ponatur q̄ isti duo sint in omnib⁹ pares quātū ad
caritatem. z vterq; sit in minima caritate et alter
subeat martī. reliquus nō: z vterq; decedat sic: in
de sic. vbi maior lucta ibi maior corona: sz in isto
qui subijt martirīū maior lucta: ergo zč. q̄m vbi
haberet locū auctoritas illa nisi in excellētissimo
opere caritatis: ergo ille qui subijt martirīū ma-
iorem coronā habebit q̄s ille qui nō subijt marti-
rīū: ergo eius caritas nō manet minima. ¶ Itez Ad idem.
caritatē meremur augeri vt aucta mereatur z per
fici: sed nullo opere magis meretur augeri q̄s ope
re martirij: ergo in opere martirij augetur: ergo
nō manet minima: q̄m nō pōt dici q̄ illud augmē
tum detur in futuro. q̄m illa auctoritas loquitur
de remuneratione p̄sentis vite per quaz auget
z perficitur caritas in p̄senti zč. ¶ Itē ā. dicit. Ad idem.
iniquitas esset si deus nō reciperet confugientes
ad se: ergo si nō daret eis gratiā iniquus esset et
tamen ipsi nō merentur. ergo iniquus esset si nō
daret augmentū caritatis in p̄senti ei qui patiē
marti. sed impossibile est q̄ deus sit iniquus. ergo
necessariū est q̄ deus det augmētū caritatꝫ ergo

Ad idem. impossibile ē q̄ maneat minima ¶ Itē apo. Fide
lis est deus qui nō permittit nos tentari supra id
quod possumus: sed dabit in tentatiōe prouentū:
sed nulla tentatio maior q̄s tentatio mortis. ergo
dat deus prouentū. ergo augmentat ibi caritatē
z impossibile est q̄ de⁹ nō det prouentū. ergo im-
Solutio. possibile est q̄ caritas maneat minima. ¶ Quod
cōcedimus. d. q̄ hec argumentatio nō valet iste
ex minima caritate manente tanta pōt subire zč.
ergo impossibile est ex minima zč. quoniam in pri
ma hoc verbū pōt significat potētia sc̄m quam
iste pōt subire marti. sed nō de facili. In conclu-
sione hec dictio possibile significat potentiam se-
Falsa equo cationis. cundū quā pōt subire marti. de facilz est fallacia
vniuocationis: q̄m eadē potētia significatur: sed
diuersimode. que diuersitas nō exprimitur q̄ dic-
tionē. vnde ista possibile est istū ex minima carī-
tate manēte tanta subire marti. p̄o xp̄o: nō equi-
Alr p̄t dici. pollet huic. iste ex minima caritate manēte tanta
pōt de facili subire zč. hec autē falsa. pōt tñ dici
q̄ nulla argumentatione est falla. equi. q̄m in pri-
ma significatur potētia ante actū: sc̄z potētia cui
aliquid deest ad hoc vt eliciat actū: sc̄z facultas
quedā in conclusione autem significatur potētia
coniuncta cum actu.

¶ Qualiter opposita opinio pōt sustineri.

Rōnes op positē opinionis. DIcto q̄liter pōt sustineri opinio que di-
cit q̄ ex quantulacūq; caritate manēte
tanta potest resistere. q. ten. ¶ Huc vi-
dendū ē qualiter opposita opinio pōt su
stineri. videt aūt q̄ nō pōt sustineri: q̄m ā. 6t Ō
nichil est fortius aio habēte caritatē: ergo nichil
est inuincibilius. ergo anim⁹ habens quātulācū-
Secundo. q̄ caritatē pōt resistere. q. ten. ¶ Itē dns redar-
guit petrū quādo timuit mergi dicens. Modice
fidei quare dubitasti. tūc habebat petrus modi-
cam fidē. ex illa aūt poterat resistere ten. mortis
aut nō. si non. male redargutus est. si poterat: ha
bemus propositum. ¶ Item super illud psal. Ne
Tertio. tradas me dñe a desi. an pec. dicit glosa sine quo
quantūcūq; seruat hostis nichil potest. ¶ Item
Quarto p gregorium. Gregorius. Nō est timendus hostis qui non pōt
deijcere nisi volentem. vnde ysa. Incuruare sc̄z
ad terrena vt pertranseamus. s. per te verbū ē de
monū ad animā. ergo si sine voluntate nostra nō
vincimur: facille aūt est non velle: ergo facile est
Quinto resistere et sic habemus propositum. ¶ Item in
matheo. Omnis qui audit ꝓba hec z facit ea assi
milabitur viro qui edificat domū suā supra petrā
et descēdit pluuia z venerūt flumina et irruerunt
venti in domū illā z non cecidit. fundata em̄ erat
supra firmā petrā. sed anima que habet quātulā-
cūq; caritatē fundata est supra firmā petrā. ergo
Sexto. quan. cari. sufficit ad resistendū pluuie ventis et
flu. et ita quante. ten. ¶ Item in canticis. Aque
multe nō potuerūt extinguere caritatē: ergo nul
lam caritatē. ergo minima caritas potest resiste
Septimo. re aquis z tribulatiōibus: et ita quan. ten. ¶ Itē
sup illud p̄al. Bonū michi lex oris tui sup milia
zč. Dicit ā. Plus diligit caritas legē dei q̄s cupi
ditas milia auri z argenti: sed cupiditas tñ dili-
git aurū quod exponit vitam corporalē p̄o auro
ergo quan. caritas tñ diligit legē dei q̄ vitā cor-
poralem exponit p̄o ipsa: z ita minima ca. re. tē.
mortis. ¶ Ad hoc potest dici q̄ minima caritas Solutio.
quātū in se est pōt resistire quā. ten. tamē in subie
cto debili nō pōt multis de causis. Quar⁹ prima Prima.
est ignorantia: secūda negligētia tertia vulnera-
tio naturalitū: quarta infirmitas carnis: quita spi
ritualis tristicia: sexta lassitudo virtutū: septima Ponit hic octo causas
dissuetudo bonorū operū: octaua instrennuitas
naturaliū. ¶ Ad primū ḡ dicimus q̄ anim⁹ hñs Ad primū.
caritatē potest resistere quā. ten. nō tamē sequit
q̄ homo hñs minimam caritatē pōt resistere. zč.
¶ Ad scōz dicimus: q̄ petrus nō poterat resiste Ad secūdū
re in illa modica fide nec ꝓpter hoc redargut⁹: sz
redargutus est q̄ timuit cū christū haberet tuto
rem sicut de puero qui videt lupū cui ōr. noli ti- Exemplum
mere non q̄ potest resistere: sed ꝓpter societatez
non debet timere. ¶ Ad tertiū dicimus. q̄ velle Ad tertiū.
simpliciter est in volūtate nostra: sz tamē efficax
velle nō est in potestate nostra vt pōt dici. q̄ vel
le liberū est: sed nō liberrimū: sicut dictū ē supra. Alr p̄t dici
¶ Ad quartū dicimus q̄ domus fundata est do- Ad quartū
mus radicata: hec aūt nō est minima caritate q̄m
qui habet minimā caritatē nō est radicatus z ita
nō est fundatus: vt fiat vis in hac dictione funda
tus. ¶ Ad quintū dicimus. q̄ aque multe nō pos Ad quintū.
sunt extinguere caritatē quātū in se est. sed in sub
iecto debili bene possūt. ¶ Ad aliud dicimus: q̄ Ad sextum
caritas minima quātū in se est pōt resi. q. ten. mor
tis: sed hoc nō pōt in debili subiecto. ¶ Sed cō- Cōtra hoc arg.
tra hoc obijcitur. facilius est defendere castrū q̄s
expugnare: sed minima caritas potest expugna-
re castrū possessū a diabolo. scilicz humanū ani-
mum plenū vicijs q̄m minima caritas fugat oīa
vicia in aduentu suo ergo minima caritas potest
defendere humanū animū cōtra oīa vicia. et ita
minima caritas pōt resistere. q. ten. q̄m si pōt ma
ius: pōt et minus. ¶ Item facilius est p̄euenire scōo ad idē
mortū q̄s expellere: sed caritas minima expellit
quātūlibet pctm̄. ergo pōt p̄euenire ergo pōt re
sistere quan. ten. q̄m tale p̄euenire est resistere.
¶ Ad hoc. d. q̄ hec argumētatio nō valet. Cari Solutio.
tas pōt facere maius: ergo pōt facere minus. In
stantia. Amor rei meruerūt penā eternam. ḡ me-
ruerunt amissionē terre ꝓmissionis. vltimū ē fal- Exemplum
sum. Dixit em̄ abrahe in gen. Nōdū sunt cōpleta
pctā amorreorū z tamē tūc meruerant penā eter
nam: z ita meruerāt maius z nō minus Similiter
caritas minima facit maius. i. fugat oīa vicia. nō
tamē facit minus: q̄m nō pōt resi. q. ten. cuius ra-
tio est q: cū cari. fugat vicia naturales potentie
iuuant ipsam viriliter. q̄m homo tunc est in bono
ꝓposito z firmo dimittendi pctm̄: vnde nō est mi
rum si expurgat castrū. tamē huiusmodi castrū
nō pōt defendere minima caritas. q̄m naturales
potentie nō iuuant ipsam immo cōsentiūt inimi-
cis. z ita quodāmodo perdūt castrū. ¶ Sed hec Cōtra hāc
solutio nulla videtur esse. q̄m nō q̄rimus quid fiat solutionē ar
sed quid pōt fieri vnde videtur q̄ hec argumenta
tio sit necessaria. caritas minima pōt facere ma-
ius: ergo potest facere minus oibus alijs paribꝰ
et certum est q̄ cū fugat vicia cū auxilio natura-

lium potentiarū iste naturales potentie debiliores sunt ꝙ̄ si caritas est in aīa: ergo si pōt cū debilioribus naturalibus expellere oīa vicia potest cū fortioribus resistere oībus vicijs. ¶ Propter hoc aliter soluēdū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. caritas minima expellit oīa vicia: ergo potest resistere ꝙ̄ te. tenta. ⁊ hec est ratio qm̄ cuj caritas expellit vicia non homo ipse pugnat. sed deus: qui vtitur caritate tanꝙ̄ instrumēto. sed qm̄ caritas resistit homo ipse pugnat auxilio caritatis. vnde nō sunt oīa paria qm̄ ex vna parte fortiꝰ est pugnans ꝙ̄ ex alia vincit: ergo caritas qⁱ homo habens caritatē huiusmodi partim carnalis est partim et ex ammixtiōe carnalitatis vincitur. sancti vero qui sunt in patria ex toto sūt spūales. homo aūt qui est in mortali pctō ex toto carnalis est sicut dr̄ in ysa. Egiptus hō ⁊ nō deus. i. homo peccator est aīalis et nō spūalis. nec deus participatiue ⁊ equi eius id est sensus caro et nō spūs. id est carnales nō spūales. Dicuntur autē sensus equi. qm̄ operatio pctōris fertur et regitur scōm sensus. ¶ Sed ad hoc obijcit aliqua caritas non pōt resistere. q. tenta. ergo aliqua tētatio est maior ꝙ̄ illa caritas. demōstrentur illa tentatio ⁊ illa caritas hec caritas nō pōt resistere huic tentationi ergo duplo minor caritas nō pōt re. duplo minori ten. ⁊ iterū duplo minor nō pōt resist. duplo minori ⁊ sic in infinitū et ita aliqua caritas ē que nō pōt resi. pūctioni actus qō falsū est. quoniam etiā liberū arbitriū posset resi. ergo multo fortius caritas in hoc subiecto. ita enim intelligimus semp. certū est eū ꝙ liberū arbitriū in prio statu ade poterat resistere. qm̄ adā habuit tūc vñ staret. i. resisteret. sed nō habuit vnde ꝑficeret. i. mereret. sed certū est ꝙ liberū arbitriū nō ē corruptū in infinitū: ergo adhuc per se pōt resistere alicui tentationi. ¶ Quod concedimus. vñ dicimus ꝙ minima caritas etiā in debili subiecto potest resistere magne tentatiōi. ⁊ ad illā argumentationē soluendū est per interemptionē huius et ⁊ sic in infinitū. quoniā circa minimā caritatē q̄ ē caritas paruuli est reperire aliquā caritatē: qua non est alia duplo minor. ⁊ hoc est qm̄ in linea intensionis nō est in infinitū descēdere subduplando secūdū intensionē ꝓpietatis. sed in ascēsu cōtingit in infinitū duplare. ⁊ hoc est qm̄ magis attenditur ſm accessum ad verā nois impositionē. vt dicitur in fine sex principiorū nō secundū recessum ab infimo ⁊ hoc ptz de facili in linea intensionis. sumatur linea intensionis albedinis sūma albedo dicatur a minima. si alia est dr̄. e. illa q̄ est recte est in medio inter a. ⁊ e. dr̄ c. cōtingat ꝙ c. magis duplo accedat ad a. ꝙ̄ e. ⁊ scōz accessū ad tertiū est intentio: ḡ c est duplo intensior ꝙ̄ e ergo c est dupla ad e. ergo c non est dupla ad d. sit d. recte inter c et e in medio. qm̄ si esset dupla ad d. cū sit dupla ad e d. ⁊ e. essent equaliter intense vt patet per propositionē euclidis. ¶ Itē. c nō duplo magis accedit ad a ꝙ̄ d. hoc patet: nō ergo est duplo intensior ꝙ̄ d. qm̄ secundū accessū ad a. attenditur intensior: patet ergo ꝙ d. in linea intensiōis nō habet subduplā ⁊ sic nō contingit in infinitum descendere subduplādo: sed cōtingit in infinitum ascendere subduplādo: qm̄ sūma albedo. s. a nulli inferiorū est ꝓportionabilis: qm̄ si est: sit igitur a dupla ad c. contingat ꝙ inter c. et a. sunt infinite medie. Sit ergo b. recte in medio b. duplo accedit ad a. ꝙ̄ c. ⁊ sic secūdū accessū ad a. est intensio ergo b. est dupla ad c. ⁊ a. dupla ad c. ergo a. ⁊ b. sunt equales. hoc aūt impossibile: ⁊ sic patet ꝙ a. nulli inferiorū est ꝓportionabilis ſm duplicitatē patet etiā ꝙ inter b. ⁊ a. est reperire f. duplā ad b. ⁊ inter f. ⁊ a. aliā duplam ad f. et sic in infinitū: et sic duplādo cōtingit ascēdere in infinitū. ¶ Sed iterū obijcitur Dictū est ꝙ caritas magis diligit deū ꝙ̄ cupiditas aurū ⁊ argentū. ergo fortior est motus minime caritatis ꝙ̄ motus maxime cupiditatis. sed cupiditas in suo subiecto tantū pōt habere motū ꝙ exponet suū subiectū morti pro auro ⁊ argento: ergo minima caritas similiter pro deo ⁊ ita minima caritas in suo subiecto pōt resistere q. ten. ¶ Ad hoc dicimus ꝙ cupiditas nō exponit suū subiectū morti: nisi vbi precipitata est sinderesis ⁊ ratio sopita penitus. vnde tunc nullum impedimētū inuenit in proprio subiecto: caritas autē minima multa impedimēta inuenit ī suo subiecto: ⁊ propter hoc nō tenet obiectio. et est simile: calor in mare fortior est ꝙ̄ in femina: ⁊ tamē calor femine ī minori tēpore facit subiectū suū aptū ad nuptias ꝙ̄ calor viri. ⁊ hoc est qⁱ subiectum femine mollius est ⁊ habilius ad maturitatē ꝙ̄ subiectum viri. ¶ Sed iterum obijcitur. Caritas minima manēs tanta in suo subiecto nō pōt resistere. q. ten. Esto ꝙ aliquis habeat minorē caritatē manentē tantā tanta. a tāta tentatione cui nō potest resistere. ⁊ deus permittat ipꝫ cadere. ꝙ etiā pōt permittere videtur: qm̄ cū aliquis tentatur tentatiōe quā pōt vincere permittit deus ipm̄ cadere. Inde sic: iste ex eis solis que habebat non potuit resistere tentationi qua tētatus fuit: ergo nullomodo pōt resistere. ergo nō est imputandū ei ꝙ cecidit. ¶ Similiter obijcitur de libero arbitrio. Sit enim aliquis in mortali pctō contingit ꝙ eius liberū arbitriū nō est debile in infinitum. vñ aliqui tētationi pōt resistere ⁊ cadit iste ex eis solis que habebat: nō potuit resistere huic tentationi. ergo nō est imputandū ei ꝙ cecidit: ⁊ sic fornicatio vel adulterium nō est imputandū ei: quod falsum est. ¶ Forte: dicit ꝙ imputandū est ei. qa ingessit se in talē necessitatē. Sed cōtra. Jeronimus dicit sup illud ysa. Nōne hoc est ieiunium qⁿ elegi. violentiā facit deo qui exigit ab eo qui soluere nō pōt cogit em̄ quodāmodo deū vt det ei. ergo si hoc nō cadit in humanā pietatē. ergo nec in diuinā. ergo deus nō imputat pctā et qui non pōt resistere. ¶ Solutio. Dicim⁹. ꝓpositio possibilis est. s. ꝙ iste habens minorē caritatē manētem tantā tentet tentatiōe cui nō potest resistere ex tanta caritate: ⁊ ꝙ deus permittat ipsū cadere: sed hec totalis ꝓpositio est impossibilis. cum hoc ꝙ iste vtatur bene armis collatis sibi. s. caritate et alijs virtutibus in principio tentationis. fidelis enim est deus qui nō permittit nos tētari supra id quod possum⁹: sed facit cum tētatiōe pro

Alit soluit.
Exponit dictū ysaie.
Quare sensus dicunt equi.
Ptra dicta af iterum.
Solutio.
Nota istud.
Alia ꝓbatio
Iterum af.
Iterum af.
Simlit af.
Solutio.
Solutio.
Cōtra hāc p hieroni.
Solutio.
Solutio.
Ad primū.

uentū: vt possumus sustinere prouentū. an. facit in tentatione. cū homo negligit nullomodo: sed facit quod in se est. impossibile est ꝙ dñs ꝓmittat cadere talē: immo augmētat ei virtutes: vt possit et resistere. vnde patet ꝙ hec argumētatio nō valet. iste ex eis solis que habebat nō potuit resi. tē. tante. ⁊c̄. ergo nō est ei imputandū qm̄ si fecisset quod in se erat data vel augmentata esset ei gratia qua posset resistere. Item. hec argumentatio nō valet iste ex eis solis q̄ ha. nō pōt re. tan. ten. ergo nō pōt resi. tante tenta. qm̄ hoc verbū pōt in prima tm̄ tenebaꝫ pro potentia sufficiēti per se ad talē actū. ⁊ cōiuncta illi actui. in conclusione tenet generaliter ꝙ potētia ad actū istū siue sufficienti siue nō sufficienti. vnde patet qⁿibi ē fallatia vniuocationis. sicut hic demonstrato illo q̄ est in mortali pctō. iste ex eis solis que habet non pōt mereri vitā eternā: ergo nō potest mereri vitam eternā. ¶ Eodēmodo prorsus respondendū est ad vltimo obiectū. scz ꝙ hec argumētatio non valet demōstrato illo qui est in mortali iste ex eis solis q̄ habet nō pōt resistere tentationi: ergo nō est imputandū ei si cadit. vel ergo nō pōt resistere tentationi. ¶ Itē. aliquis ex solā strennuitate naturalium pōt subire mortē pro xpō sicut miles pro xpō neget christū ⁊ tamē nō deserit pctm̄ mortale. sed minima caritas fortior est ꝙ̄ strennuitas naturaliū: ergo aliqs ex minori caritate manente tāta pōt subire mortē pro xpō. ¶ Itē. aliquis ex fide informi pōt subire mortē ꝓ xpō. ¶ Itē apostolus dicit. si habuero fidē ita vt mōtes trāsferā ⁊ si tradidero corpus meū ita vt ardeā si caritatē nō habuero nihil michi ꝓdest. ꝭ si ex fide informi pōt aliquis subire mortē pro christo: ergo multo fortius ex minima caritate manēte tanta. qm̄ fortior est ꝙ̄ fides informis. ¶ Idem videt ꝓ Augustinū qui dicit ꝙ si aliquis nō habens caritatē ex timore seruili subit mortē pro christo supplicium eternū patietur ⁊ ita videtur ꝙ aliquis ex timore seruili pōt subire mortē ꝓ christo. sed timor seruilis est ex fide informi: ergo aliquis ex fide informi pōt subire mor. pro christo ⁊ indevt patius. ¶ Itē aliquis philosophus solis virtutib⁹ politicis subit mortē pro christo sicut legitur de socrate qui hausit venenū. quia noluit negare vnū deū quez colebat. sed fortior est minima caritas quantalibet virtute politica: ergo ex minima caritate manente minima pōt aliquis subire mortē pro xpō. ¶ Itē. hereticus ex falsa fide pōt subire mortē ⁊ fortior est veritas ꝙ̄ falsitas: ergo aliquis ex minima caritate. ⁊c̄. cū habeat verā fidē. ¶ Solutio. ad primū. d. ꝙ hec ē vera aliquis ex sola strēnuitate. ⁊c̄. nec sequitur ergo ex minima caritate ⁊c̄. ⁊ hoc est qⁿ strēnuitas naturalium substantialis est. vnde plus pōt in suo subiecto. sed minima caritas est accidens vnde nō tm̄ pōt. ¶ Sed hec solutio nō videtur esse vera duplici rōne. Prima est qm̄ minima caritas plus assimilat subiectū suum fortissimo ⁊ potentissimo scz deo ꝙ̄ strenuitas naturaliū: ergo plus pōt in suo subiecto. ¶ Itez in. i. ad thitū dr̄ pietas habet promissum vite que nunc est ⁊ future. ibi dicit glo. ꝙ si aliquis sequit pietatē: ⁊ si lubricū carnis patitur sine dubio vacillabit. ꝭ tñ nō peribit: ergo si aliqs faciēs lubricum carnis faciat largas elemosinas. nō peribit in illo caritas ⁊ gra: ꝭ maior est pietas imponendo vitā ꝓ proximo ⁊ maior im ponēdo pro christo ergo si aliqs habens mortale pctm̄ velit firmiter subire mort pro xpō dabit eigram. ¶ Dō cōcedimus. Vñ melius videt dicendū ꝙ impossibile est ꝙ aliquis ex sola strēnuitate naturalū subeat mortē pro christo. sed ex sola strenuitate naturalū pōt incipere pugnā ⁊ ex gra perficere. ¶ Ad scōm dicimus ꝙ impossibile est ex sola fide informi subire mortē pro christo. nec apls hoc asserit: sed sub conditione dicit. Si tradidero corp⁹ meū sine caritate ita vt ardeā nihil mihi prodest. Hec cōditiōalis est vera. nec ex hoc sequitur ꝙ primū sit verū: vel etiā possit esse verū. ¶ Similiter dicimus ad tertiū. ¶ Ad quartū pōt rēsponderi sicut ad primū. qm̄ pōt dici ꝙ impossibile est ꝙ philosophus ex solis politicis virtutib⁹. ⁊c̄. imo si incipit hmōi pugnā infunditur ei gratia. ⁊ sic forte fuit in multis philosophis qui credebāt vnū deū ⁊ eis infusa est fides de trinitate. vl potest dici ꝙ poterat subire mortē pro christo ex politicis perfectissimis. ¶ Hec sequit: ergo ex minima caritate ⁊c̄. qm̄ plus possūt potētie perfectissime ꝙ̄ minima caritas. ⁊ similiter ad vltimū dicēdū. Ibidem etiā ītigit vehementer excecatio intellectus que nō permittit hereticū recte credere vel videre. Hec est igitur differentia inter primā opinionem ⁊ secundā. qⁿ prima dicit ꝙ ex minima caritate manēte minima pōt aliquis resistere ꝙ̄ telibet tentatiōi: sed nō de facili. Scōa dicit ꝙ nullo modo. Sed prima magis placet nobis. qm̄ dr̄ in cantico deuī. Dei perfecta sunt opera: ergo quecūq; deus armat pfecte armat. Virtutes aūt nō dātur tantū ad informandū aīam ꝙ̄ tulecūq; sint: ꝭ etiā ad armandū ꝓtra oēs tētatiōes: ergo ꝙ̄ tulecūq; sint sufficiunt ad resistendū ꝙ̄ te. tentationi.

¶ Qua resurrectione aliquis resurgit a peccato per caritatem. Capi. liij.

Dicto de vno effectu caritatis. sequit de alio. s. resurrectiōe qua aliquis resurgit a pctō per caritatē. ¶ Et queritur vtrū si aliquis cadit a caritate ꝙ mortale necessariū sit ex virtute caritatis prehabite ꝙ resurget si peniteat in equali vel maiori caritate. Sup hoc duplex est opinio. Prima dicit ꝙ necessariū est in maiori vel equali resurgere. Scōa dicit ꝙ pōt in minori/maiori/⁊ equali. ¶ Cōtra primam sic obijcitur. In amos dicit. Non adijciet vt resurgat virgo israel. ibi dicit glo. Hō negat qn resurgat: sed dicit ꝙ non resurget virgo. qm̄ qui obserrat a veritate. ⁊ si aliqn pij pastoris humerꝰ reportet. nō tñ cū illa glia cū qua erat anteꝙ̄ oberrasset. Ex hoc sequitur ꝙ nō pōt resurgere in tanta caritate in qua erat prius. ¶ Item. ibidem dr̄ Urbs de qua egrediebant mille relinquūtur i ea c. ⁊c̄. glo. Unitas est sacramētū vnius dei in qua est prima btūdo in denario scōa in centenario. tertia in millenario. Sūma quā si aliquis amittit vix reuertitur ad centū. ⁊ si illū amittit vix reuer-

Hec argumētatio nō valet.
Falsa eq̄uocationis.
Adultimū.
Iterum af.
Adidem.
Itē ad idē.
Adidē per augustinū.
Adidem.
Exemplum de socrate.
Adidem af
Solutio.
Ad primū.
Hec solutō non valet.
Primarō.
Scōarō. Glosa.
Prima q̄o.
Duplex opinio.
Ptra primā ⁊ glosaz.
Secundo.

Tertio. titur ad decē: ergo videtur q̄ nō pōt resurgere in maiori ex quo vir reuertit ad minorē. ¶ Item in esdra legitur q̄ templū salo. destructum a babil. post captiuitatē cū maiori labore reedificatū fuit ⁊ in minori glia. ḡ tēplū cordis nr̄i destructum a diabolo cū maiori labore reparab̄: et in minori gloria. ⁊ ita in minori caritate. Hec tres obiectiones sūt cōtra vtrāq̄ opinionē. ppria aūt ytra primam sic. Ponat q̄ aliq̄s habens imperfectā caritatē cadit per vnicū pūctū mortale. alius habēs p̄fectā caritatē cadit per mille mortalia. constat q̄ primus minus est indignus caritate q̄m secundus Sed primo potest infūdi caritas imp̄fecta: ergo scō. ⁊ ita q̄ cecidit a p̄fecta pōt resur. in imperf.

Ad idem. ¶ Itē. de sola mia datur vtriq̄ gratia: ergo nō e necessariū q̄ maior detur vni q̄m alij. ¶ Solutio.

Solutio. Primū potest solui per distinctionē glie. quoniā est gloria caritatis ⁊ gloria status. ¶ Cū ergo dicit

Ad primū. Qui oberrat a veritate rē. nō intelligitur de gloria caritatis: sed de gloria status: q̄ nō reddit ad illum statū in quo prius erat. q̄m gloriosior ē status bonorū qui nō peccauerūt q̄m bonorū qui peccauerūt. ¶ Ad scām dicimus q̄ in vnitate est prima beatitudo. i. baptismalis innocētia. In denario est beatitudo eor̄ qui incipiūt exercerī in operibus decalogi. Tertia est in centenario q̄ est profitientium in virtutibus. Quarta in millenario q̄ est perfector̄. q̄ dicitur q̄ si aliquis amittit mille vir reuertitur ad centū. verū est q̄ vir reuertitur: nec sequit. q̄m resurgat in equali caritate vel maiori. Sed remissior et tepidior est ad bona opera q̄m prius esset. quod significatū fuit in instītis q̄

Ad scām. Nō de istis. bus ligatus erat lazar⁹ q̄m fuit resuscitat⁹. ¶ Ad

Ad tertiū. tertiū patet solutio per predicta. Templū em̄ reparab̄ cū maiori labore q̄tū ad opera. ⁊ cū minori gloria q̄tū ad statū. ¶ Ad aliud dicim⁹ q̄ hec

Ad quartū argumētatio nō valet. Iste est minus indign⁹ caritate q̄m ille. ⁊ isti pōt infūdi caritas imperfecta: ergo et illi. q̄m nō in infusione gratie tantū attenditur indignitas: sed etiā caritas prehabita. ⁊ licet de sola mia det deus vtriq̄ gr̄am. tamen de iustitia dat tantā vel maiorē. q̄m iustū est vt opa bona q̄ facta fuerūt in caritate remunerentur cū resurgit. vñ deberent remunerari tm̄ q̄tū prius remunerarent. ideo necessariū est resurgere in maiorī vel equali caritate. ¶ Item in exo. 32 q̄ si aliquis p̄cusserit alīū debet expēsas in medicos donec percussus eat sup baculū. ⁊ cōstat q̄ ille q̄ vadit super baculū: est debilior q̄m prius esset ⁊ significat illū qui resurgit. ergo qui resurgit debilior ē q̄m prius. ⁊ sic resur. in minori caritate q̄m prius haberet. ¶ Ad hoc ptz solutio p predicta. debilior em̄ est nō quo ad quātitatē caritat⁹: sed quo ad lesionem naturaliū q̄tū ad exercitū bonor̄ op⁹.

Er instātia dei resurgit pctōr ad tā tam vel maiorem gr̄am

Iterū aī ad principale.

Solutio.

ytra hoc aī ¶ Sed obijcitur. isti qui resurgit aut de sola misericordia infunditur ei tacta gratia quanta ei infunditur aut nō de sola mia. si primo modo: ergo potest infundi minor: ⁊ sic pōt resurgere in minori caritate. si nō de sola mia. ergo videtur q̄ caritas prehabita: faciat ad hoc q̄ tanta infunditur.

In ezechi. ¶ Contra in ezechiele 32. Si auerterit se iust⁹ a iusticia ⁊ fecerit iniquitatē oēs iusticie eius nō recordabūtur. ergo de⁹ p illis nec maiorē nec minorem gr̄am infūdit. ¶ Itē. iste est indign⁹ oī bono et pane quo vescitur anteq̄ infundat eis gr̄a. ergo nihil est ex pte ei⁹ ppter q̄d aut maior aut minor gratia infundatur: ⁊ ita de sola mia tanta infunditur: et inde vt prius. ¶ Itē si aliquid est ex parte hois nō nisi preparatio: q̄ em̄ homo facit q̄d in se est: deus facit quod in se est. ergo q̄ homo preparat se deus infundit ei gratiā. ergo q̄ magis preparat se maiorē dat ei gratiā. Sed qui cecidit ab imperfecta caritate magis preparat se: q̄m ille qui cecidit a perfecta. ponatur ergo illi datur maior gratia: sed illi datur imperfecta cari. hoc est possibile. ergo ⁊ illi qui cecidit a perfecta datur imperfecta: ⁊ ita resurgit in minori. ¶ Ad primū dicimus q̄ ei qui cecidit et resurgit de sola mia datur caritas sed q̄ maior vel eq̄lis de iusticia est. Alij debent q̄ ipsa caritas et ipsa quantitas cari. de sola mia est: sed q̄ non datur minor hoc est de iusticia. ⁊ ponūt simile de illo quē deus punit in inferno circa merita. q̄ iste punitur tanta pena hoc est de iustitia. sed q̄ nō punitur maiori hoc est de mia. se vterq̄ vident dicere falsū. q̄m anteq̄ gr̄a infunditur ei indign⁹ est omni bono: ergo de iusticia nichil datur ei nec caritas nec q̄titas caritatis ¶ Propter hoc dicimus q̄ quicquid datur ei de sola mia datur. Sed ex hoc nō sequitur: ergo deus pōt et dare minorē gr̄am vel caritatē. sicut nō sequitur de sola mia. Deus dat gr̄am: ergo nō pōt dare q̄m sicut nō pōt non punire malos. quoniā nō pōt negare seipm̄ qui est sūma iusticia. ita nō potest nō misereri vbi est miserendū. q̄m negaret seipsum qui est sūma mia. Sicut etiā non pōt nō dare maiorē caritatē vbi danda est maior. q̄m negaret seipz qui est sūma liberalitas. Unde ei q̄ preparat se ⁊ qui seruierat prius ei necessario dat maiorē gr̄am: q̄ prius seruierat q̄m si non seruisset prius. vnde necessario dat ei tantā vel maiorem prius habita. Sicut benignus dñs seruū suū p- ditorē recipit: q̄ videt illū penitere. ⁊ q̄m seruiuit ei fideliter. Habet ergo de⁹ respectū ad preparationē ⁊ ad merita precedentia et propter illa duo tantā vel maiorē caritatē infūdit. ¶ Ad illud q̄d obicitur q̄ oēs iusticie nō recordabūtur intelligitur q̄diu nō penitebit. ¶ Per hoc patet solutio ad scām obiectū. ¶ Ad aliud obiectū dicimus q̄ hec argumētatio nō valet. q̄ ille se preparat de⁹ dat ei gr̄am: ergo q̄ magis se preparat maiorem dat ei gr̄am. Debet em̄ addi: et oia alia sūt paria ⁊ hoc falsū. q̄m ille qui cecidit a perfecta caritate magis seruiuit deo q̄m ille qui cecidit ab imp̄fecta caritate. ¶ Aliorū opinio est q̄ aliq̄s pōt resurgere in minori caritate. ¶ Sed cōtra hanc obijcitur multipliciter. q̄m auctoritas q̄ penitētia restituit oia ablata: ḡ ⁊ caritatē ⁊ q̄titatē caritat⁹: ergo resurgit in tanta caritate q̄tam prius habebat. vel in maiori. ¶ Itē i ezechie. Quacūq̄ hora ingemuerit peccator oīm iniquitatū ei⁹ nō recordabor: ergo isti qui cecidit a perfecta caritate dat caritas cū penitet ac si nulle fuissent iniq̄tates ei⁹. Sed si nulle fuisseut haberet perfectaz caritatē: ergo dat ei p̄fecta caritas. ⁊ ita resurgit

Secundo.

Tertio.

Ad primū.

Aliter ōr.

Ytra vtrūq̄ arguitur.

Solutio ꝓz doctorem.

Nota solutionem.

Exemplum

Ad dictum prophete.

Per hoc ad secundum.

Nota.

Alia opio.

Ytra hāc aī

Secundo.

Tertio in equali vel maiori. ¶ Itē Apls 2ō. Diligētib⁹ deū oīa cooperant in bonū. Et dicit Ambro. q̄ casus in mortale operat ad bonū. Sed si resurgit in minori cas⁹ nō operat ad bonū: immo ad malum.

Quarto. ¶ Item. si in equali casus nō operat ei ad bonū: ergo necessariū est vt resurgat in maiori. Hec obiectio cōis est cōtra vtrāq̄ opinionē. ¶ Itē. dñs dicit p Joelē. Reddā vobis oēs annos q̄s comedit locusta ⁊ bruc⁹. rubigo et eruca. i. reddet dñs

Quinto. caritatē q̄ amissa est p pctm̄: ergo si amissa est p̄fecta caritas reddet p̄fectā caritatē. ¶ Idē pbat

Sexto. rōnib⁹. deus est pnior ad miserendū q̄m ad condēnandū vel puniendū. Sed cū aliq̄s cadit p mortale dimissa pctā redeūt ⁊ iudicat dignus maiori pena p pctis dimissis q̄m esset prius: ḡ cū aliquis resurgit 2z esse dign⁹ maiori pmio q̄m prius esset añ q̄m caderet: ḡ q̄n aliq̄s resurgit i maiori caritate q̄m prius habuit. Et hec obiectio ē cōtra vtrāq̄ opinionē.

Septimo. ¶ Itē. esto q̄ resurgat i minori caritate q̄m prius habuit. Dicunt scti q̄ opa facta ex caritate q̄ amissa fuerūt reuiuiscūt: ḡ si decedat ille in minori caritate remunerabit p illis bonis q̄ reuiuiscerūt. aut remunerabit q̄tū meruit illis opibus aut magis aut min⁹. Si minus ḡ deus remunerat citra condignū. s. q̄tū meruit. Sed nō remunerat pro illis nisi pm caritatē a qua exierūt: ḡ cū exierint a p̄fecta caritate. si ita: remunerabunt pm p̄fectā caritatē. Sed decedēs in caritate nō remunerat nisi scām caritatē i qua decedit: ḡ ille decidit in p̄fecta caritate: nō i minori quā prius habuit

Octauo. ¶ Itē. in quo reuiuiscūt opa facta ex habita caritate nisi remunerent 2z q̄titatē caritatis a qua exierint. ¶ Solutio. Ad primū dicim⁹ q̄ penitētia restituit oia ablata si sit satisfactoria plenarie.

Solutio ad pumum q̄m si nō facit totū q̄d in se est deus reddit ei tātā caritatē q̄tā habuit vel maiorē. sed si nō penitet p̄fecte nō est necessariū q̄ tāta det ei caritas q̄tā habuit prius.

Ad scām. ¶ Ad scām respōdemus eodē mō: q̄m si p̄fecte ingemuerit pctōr reddet ei tāta caritas q̄tā prius habuit. Si i perfecte pōt esse q̄ reddat minor. Eodē mō respōdemus ad quartū. q̄m si plene penitet reddit deus ānos q̄s comedit locusta. rē. Si semiplene penitet semiplene reddit.

Ad tertium ¶ Ad tertiū dicim⁹ q̄ casus q̄tū ad hoc coopat i bonū q̄ humilior ⁊ cautior resurgit q̄ resurgit nō q̄ det ei maior caritas vel maior hūilitas: sed q̄m habet maiorē vsū humilitatis: q̄m ex ptus est periculā q̄ humiliāt ḡ nō erat exptus prius ¶ Ad primā rōnē dicim⁹ q̄ pctā nō redeūt nisi q̄tū ad quā dā ingratitudinē q̄m sine dubio magis peccat qui cadit q̄m si nichil fuisset dimissuz ei. 3z nō est necessarium q̄ sit dignus maiori pena: q̄m nūq̄ fuerit. iō pōt esse q̄ sit dignus minori pena. Similiter illi qui resurgit dat maior caritas q̄m si nūq̄ habuisset caritatē. Sed nō est necessariū q̄ maior vel tanta det. ¶ Ad scām rōnē dicim⁹ q̄ hūs pōt esse q̄ aliquis resurgat in minori caritate: ⁊ tm̄ opera facta ex maiori caritate p̄habita reuiuiscūt ⁊ si decedit hō illa opera remunerant scām q̄titatē caritat⁹ a qua exierunt. sicut in illo qui nō cadit et eius caritas p̄tinue auget remunerant opera facta ex minori caritate scām maiorē caritatē i qua decedit.

Ad aliud.

Ad aliud.

¶ Si obijcit q̄ deus non remunerat pro opibus meritorijs minus q̄m hō meruerit illis operib⁹ meritorijs. ¶ Dicim⁹ q̄ hoc intelligit de operibus nō mortificatis. ¶ Ad illd̄ quod queritur in quo reuiuiscūt rē. dicim⁹ q̄ quātū ad tria reuiuiscunt

Cōtra hoc arguitur.

Ad aliud.

Primū est q̄ maior caritas dat resurgenti q̄m dat retur si nō precessissent bona opa. Secūdū est q̄ citius augetur caritas. Tertiū est q̄ firmius meretur. verū est em̄ q̄ si ex eadē caritate nō crēscēte fiant multa bona opera nō maius premiū meretur oibus illis simul sūptis q̄m vno solo eor̄: sed meretur oibus illis firmius q̄m vno solo sicut contingit in duobus militibus qui in alio bello merētur equalia: tū firmius meret vn⁹ et cū maiori labore q̄m alius. q̄uisaūt non mereatur maius premium omnibus illis operibus q̄ vno illorū per se nō est tamē dimittendū q̄n multiplicentur. hmōi opera em̄ valent ad octo. Primū est q̄ per ipsa vi tatur negligentia vel omissio. secūdū est radicatio caritatis. tertiū est augmētū caritatis: q̄m caritas augetur occasiōaliter per hec opa. quartū est dimissio vel remissio pene temporalis. quintū est debilitatio fomitis. sextū est repulsio diaboli: q̄m diabolus vulneratur ⁊ tabescit cum videt aliquem bene operari. septimum est iocunditas mētis: quia in custodiendis illis retributio multa. Octauū est q̄ firmius meremur multis operibus bonis q̄m vno solo.

Mortificata reuiuiscunt

Bona opa valent ad octo.

De quantitate caritatis ⁊ quantitate motus eius. Capitulum quintum.

¶ De politicis ante donum spũssancti.

¶ Septimus tractatus.

Dicto de virtutibus theologicis dicẽdũ est de politicis anteq̃ dicamꝰ de donis spũssancti. z hac rõne. q; de virtutibꝰ politicis nõ est q̃stio an sint virtutes. sꝫ de donis est questio an sint ꝟtutes. vñ rectiꝰ cõtinuantur ꝟtutes politice theologicis ꝯ dona. qm̃ sicut patebit inferiꝰ. opatio virtutũ politicarũ ꝓcedit operationẽ donorũ. qm̃ aũt ius naturale oritur et principiũ est oĩm virtutũ et motuũ ipsaruꝫ: ideo prius dicẽdũ de iure naturali ¶ Circa quod primo inquirendũ quomodo liget Scõo vtrũ ille qui primo sibi appropriauit aliq̃d peccauit mortaliter Tertio de differẽtia iurꝫ naturalis z iuris positiui Quarto qualiter lex naturalis scripta est in corde hois Quinto vtrũq; ꝓcepta iurꝫ naturalis

Ius naturale capit. dupliciter.

recipiāt dispēsationē. ¶ Sciēdū ḡ ꝙ ius naturale qñq; large qñq; stricte ūr. large ſm ꝙ ius naturale qđ natura docuit oia aialia: vt ꝓcreatio mar⁹ z femine z similia. Et ſm hoc ius nō ē virt⁹ vl viciū. qñ ſm cōia oib⁹ aiab⁹ nō est virt⁹ vel viciū. sic enī bruta susceptibilia eēnt virtutū z viciȝ. Stricte sūmđ ius naturale ſm ꝙ ūr ius naturale. qđ natura lis rō sine oi deliberatione aut sine magna dictat esse faciendū vt deū esse diligendū . z ſimilia.

¶ Primū capitulū. De iure naturali.

Aſſ primo.

¶ Arca primū ca. sic obiciē. Scti dicūt ꝙ oia eē cōia sunt ꝓcepta iuris naturalis. z ad hoc tenebant adā z eua i ꝓio statu ſȝ nō tenebant ad hoc nisi ex ꝓcepto nature: ḡ cū eadē natura maneat modo adhuc tenemur ex ꝓcepto nature ad hoc. ſ. oia eē cōia: ḡ q̄ sibi appropriat aliq̄d peccat mortaliter. cuȝ faciat cōtra ꝓceptū nature. z sic totus mūd⁹ involut⁹ est in pctō mortali.

Euasio.

¶ Si dicit ꝙ ad hoc nō tenet nisi in casu. ſ. tpe necessitatis. Tūc enī oia debent esse cōmunia illud nō soluit argumentationē precedētē. qñ nō tenet sp honorare parētes: sed tm̄ ꝓ loco z tpe. tm̄ qñcūq; ꝓtrariū facim⁹ id est inhonoram⁹ parentes peccam⁹ mortaliter. Eadē rōne licet ad cōicationē oīm nō teneamur nisi ꝓ loco z tpe. tm̄ qñcūq; ꝓtrariū facim⁹ peccam⁹ mortaliter. ſȝ appropriādo nobis aliq̄d facimus ꝓtrariū illius ꝓcepti: ḡ peccam⁹ mortaliter.

Ptra quā af

Tertio.

¶ Item. Arist. Quod natura tale. zc. ḡ iustū ſm ius naturale magis est iustū q̄ quod est iustū ſm ius positiuū Sed oia eē cōia est iustū ſm ius naturale: z non oia esse cōia ē iustū ſm ius positiuū: ergo primū est magis iustū q̄ ſcm̄: ḡ magis tenemur ad primū. ḡ si trāsgredimur peccam⁹ mortaliter. Sed appropriando nobis aliquid transgredimur ipm: ergo tunc peccamus mortaliter.

Solutio.

¶ Solu. Sicut dixit ꝓpositiu⁹. in iure sunt quedā ꝓcepta z quedā ꝓhibitiones z quedā demonstrationes. Precepta sunt hec. Que cūq; vultis vt faciant vobis homies z vos eis facitis ꝓhibitiones vt hec. Non facias alicui qđ tibi non vis fieri. et sub hac ꝓhibitione continentur ꝓhibitiones decalogi. Quod patȝ. qñ nullus vellet ꝙ alī⁹ occideret ipm vel ꝙ furaret ei aliquid. vnde nec ipe debet hoc facere alī. Et propter hoc ꝓceptū ē Non occides: non furtū facies. zc. Precepta enī et ꝓhibitiones iuris naturis semp z simpliciter obligant. Demonstrationes sunt q̄ ad tpus z scȝ quid obligāt: quaꝝ opposita ſȝ casus emergētes licet fieri verbi gra. Scm̄ ius naturale licet vim expellere vi z sua repetere. Indicatio ei est de iure naturali. vt dicit tullius in fine rethorice. tamē dñs ꝓcepit aplis oppositū dicens Qui percusserit te in vnā maxillam ꝓbe ei z alterā. z qui voluerit tibi auferre tunicā: dimitte ei z palliū. Tēpus enī z locus sic se offerebāt ꝙ p nimiā mansuetudinem trahendi erant hoīes ad deū hoc igit. ſ. omnia esse cōia de quo obiectū ē cadit sub demonstratiōe. qñ non fuit ꝓceptū iuris naturalis simpliciter. sed tm̄ scm̄ qđ. Fuit enī ꝓceptū in statu inocētie siue in statu nature bñ dispositē. ſȝ in statu cupiditatiȝ z nature corrupte nō est ꝓceptū nec debȝ eē. qñ ſi eēt dissolueret respuplica z mutua cede ꝓmeret se genus hūanū. Verū est tm̄ ꝙ omnia sint ꝓmunicāda tpe extreme necessitatis. qñ naturalis ratio dictat ꝙ magis diligēda ē salus proximi cȝ ista thalia.

Oia sūt cōmunicanda

¶ Ad primū dicim⁹ ꝙ licet eadē natura maneat q̄ fuit i statu innocētie. tñ quia nō manet in eodē statu nō est mō ꝓceptū.

Ad primū.

¶ Ad ſm dicimus ꝙ nō est sīle de hoc honorare parentes. qñ illud semp z simpliciter ꝓceptū est aliud nō.

Ad scm̄.

¶ Ad tertiū dicim⁹ ꝙ hoc nō oia eē cōmunia tuſtū est nō tm̄ ſm ius positiuū: sed etiā ſȝ iusticiam naturalē. vt patet ex iam dictis Dictuȝ est enī ꝙ hoc Non furtum facies ꝓtinetur sub hac regula: iuris naturalis. Nō facies alij qđ tibi nō vis fieri: ergo cum furtū sit cōtra ius naturale aliquid est ꝓpriū ſm ius naturale. z sic ptȝ solutio ad tertio obiectū Notandū aūt ꝙ cuius aliqua eē ꝓpria sit de iure naturali. tamē appropriare sic vel sic non est de iure naturali: sed de positiuo Similiter punire malos est de iure naturali: sȝ punire sic vel sic non est de iure naturali: sed est de positiuo.

Ad tertiū.

Ꝓprietates rerū ē de iure naturali.

Notandum

¶ Sed obiicitur. Omnia esse cōmunia est de iure naturali: ergo est iustum. Itē. aliqua eē ꝓpria est de iure naturali: ḡ est iustum. Sed oia eē communia z aliqua eē propria sunt ꝓtraria: ergo iustum est contrarium iusto: ergo bonū est contrarium bono. qđ est contra Aristo. dicentē ꝙ malū malo contingit esse contrariū z malum bono: sed nunq̄ bonū est cōtrariū bono.

Contra dicta ar.

Secūdo.

¶ Itē. punire malos est sub ꝓcepto iuris naturalis sed punire sic est sub ꝓcepto: ḡ punire sic est sub ꝓcepto iurȝ naturis. qđ ꝓb⁹ negatū est.

Solutio.

¶ Solu. Sine dubio inconueniēs est bonū esse contrariū bono in eadē ratione boni. z ex eadē causa Sed ex diuersis z in diuersis casibus nō est inconueniēs. sicut refutare officiū predicādi z recipere officiū predicandi cōtraria sunt. tamen vtrūq; bonū ex diuersis causis et in diuersis casib⁹. sicut predictū est. Eodē modo omnia esse cōia est iustū z bonū ſm ius naturale. Sīlr aliqua esse ꝓpria est iustū ſm ius naturale. sed aliter et aliter qñ naturalis ratio dictat ꝙ omnia debent esse ꝓmunia z valde appetit z amplectitur oia esse communia. Ita enī erit in statu ad quē tendim⁹. ſ. in statu beatitudinis. Sȝ aliqua esse ꝓpria dicta ratio naturalis quasi coacta. Scit enī ꝙ scm̄ statum nature qui modo est vtilius est esse aliqua ꝓpria cȝ omnia esse ꝓmunia Unde sustinet aliqua esse propria nec pei⁹ accidat Unde aliqua esse propria est de iure naturali quasi ex beneplacito nature. quia ergo ex diuersis causis z in diuersis casibus sunt illa duo de iure naturali: nō est inconueniēs illa esse contraria: z tamē vtrūq; est bonū.

Nō dicta: oia eē cōia et aliq̄ esse propria. Per hoc ad primum.

Nota.

Ad scm̄.

¶ Ad secundum dicimus ꝙ hec argumētationō vȝ. Punire malos est sub ꝓcepto iuris naturalis z punire sic zc. ḡ zc. z hoc est qa punire sic nō ē eēntialiter cōtentū sub punire: ſȝ p accidens. sicut nō sequitur: linea est sub subiecto geometrie z linea alba vl visibilis est sub linea. ergo linea alba vel visibilis est sub subiecto geometrie: quoniā linea alba per accidens est sub linea.

¶ Queritur postea

Aſſ ꝙ non.

vtrū hoc ꝓceptū. Oia eē ꝓmunia semp liget. videtur ꝙ nō: qñ nō est ꝓceptū ex sola natura: ſȝ ex natura cū statu innocentie: sed modo nō est idem status. ḡ modo nō ligat: ḡ nō semp ligat. ḡ cū hec sit demonstratio: sequit ꝙ demōstratio nō semp liget: vl nō erit dfa inter ꝓcepta z demonstratiōes

Solutio. ꝓceptuȝ de cōitate rep̄sp ligat

¶ Solu. Ad hoc pōt dici ꝙ illud ꝓceptū semp ligat: differenter tm̄ ligat z ligebat in statu inocētie: modo enī non ligat ad oimodā executionē: in omni tpe: sed tm̄ ligat in tpe necessitatiȝ ſȝ in statu innocētie ligabat ad oimodā executionē i qlz tpe

Ad primū.

siue in tpe necessitatiȝ siue i alio

¶ Ad primū ḡ dicim⁹ ꝙ ex sola natura ligat. ſȝ ex natura z statu innocētie ligabat ad oimodā executionē z cū modo non maneat idē stat⁹. modo nō sic ligat.

Ad scm̄.

¶ Ad secundo obiectū dicim⁹ ꝙ q̄us demōstratiō semp liget: tm̄ adhuc ē differentia inter demōstrationē et ꝓceptū: qñ ꝓtrariū ꝓcepti nunq̄ licet facere: sed ꝓtrariū demonstrationis licet facere.

¶ Utrū ille q̄ primo sibi appropriauit aliquid peccauit mortaliter.

¶ Secunda questio huiꝰ capituli.

Aſſ ꝙ sic.

¶ Ueritur vtrum ille q̄ primo sibi appropriauit aliq̄d peccauit mortalit. ¶ Uidetur ꝙ sic. qñ auctoritas ūr. Iniquitatis est dicere: hoc est meū. hoc est tuū. ergo q̄ primo dixit hoc iniquꝰ fuit: ḡ peccauit mortaliter. Sȝ dicendo hoc appropriauit sibi aliq̄d: ḡ qui primo appropriauit sibi aliquid peccauit mortaliter.

Secundo.

¶ Itē alia auct. feliciter viuerēt homies nisi essent ista duo meū tuū: ergo q̄ primo dixit hoc siue qui primo appropriauit sibi aliquid fecit contra felicitatē vite: ḡ peccauit mortaliter.

Tertio.

¶ Itē. naturalis rō dictabat ꝙ oia debebāt eē cōia z sine dispensatione appropriauit aliquid sibi: ḡ fecit contra illud qđ naturalis ratio dictabat ei esse faciendū: ergo fecit cōtra sciētiā: ḡ peccauit mortaliter.

Euasio. ꝓtra hāc af

¶ Forte dicit ꝙ dñs dispēsauit cū dixit. Insudore vultus tui vescēris pane tuo.

In oppm̄.

¶ Sȝ probo ꝙ non oportuit dispensare. nec peccauit q̄ sibi primo appropriauit aliq̄d. qñ nunq̄ rō naturalis dixit ei ꝙ oia deberent eē cōia in oi tpe z in oi statu Pernicioſum enī esset hoc in statu corrupte nature: ergo i hmōi statu appropriādo sibi aliquid nō peccauit. precipue cū oporteret terrā excoli z de labore propio viuere.

Solutio. ꝓpria rerū appropriatio fuit idifferens.

¶ Solu. Si ex cupiditate primo sibi appropriauit peccauit mortalit. sicut nēroth qui ex cupiditate vsurpauit sibi dñiū z ciuitates. Sȝ si hac de causa appropriauit sibi aliquid. qñ vidit nociuū oia eē cōmunia in statu corrupte nature nō peccauit . nec dispēsauit dñs qñ dixit. In sudore vultꝰ tui. zc. ſȝ qđ futurū erat ꝓdixit.

Ad primū.

¶ Ad primū ḡ dicim⁹ ꝙ iniquitatis fuit dicere zc. Ex iniquitate ade prodiit hmōi appropriatio qñ nisi peccasset nō fuisset natura corrupta. z sic remāsissent oia ꝓmunia

Ad scm̄.

¶ Ad ſm dicim⁹ ꝙ hmōi appropriatio nō est ꝓtra felicitatē vite. qñ multȝ modis contingit feliciter viuere

Ad tertiū.

¶ Ad tertiū ptȝ solutio ex predictis. qñ naturalis ratio nō dictabat ꝙ oia deberent esse cōmunia in oi statu. z hoc ideo: qꝛ natura dictat ꝓtrariū huic esse faciendū oia sunt ꝓmunia in casu. Sȝ non dictat ꝓtrarium huic esse faciendū in aliquo casu scȝ honorare parentes. nec in statu innocētie nec i statu miserie.

¶ Que sit differentia inter ꝓcepta nature z legis diuine.

¶ Tertia questio huius capituli.

Aſſ ꝙ nulla

Queritur q̄ sit differētia inter ꝓcepta nature et ꝓcepta legis diuine. Quibusdā videt ꝙ nulla. Sȝ aliq dicūt ꝙ tenemur ad ꝓcepta: ſȝ non ad modū. i. nō tenemur facere ꝓcepta ex caritate vñ ſm istos nō tenemur diligere deū ex caritate. Et ita diligere deū ex caritate nō est in ꝓcepto Sed excluso modo ꝓceptum de dilectiōe nō est nisi de dilectione naturali. Sic igitur scm̄ istos nulla differētia est inter ꝓcepta iuris naturalis et ꝓcepta legis diuine. z hoc si volūt ꝓbare. caritas non est in ptāte nra Natur enī a deo imediate: ergo moueri ex caritate nō est in ptāte nostra. Sed dē⁹ non ꝓcipit ipossibile: ḡ non ꝓcipit nobis moueri ex caritate: ḡ non tenemur moueri ex caritate.

Confirmat

Secūdo.

¶ Itē. si tenemur moueri ex caritate: ḡ tenemur diligere deū ex caritate. Sed cū diligimus deū naturali dilectiōe tm̄ nō diligim⁹ ipȝ ex caritate: ḡ cū tenemur diligere ipȝ ex caritate pecca m⁹ obmittēdo z ita diligēdo deū naturali dilectione tm̄ peccam⁹ mortaliter. Sikiter dādo elemosinā ex naturali pietate tm̄ peccam⁹ mortalit. hoc autē falsū est. Restat ḡ ꝙ nō tenemur ad modum. z sic nulla est differētia inter ꝓcepta z ccta.

¶ Sȝ videt ꝙ magna sit differētia z ꝙ teneamur ex caritate moueri ꝓcepta enī naturalia nō sūt data ad merendū. qñ mereri est supra naturam: z natura nichil potest supra se. Precepta legis diuine data sunt ad merendū. quod probatur.

In oppm̄.

Probat ꝙ augustinū.

¶ Aug. dicit ꝙ omnes volunt esse beati: sed non omnes fiunt beati. Quare? quia nō omnes volūt antecedens. ſ. recte viuere. Sed recte viuere non antecedit ad esse beatum nisi scm̄ ꝙ importat meritum: ergo cuȝ ꝓcepta legis diuine data sunt ad recte viuendū: data sunt igitur ad merendum. ergo differunt a ꝓceptis naturalibus que nō sunt data ad merendum. Et hoc sequitur ꝙ si merituȝ est de essentia ꝓceptoꝝ legis diuine cū meritū non sit nisi ex caritate ꝙ tenemur ad ipledū ꝓcepta ex caritate.

¶ Itē. si non tenemur iplere ꝓcepta ex caritate z constat ꝙ nō tenemur iplere ꝓcepta: ḡ aliquis pōt implere oia ꝓcepta ex solis naturalibus sine caritate. Sed iplentib⁹ oia ꝓcepta promittitur vita eterna: ḡ sine caritate pōt aliquis saluari. qđ est hereticū.

Secūdo.

¶ Item. dñs in eis

Tertio.

sinay in sancto id est domin⁹ in eis qui implēt mādatum. Signa enī interpretatur mandatū. Et dicit glosa ibi. quia sine domino non potest impleri mandatuȝ. z ita sine caritate nō implet ꝓceptū meritū. igitur est de essentia legis diuine siue de essentia ꝓceptoꝝ legis diuine. ḡ ꝓcepta naturalia z ꝓcepta legis diuine differūt qđ ꝓcedimus

¶ Unde dicim⁹ ꝙ non sunt eadem formaliter: sed materialiter. tenemur ei implere ꝓcepta legis diuine ex caritate.

Caritas est de ꝓcepto legis diuie.

¶ Ad primo obiectum dicimus ꝙ hec est falsa Non est in potestate nra moueri ex caritate immo ex quo in potestate nostra ē vt habeamus caritatē possumus moueri ex caritate: et

Ad primū.

ita in nobis est habere caritatē: qm̃ caritas offert nobis. Unde apo. Videte ne quid desit gr̃e dei: et petim⁹ in prima sua canonica. Sperate in eā q̃ nobis offert gr̃am q̃uis igit̃ iste non possit p se habere caritatē. tm̃ potest dicere q deus pōt dare: z iste potest recipere sicut q̃uis iste puer non pōt per se habere illud pom̃ū in alto positū. tm̃ pōt habere: qm̃ pater suus pōt ei dare et ipse potest recipere.

Exemplum

Ad scām. ¶ Ad scām dicimus q hec argumentatio non valet. iste tenet diligere deum ex caritate: z non diligit deum ex caritate. ergo omittit. sed ista tenet. iste tenet ex caritate diligere deum nūc: z non diligit ex caritate nūc. ergo obmittit nunc q̃uis enim teneamur moueri ex caritate: non tm̃ tenemur moueri semp: sed tm̃ qm̃ habemus caritatem: z ea cadunt in apprehēsionem nostrā: que sunt excitatiua motus caritatis. ¶ Si queritur propter quid data sunt naturalia precepta: si nō sunt ad merendū data. ¶ Dicimus q data sunt ad merendū sed nō primo et principaliter: quia ideo data sunt primo et principaliter vt habilitent nos ad habendum virtutes politicas: et per virtutes politicas veniamus ad theologas: per quas meremur precepta aūt legis diuine data sunt primo z principalit ad merendū z sic patet differentia. Sunt aūt due regule de iure naturali sub q̃bus cōtinent oīa precepta iuris naturalis que pertinent ad proximos s. iste. ne facias alij quod tibi nō vis fieri. oīa quecunq̃ vultis vt faciant vobis ho. ꝛc. Ea vero que pertinent ad deū continent sub hoc. Diliges deū tuū ex toto corde tuo. ꝛc. hoc enī est precep-

qstio icidēs

Solutio. precepta nature ad virtutes politicas nosime diate habilitant.

Due regule iuris naturalis.

ptum iuris naturalis: qm̃ hoc dictat rō naturalis q̃uis ad illō nō pōt p se. ¶ Sed obiicit. de illa regula. Ne facias z cetera. Sed nolles q aliquis occideret tc: vel q furaret tibi rem tuam. ergo non debes occidere: nec per regulam illam: ergo illa precepta nō occides. non furtū facies sunt precepta iuris naturalis. Cōtra. Si sint preceptā iuris naturalis: ergo semper fuerūt. Sed in statu nature non corrupte inutile erat tale quid precipere cuz oīa essent ꝯmunia. qm̃ tunc nō peterat fieri furtū. qm̃ furtum est cōtrectatio rei aliene. Item. in statu illo nullus potuit occideret alīū. qm̃ cum acutissimo ense non posset adam occidi ante pctm̃. adminus scām quosdam: ergo tunc non erant hmōi precepta iuris naturalis: ergo nec modo. quoniā si modo z semper. ¶ Solutio. Tunc fuerūt precepta iuris naturalis non occidere non furari. Sed non pro statu qui tūc erat: sed pro statu qui poterat esse z futurus erat i veritate: qm̃ naturalis ratio bene dictabat q si huiusmodi status esset non esset occidendū nec furandū. ¶ Post ea querit de regula ista. Quecunq̃ vultis vt faciant. ꝛc. vtruz sit preceptū vel consiliū. Si cōsilium ergo non tenemur ad illud. z hoc falsum. qm̃ certum est q tenemur subuenire indigentibus Si preceptū ergo tenemur facere hoibus quecunq̃ volumus vt faciant nobis. Sed si essemus in statu ve llemus q non suspenderent nos: ergo tenemur non suspendere latrones z hoc falsum. qm̃ nisi malefactores punirent respublica destrueret. ¶ Item si peteremus aliquid ab alijs vellemus q darēt nobis: ergo tenemur dare cuilibet petendi: ergo fere oēs sunt transgressores. quod durū est dicere. ¶ Propter hoc dicunt quidā q partim est consilium partim preceptū: quia est preceptuz q̃tum ad articulum necessitatis. q̃tū ad alios articulos est cōsilium. ¶ Sz obiicit. pceptū est in euāgelio. Omni petenti te tribue. tenet ergo dare oi petendi etiā circa articulū necessitatis ¶ Itē. si expectet arti culus necessitatis forte interim morietur pauper ¶ Preterea pōt esse q in articulo necessitatis nō poterit sumere cibū: ergo subueniēdū est ei añ articulū necessitatis Ergo etiā q̃tū ad alios articulos preceptū est illō. Quicūq̃ vultis. ꝛc. ¶ Nō concedimus: z est intelligendū sic. Quecūq̃ vultis rationabiliter vt faciant vobis. ꝛc. Sed si essemus in statu latronis non vellem⁹ rationabiliter condonari nobis. z si peteremus rem aliquā z non indigeremus non vellemus eam rationabiliter nobis dari. ¶ Et sic patz solutio ad duo primo obiecta. Nō concedimus q citra articulū necessitatz tenemur aliqua dare. s. superflua. tm̃ non cuilibet petenti nec in quolibet tēpore qm̃ precepta affirmatiua non obligant ad semper. qm̃ si aliquis nō summe indigens petit a me aliquid licet michi nō dare. quoniam possum reseruare magis indigenti vel eque indigenti. Si sit consanguineus me⁹ aut domesticus aut vicinus. z sic non oportet omnes esse trāsgressores. Sed pro quanta necessitate tenemur dare huic petenti z non reseruare alij. hoc non est artis determinare: sed potiꝰ caritatis que dicit que circunstantia prepōderat alij circunstātie: quia virtꝰ est certior omni arte z melior. vt dicit Aristo. Et btūs Joh. dicit. Unctio nos docet de omnibus que nō permittit nos decipi. Dicim⁹ tamen q illud est preceptum omni petenti te tribue. Sed intelligitur tribue rem vel correctionē vel bonum verbum.

Solutio.

Opinio aliquorum.

Ptra hāc af

Secundo.

Tertio.

Solutio.

Ad duo prima.

De agēdis impticulari nō ē ars ſz ꝑt⁹ ꝛunctio oī arte certior.

¶ Quō ius naturale scriptū sit in corde hoīs.

¶ Quarta questio huius capituli.

Af q sic.

Queritur quomodo ius naturare scriptū sit in corde hoīs. Q; aūt scriptū sit naturaliter videt q̃m si querat a puero quicq̃ annoz̄ū vel ser: an sint puniendi malefactores: dici q ita. Similiter si queratur an diligēdi sint amici. dicet q ita. Videtur ergo q naturaliter sciat hoc. ¶ Sed cōtra. Q; scientia inchoatur a sensu: sed iste puer nunq̃ vidit aliquā iusticiam exequi. Si ita: g̃ non scit malefactores eē puniendos ¶ Ad hoc dicit Augusti. q aia rōnalis est ymago dei z in illa ymagine videt deum. vnde in se quasi naturaliter videt deum. Propter hoc dicit tullius q deū esse est vox nature. Videt igitur aia rationalis quasi naturaliter in se primā iusticiam: primā largitatē primā benignitatem. z ppter hoc vt quasi naturaliter malefactores eē puniendos. largos esse diligēdos. z sic de alijs. ¶ Nō obiscitur q oīs scientia inchoatur a sensu. Dicim⁹ q hoc est falsuz scām augustinū nec Arist. dicit illud. Sed si aliquis sensus defecerit necessarium est aliquā scientiā deficere. s. illā que est de vniuersali cuius singularia habēt cognosci p sensū illum. Dicit etiā q oīs doctrina z disciplina intelle

In oppm.

Aūsio aug.

Tullius.

Ad argumētū post oppositum.

ctiua sit ex pceptī cognitiōe. z hoc verū est. qm̃ disciplina p alium recipit. z incipit ab eis: q̃ p se nota sunt sensu vel intellectu. ¶ Sed ptra predicta obiicitur. qm̃ aia rōnalis ymago ē diuine eētie inquātū est diuina eēntia. dicūt ei sancti q cū dicitur: faciam⁹ hoīem ad ymaginē dei z sīlitudinem nr̃am. ymago z similitudo ibi significāt diuinam eēntiam: g̃ aia rōnalis est ymago dei. scz q est iusticia vel veritas vel bonitas: g̃ aia non videt in se primā veritatē: scz q prima veritas vel primam iusticiā: sm q prima iusticia. Alteri⁹ eni rōnis est scām q diuina essentia. alterius sm q est prima iusticia. Sic g̃ nō est verū q per vtiōnē prime iusticie scripta sint naturaliter precepta iuris naturalis in corde hoīs. ¶ Forte conceder q aia nō videt naturalit i se primā iusticiā aut primā bonitatem: nisi per accidēs. scz quia videt in se diuinam eēntiam que est prima bonitas. videtur hoc falsuz eē: qm̃ Aug. dicit. q notio boni naturaliter est impressa aie. et alia aucto. dicit. q quisq naturaliter diligit bonū: sed non diligit nisi cognitū: g̃ quiz cognoscit noturaliter bonū: scām q bonum ¶ Quod ꝛcedimus. vñ dicim⁹ q aia naturaliter videt primā bonitatē non tm̃ prout est diuina eētia: sed etiā prout est prima bonitas: qm̃ cū aia videt in se deū delectatur in apprehensione illa: qm̃ conueniens coniungitur cū conueniēti. Sed bonū est illud cuius apprehensio est delectatio. videt igitur anima primam bonitatez in se secundum q est prima bonitas. Iterū quia videt in se primuz bonum z videt: qnoniam nō est bonum ab alio videt qm̃ illud est summe bonū. z ita videt q summe bonū summe odit malū: z ita punit ipm. videt igitur in se primā iusticiā z sic est videre in omnibus alijs que per modū dispositionis predicantur de deo Sed tamen quedā facillime z sine collatione videt in se sicut diuinā essentiam. facillime videt z primā bonitatem sine collatione aliqua. quedā vero non ita de facili videt nec sine collatione vt oī potentiam iusticiam: omnia tamen vt sic loqui liceat naturaliter videt in se.

ptra dicta arguitur.

Euasio.

Solutio.

¶ Utrum possit fieri dispensatio contra precepta iuris naturalis.

¶ Quinta questio huius capituli.

Quid dispēsatio.

Due cause dispēsatōis

Af q non.

In oppm.

Queritur vtrū possit fieri dispensatio cōtra precepta iuris naturalis. Sz primo videndum est quid sit dispensatio z quibus de causis habz fieri. Dispensatio ē legittima iuris relaxatio. z dicit dispensatio quasi diuersorum pensatio. Pensatur enim diuersa vt sciatur quid quo vtilius aut melius. Fit aūt dispēsatio duab⁹ de causis scz aut vtilitate aut necessitate. z quando fit necessitate aut fit necessitate ecclesie aut private persone. ¶ Queritur ergo vtrū potest fieri dispensatio cōtra precepta iuris naturalis. videtur q non. qm̃ dicitur q dñs pterea non potest dispensare contra vetus z nouum testamētum: et precepta iuris naturalis sunt de veteri et nouo testamento: ergo non pōt dispensare cōtra illa. ¶ Sed videtur q potest. qm̃ preceptū est in iure naturali. non occides. z tamen occiditur aliquando sine peccato Similiter preceptū est in iure naturali: non furtum facies. z tamen dñs iussit hebreis asportare vasa egy. z ita videtur dispēsasse contra furtū. Similiter scām ius naturale vnica vxor debet esse vnici: z tamen iacob habuit plures. Similiter dauid z salomon quia qm̃ mos erat peccatum non erat. vt auctoritas dicit. z ita circa matrimoniū dispensatū est contra ius naturale. Similiter votū est de iure naturali. tamē dñs propter ea dispensat contra votū. ¶ Solu. Que dam sunt prime necessitatis quedā secunde quedaz tertie quedaz quarte. ¶ Prime necessitatis sunt sine quib⁹ non saluatur similitudo dei. sicut est diligere deū. cōtra ista nō potest fieri dispensatio. qm̃ homo non pōt dispensare nec deus vult dispēsare. ¶ Scde necessitatis sunt que valēt ad cōservationem similitudinis dei z ad augmentū caritatis. tamen sine illis pōt saluari caritas z dei similitudo. sicut est vnicā esse vnici. Illud enī cōseruat caritatē z nutrit. qm̃ si vn⁹ haberet plures cito posset amitti caritas. qm̃ inuidia z discordia oriretur inter ipsos. Contra Ista q̃ sunt scde necessitatis pōt dispensari z dñs dispensauit cū multis q̃ plures vxores habuerūt. qm̃ viri sancti seruabāt mūdiciā cordis z corpis in accedēdo ad plures vxores quia non accedebāt cā delectatiōis: sed causa prolis generāde vel educande ad cultū vnius dei Similiter votū recipit dispentionē. qm̃ votum fit ad augmentum caritatis z sine illo augmento potest manere caritas z similitudo dei. Contra homicidium non est facta dispensatio. quoniā illud preceptum intelligi debz sic. Tu auctoritate tua non occides. cum aūt ꝑ ppositus nō suspēdit latronem non ipsuz occidit: sed ler. Similiter circa furtum non est facta dispensatio nec hebrei fecerunt furtum. qm̃ dñs cuius sunt omnia dedit vasa egyptio. hebreis. Unde non cōtrectauerunt rem alienam: sed suam: cuius aūt dispēsatio pōt fieri. z circa illa q̃ sunt scde necessitatis nō tm̃ oīmodo. quoniā non recipiunt dispensationez ex ea parte qua communicāt cū illis q̃ sunt prime necessitat; Illa enī sunt prime necessitatis q̃ a pricipio naturaliter obligāt: z in gñali z in spāli illa sunt scde necessitatis q̃ a pricipio z naturaliter obligāt in gñali sz non i speciali vt satisfactio p pctis est scde necessitatis z obligat naturaliter a pricipio i gñali. qm̃ necessariū est satisfieri p pctis. z illō nō recipit dispensationē. qm̃ hō non pōt dispensare Hec deus potest: q; non vult. qm̃ non pōt negare iusticiā suam. qm̃ non pōt negare se. vt dicit apus. Jn spāli aūt non obligat a principio nec naturaliter illo q̃ aliqs teneat satisfacere hac satisfactiōe illa hec est a volūtate sacerdotis miūgētis penitentiā: et est illud recipit dispensationez. Potest enī cōmutare sacerdos qui iniungit vel propter vtilitatem vel propter necessitatem. sicut faciūt sacerdotes quando dant licentiam comedendi carnes in die mercurij eis q̃ interfuerūt diuinis officijs. ¶ Illa sunt tertie necessitatis que ex actu hūano obligant. vt votū. vel que obligant quosdā z non oēs. aut etiam omnes in casu. sicut consilia quosdam obligant sicut ista. Qui te percusserit in vnā maxillam prebe ei z alteram. Illud precepit dominus

Hebrei nō furati sunt ꝛc.

Tertia.

xp̄ianis et ad hoc tenebantur ipsi. quoniā per magnā mansuetudinem z patientiā debebant trahere homines ad amorem sui. ¶Votū autē obligat ex actu humano. Est autem multiplex votum .s. religionis continentie/peregrinationis/abstinentie. Duo prima non recipiūt dispensationē. duo vltima recipiunt. ¶Quare necessitatis sunt que ecclesiarum rectores instituunt .s. q̄ instituit papa aut archiepyscop⁹ in prouincia sua aut epyscop⁹ in diocesi sua aut abbas in abbatia. et in istis possunt dispensare ipsi institutores ¶Sz obijcitur. Ea que sunt scōe necessitatis obligāt a principio ea q̄ sunt tertie necessitatis non obligant a principio: ḡ magis obligāt ea que sunt secūde necessitatis q̄z que tertie. Sed oia que sunt secūde necessitatis recipiunt dispensationē: ergo z oia que sunt tertie: ḡ votum continentie recipit dispensatiōez q̄ est ꝓtra predicta ¶Solu. Ea que sunt secūde necessitatis nō recipiunt dispēsationē nisi p̄ recōpensationē. et q; votū continētie nō recipit recōpensationē ꝑpter hoc nō recipit dispensationez. q̄m nihil pōt recōpensari ꝓ continētia. q̄m cōtinentia cohibet maximā delectationē que est p̄m tactum que delectatio maxime ipedit caritatē vñ continētia maxime cōseruat caritatē. ¶Sed iterum obijcit. continētia z abstinētia sunt virtutes due eque bone. q̄m oēs virtutes in eodē homine sunt pares. ḡ vota continētie z abstinētie sunt eq̄ bona. Sed votū abstinentie recipit dispēsationē. ergo z votum ꝓtinentie. ¶Solu. Continentia et abstinentia sunt eque bone. i. eque meritorie vite eterne: sed non sunt equales. i. eque vtiles ad alia q̄m continētia magis conseruat caritatē q̄z abstinentia: q̄m delectatio eque est scōm gustū minor est q̄z delectatio que est p̄m tactuz. vñ minus ipedit caritatē. z ꝓpter hoc non seq̄tur. ꝓtinentia z abstinētia sunt eque bone. ḡ vota sunt eque bona: votū enī respicit vtilitatē. ¶Sz obijcitur de matrimonio. matrimonium enī nō obligat nisi ex actu hūano. s. ex consensu. ḡ recipit dispēsationē. ḡ cōiuncti p̄ matrimoniū possunt se pari. ¶Solutio. matrimoniū quo ad q̄d recipit dispensationē: quo ad q̄d non. quantū ad actū matrimonialē recipit dispensationez: q; vir z mulier ex mutuo consensu possunt ꝓtinere z transire ad religionez. ſz quo ad sacramentū nō recipit dispēsationē q̄m nō recipit recōpensationē: q̄m sacramentū matrimonij magnū est vt dicit Apo. q̄m significat coniunctionē xp̄i z ecclesie que optima est. vnde nec vir nec mulier pōt transire ad aliā vota inuito reliquo ¶Sz contra hmōi dispensatiōes sunt multe Aucto. dicitur in deutero. Maledict⁹ qui nō ipleuerit oīa verba que scripta sunt in libro isto. z Apl̄us. Qui cunq; aliud predicauerit anathema sit z̄c. In euāgelio. Celum et terra transibūt: verba autē mea non transi. videtur ḡ q̄ nullū p̄ceptum recipiat dispensationē. ¶Solu. Ad primuz potest dici q̄ omnia precepta dicuntur adimpleri siue p̄m se ad impleantur siue ꝓ recōpensationē. vñ nō sequitur quin recipiūt dispen. vel pōt dici q̄ preceptā veteris testamēti nō recipiunt dispen. ſz quedā precepta noui testamenti que de nouo precepta sūt recipiūt dispēsationē sicut dictū est ¶Ad auctoritatē apl̄i dicim⁹ q̄ Apl̄us loqtur de credētibus q̄ sine dubio nō recipiūt dispēsationē. ¶Ad vltimū dicim⁹ q̄ verba dñi dicunt nō transire q̄ntū ad effectum. q̄m eoꝝ effect⁹ nūq̄ transibit. s. vita eterna

¶De virtutibus politicis. Cap̄. ij.

Icto de preceptis iuris naturalis que sunt ordinata z quasi scientia virtutū politicarū. Cōsequēter dicēdū ē de virtutib⁹ politicis de q̄b⁹ in libro sapiētie Sapiētia docet sobrietatē/tēperantiā z prudentiā. z iusticiā et virtutē. i. fortitudinē. quib⁹ nichil est vtilius in vita hoīb⁹ Iste enī quattuor virtutes habilitāt hoīem ad habendū theologicas virtutes z faciūt per exteriora opa hoīem similē deo. Per hoc enī q̄ homo reddit vnicuiq; q̄d suū est similis est deo in iusticia. per hoc q̄ abstinet a delectationibus prauis similis est deo i mūdicia. z sic de alijs. Et ꝓpter hoc invita z cōuersatiōe exteriori cū hoibus nichil est vtilius istis virtutib⁹. vel potest dici q̄ istis virtutibus nichil est vtilius in vita scōm q̄ sunt informate caritate Tunc enī sunt eque bone et eque meritorie vite eterne. sicut z alie. q̄m oēs virtutes sic sumpte sunt pares. Vñ q̄dus alie sint eque vtiles: nō tñ magis z ꝑpt hoc vere dr q̄ his nichil vtilius in vita. ¶De his igit dicēdū hoc ordine. primo q̄d sit vnaquęq; scōo de differētia earum. tertio de qualz per se ¶Aug. dr q̄ prudētia est in precauendis insidijs. q. d. prudētia est virt⁹ qua precauemus insidias. Justicia in subueniēdo miseris. Fortitudo in pferendis molestis. Tēperantia in cohercēdis delectatiōib⁹ prauis. ¶Sz vt melius pateat quid sit quelz virtus querit scōz quid differāt virtutes. q̄m aut differunt scōm origines. s. scōm vires in quib⁹ sunt/aut p̄m finem ad quem sunt. aut p̄m naturas circa quas sūt opationes earū aut p̄m motus. Si scōm vires in quibus sunt. cōstat q̄ non sunt nisi tres vires: rationalis. concupiscibilis. irascibilis. ḡ scōm hoc non sunt nisi tres virtutes. z hoc falsum. Si p̄m finē: ḡ cum non sit nisi vn⁹ finis oīm virtutū. s. btitudo. etiam p̄m philosophos non dr esse nisi vnica virt⁹ in spē et hoc falsum. Si p̄m materias circa quas operātur. constat q̄ prudentia precauet insidias in quolibet bono et quolibet malo ergo et cetera. Eandem partē operat circa quā z alie operātur: ḡ p̄m hoc non differt ab alijs. z hoc falsuz. Si p̄m actꝰ ꝓprios. Sed cōstat q̄ prudētia est ad dirigēdū actum siue motū rōnabilis. Fortitudo ad dirigēdum actū irascibilis. Tēperantia ad dirigendum actum concupiscibilis: ḡ cū nō sint nisi tres vires in spē non sunt nisi tres act⁹ in spē ergo non sunt nisi tres virtutes in spē cuz nō differāt nisi p̄m actus.

¶Queri etiā pōt cū non sint nisi tres vires moti ue ad bonū quare sunt quattuor virtutes. Itē. rōnum actū vel motum habet. s. discernere bonuz a malo. ad illum dirigendū sufficit prudentia. Si militer concubiscibilis vnū actum habet ꝓprium ad quem dirigenduz sufficit temperātia. Ille actꝰ est appetere. Similiter irascibilis habz vnū actū ꝓprium scilicz detestari malum ad illū dirigendum sufficit fortitudo. Videt igitur superflua eē iustitia. z sic nō debent eē nisi tres p̄tutes in specie

Solutio. ¶Solu. Ad primū dicim⁹ q̄ virtutes scōz actus proprios differūt. Actꝰ ei sunt proximi fines z immediati virtutū. nec valz hec argumētatio. Actꝰ non sunt nisi a tribus viribus: ḡ non sunt nisi tres virtutes. Proceditur enī ac si prudentia regeret omnes motꝰ rationis. z temperantia oēs motus concupiscibilis. z fortitudo oēs motus irascibilis Hoc autē non est verū. vnde quasi sillogisat ex indefinitis. z vt hoc melius pateat ponamus exemplum in concupiscentia certū est q̄ concupiscibil⁹ appetit bonū. sed illud subdiuiditur. q̄m aut appetit bonum vt finē vltimum aut vt viā ad finem vltimum. Si primū illud non diuiditur amplius. q̄m illud bonum est deus. Si scōm illud iterum subdiuiditur. quoniā potest appetere illud bonū respectu subiecti propriꝰ aut respectu primi. Si respectu subiecti propriꝰ appetitum illum sufficit regere temperantia. Si respectu proximi appetitum sufficit regere iusticia. potest enī vis cōcupiscibilis appetere reddere proximo quod suum est z talem appetitū dirigit iusticia. z sic patet q̄ nō quelibet motum concupiscibilis dirigit temperātia: immo aliquē dirigit iusticia. Similiter z aliquem motum rationis dirigit iusticia z aliquez motum irascibilis vnde circuit tres vires.

Exemplum

Dupler appetit⁹ boni Quō iusticia differt ab alijs.

Iusticia circuit tres vires.

¶De qualibet per se. ¶Cap̄. 3.

Icto qualiter differunt virtutes. dicendum est de qualibet p̄ se. Et primo de prudentia de qua primo querendum est vtrū sit idē q̄ scientia. Scōo vtruz scientia sit species specialissima an genus subalternuz? Tertio. vtrum prudentia sit prima cardinaliū virtutū et an sint tñ quattuor cardinales virtutes.

¶Utrum prudentia sit scientia.

¶Prima questio huius capituli.

Circa primū videtur q̄ prudentia sit scientia: q̄m moralis scientia que traditur in libris salomonis et in ceteris libris moralib⁹ z etiā in ethica Aristo. est ad electionē boni z fugā mali. prudentia vero non est ad aliud nisi ad electionē boni z fugā mali ergo prudentia est illa scientia. Si dicit q̄ nō sequitur. q̄m scientia illa est circa vniuersalia. prudentia vero circa singularia. Probatur q̄ illa scientia circa singularia est q̄m eadez qua scio quid bonum simpliciter z quid maluz simpliciter: scio q̄d bonum michi z quid malū michi nulla est ergo illa differentia. ¶Item fides est cognitio quedam et tamen est virtus quia est cognitio cum inclinatione ad bonum: quoniam omnis virtus ad bonum est. Eodēmodo nichil prohibet prudentiam esse scientiam z virtutem cum inclinet ad bonum.

Ad oppm. Ad vltimū.

Ad p̄mo.

Vltra q̄stio. Quō differentia virtutum.

Vltra q̄ sic.

Euallo.

ad ꝓtra illā

Secundo.

Tertio.

¶Preterea prudētia theologarum rerum est virtus. quare ergo fides que est cognitio politicarū rerum non est virtus. Si conceditur q̄ prudentia sit scientia. ¶Cōtra. virtus z scientia sunt diuersa genera quorum vnum non est sub alio. ergo nulla virtus est scientia et econuerso. ¶Solntio.

In oppm.

Solutio. Judiciū duplex

Dupler est iudiciū rationis. s. iudiciū discretiuz et iudiciū diffinitiuū: iudiciū discretiuum est ipsa discretio qua ratio iudicat aliq̄d esse faciendū vel non faciendum: z hmōi discretio non est virtus: ſz directiua virtutis. vnde beatus Bernard⁹ discretio non magis est virtus q̄z auriga virtutis circa tale iudiciū est scientia z nō virt⁹ Multi enī sciūt quid faciēdū q̄ tñ nō faciūt iudiciū aūt diffinitiuū est quo ratio imperat aliq̄d fieri vel non fieri. z ad illud vltimū est virtus. vnde ad opationes bonas se habet scientia in primo iudicto vt consiliarius. Virtus autem in scōo iudicio se habet imperans. hoc modo differt prudētia a scientia morali. q̄m moralis scientia demonstrat quid faciēdū: quid non. Prudētia vero diffinit z imperat aliquid fieri vel nō fieri. z sic patet solutio ad primo obiectū

Bernard⁹.

Quid iudicium diffinitiuum.

scientia moralis et prudentia dr̄

¶Ad aliud dicimus q̄ licet fides sit cognitio. tamen virtus est. q̄m non innititur naturalibus rationibus: sed prime veritati per se z p̄m se. Moralis vero scientia non pōt esse virtus. q̄m p̄ se innititur naturalib⁹ preceptis que naturaliter scripta sunt in corde hoīs. z scōm naturalia non est laus vel vituperiū. Vñ cuz scōm virtutē sit laus vl̄ vituperium moralis scientia nō est virtus. ¶Sz iterum probat⁹ q̄ prudentia sit scientia. q̄m Aug. dr q̄ ignorantia est vicium: ḡ aliqua scientia est virtus. sed nulla potius q̄z moralis scientia: ergo moralis scientia est virtus. Sz nō est aliqua alia virtus q̄z prudentia: ergo prudentia est scientia. ¶Itē nō facere aliq̄d cū teneamur facere illud est pcm̄: ergo ignorare aliquid cū teneamur scire illō est peccatum. z ita ignorātia est vicium ergo aliqua scientia est virtus. z inde vt prius. ¶Itez. btūs Dionysius ostendēs q̄ malū culpe est defect⁹ boni. Subdiuidit postea cuius boni z dicit q̄ malū culpe est defectus scientie vel fidei vel operationis bone: ergo defect⁹ scientie est maluz culpe. Sed defectus scientie est ignorantia: ergo ignorantia est malū culpe: ergo ignorātia est vicium. z inde vt prius. ¶Itez. p̄ species prudentie quas assignat tullius pōt probari prudētia est scientia. Dicit enī q̄ partes prudētie sunt memoria/intelligentia/prouidentia. Memoria est per quā animus repetit illa q̄ fuerunt Intelligentia ē per quam respicit ea que sunt. Prouidentia per quam ad futurum videtur anteq̄ factū sit. Sed certum est repetere q̄d dicit tullius esse in memoria z perspicere quod in intelligētia: z videre q̄d in prouidentia ꝓprie pertinent ad scientiā: ḡ ille tres partes sunt partes sciētie. sed nō sunt partes nisi prudentie: ḡ prudētia est sciētia. ¶Itē. nō videt verum q̄d dictū est superius. s. q̄ prudentie sit impare. q̄m memoria ē species prudētie. z certū q̄ ē memoria nō est nisi preteritorū. De preteritis autem nullū est imperiū. q̄m ꝓterita aut sunt necessaria aut impossibilia De necessarijs inutile est iperiū de impossibilib⁹ fatuū Sic igit memoria q̄z est species prudētie nullo modo iperat vt aliq̄d fiat aut non fiat. sed tm̄ cognoscit q̄d faciēdū q̄d non: ḡ memoria scōz q̄ spēs est prudētie cognitio q̄dā est: ḡ alie spēs similiter cognitiones sunt: ḡ prudētia ē sciētia. ¶Solutio. Dicim⁹ q̄ prudētia nō est scientia

Quarto p dionysium.

Quinto.

Sexto.

Solutio.

Ad primū. Jgrātia nō est vicium.

immo differt a scientia. sicut predictū est. Ad primum ḡ dicimus q ignorantia ppie loq̄ndo nō ē vicium. Sed Aug. dicit ignorātiā esse viciū. non pro ipsa ignorātia: sz pro negligentia sibi annexa

Ad scām.

¶ Ad ꝟz dicim⁹ q hec argumētatio nō vz. Nō facere cū teneamur facere ē pctm̄: ergo nō scire cū teneamur scire est pctm̄ Tenemur enī ad opa per se. qm̄ circa opationes est virtus. Sed ad scire nō tenemur nisi propter opa. sicut patz in monacho cui preceperit abbas vt pulsaret cāpanas tali hora. cōstat q tenebat surgere z ire ad locuz in quo erant campane. non tū obmisit ex eo q non surrexit: nec obmisit ex eo q non iuit. Sed obmisit tantum ex eo q non pulsauit. qm̄ nō tenebatur surgere propter surgere: nec ire propter ire sed propter pulsare.

Nescire cū teneamur scire nō est pctm̄.

Ad tertiū. Jgrātia nō est vituperabilis: propter se: sed propter negligētiā ē vitupabil sibi annexā. ergo scire nō subiacet libero arbitrio nisi ppt ad qm̄ non scit aliquis qm̄ vult nec ignorare subiacet iunctam ne gligentiam

¶ Ad tertiū dicim⁹ q ignorantia non est per se vituperabilis: propter negligētiā scientie nō subiacet libero arbitrio: qm̄ aliquis ignorat qm̄ licet non vult ignorare: sed esse sollicitum de sciendo subiacet libero arbitrio: qm̄ aliquis pōt esse sollicit⁹ qm̄ vult: et ex hoc est vituperabilis q non est sollicit⁹

Ad q̄rtum.

et hoc est esse negligentem.

Ad quintū.

¶ Ad quartum dicimus q defectus scientie non dicit̄ proprie ignoratia z btō Dyonisio: sed negligentia sciēdi.

Conscientia bona.

¶ Ad quintum dicimus q diffinitiones ille species prudentie dantur p causam vnde non sequitur q ille species sint proprie cognitiones sicut cuz dicitur dies est sol lucens super terrā: ḡa sicut dicit Apo. q caritas est de corde puro z conscientia bona et fide non ficta. Est enī caritas ex fide z spe z sumit ibi conscientia bona pro spe bona: qm̄ quī bonam scientiam habet bonā spez habet. z preterea caritas est de corde puro. i. de intellectu puro. appellatur autē intellectus purus quo intelligimus de um esse diligendū super oīa: z similiter prudētia z species eius sunt ab aliquo intellectu siue ab aliqua scientia. s. a scientia morali.

scientia causat opationem.

Est enī scientia causa bonarum opationū per modū consiliarij: sicut consiliarij regis causa sunt eorū que sunt in regno.

Ad aliud. Tres ptes prudentie.

¶ Ad vltimū dicim⁹ q memoria scām q est species prudentie imperat non preterita sed futura: sed per recordationem preteritorū. vnde secūdum hoc memoria est prudētia disponens nos ad repetendum mala preterita ad penitentiaz bona ad iterationē siue ad bona q̄ fecerunt sancti vt eis assimilemur intelligentia aūt est prudentia disponens nos ad imperandū bona presentia p discretionem. prouidētia est prudētia disponēs nos ad precipiendū futurū. s. vt si sit bonū eligat: si sit malum caueatur.

Iterum aſ.

¶ Sed iterū obiicit. prudētia est virtus. ḡ motus eius voluntarius est. ḡ mot⁹ eius est a voluntate: ergo vel a voluntate naturali vel a voluntate deliberata: sed non a naturali q̄a ſm illam non est laus vel vituperū. ergo a voluntate deliberata siue consiliata. Sed iterum illa deliberatio est voluntaria: ergo vel a volūtate naturali vel a voluntate deliberata siue cōsiliata: sed iterum illa deliberatio est voluntaria. ḡ vel a voluntate naturali vel a volūtate deliberata: z sic in infinitum. ergo infinite voluntates precedunt motum prudentie quod est impossibile

Solutio.

¶ Ad hoc dicimus q voluntarium est illud cui⁹ principiuz est in ipso cognoscente singularia. principiuz aūt voluntarij in ipso volente duplex est. scz. potētia volendi z motus eius. Unde in hac argumētatione est fallacia consequentis. motus prudentie est voluntarius ergo est a voluntate sumpta voluntate pro motu: qm̄ fit ibi processus a superiori ad inferius affirmādo: qm̄ voluntarū dicitur aut quod est a voluntate motu aut volūtate potētia. velle enī quod exit a vi volendi imediate non est a voluntate motu: sz a voluntate potētia: sed bene sequitur hoc est voluntarium. ergo subiacet voluntati: qm̄ in potestate deliberantis est.

Duplex principium.

Falsa ꝓtis

Quō prudē tia sit volūtaria.

¶ Utrū prudentia sit species specialissima.

¶ Scda questio huius capituli.

Ad scām.

Ad tertium

Quomodo prudentia ē vnica ꝟtus

¶ Querit vtrū prudētia sit spēs specialissima an genꝰ subalternū. videt q sit genꝰ subalternū. qm̄ sicut dictuz est tullius diuidit ipsaz in tres species. s. in memoriā/ intelligentiaz/ puidentiā. ergo est genus subalternum cū habeat species sub se

Q sit genus arguitur

¶ Itē. phi. diuidit prudentiā in monasticam yconomicā politicam.

Secūdo.

Et ē monastica qua aliqs regit se. vñ dr a monos quod est vnū. yconomica qua aliqs regit ppriam familiā. yconomꝰ enī idē est q dispensator. Politica qua aliquis regit ciuitatē vel exercitum. vnde dicitur a polis quod ē ciuitas vel pluralitas. z sic prudentia multas habz spēs: ḡ est genus.

tripler prudentia.

¶ Itē. virtutes differunt p actꝰ proprios z actꝰ differūt per materias ppias supra quas transeūt. z sic p medium spēs virtutū differunt p materias supra quas sunt operationes virtutū. Sed prudētie motus transit supra materias aliaꝝ virtutū. qm̄ prudentia regit oēs alias virtutes. Imperat enī prudentia q cuilibz reddatur quod suū est z quod abstineatur a delectationibus carnis. z sic de aliis. Uñ motꝰ eius trāsit supra materias aliaꝝ virtutū Cum igitur virtutes differāt saltez per materias propias quot sunt aliarū virtutū scām illas materias tot debent esse species prudentie scām eas dem materias. Et sic prudentia plures habēt species sub se: ḡ non est species specialissima. Sī conceditur.

Tertio.

¶ Contra. cū prudētia imperat motū alicuius virtutis eiꝰ nō est proprie ille motus iperatiuus: sed eiꝰ est tm̄ imperare. verbi gra. Cū prudentia imperat reddere vnicuiq̄ qđ suū est. hmōi reddere iusticie est proprie: sed iperare vt fiat prudentie est. Non trāsit igitur prudētia supra materiam iusticie. Eadē rōne non supra materias alia rum virtutū: ergo nō dz habere diuersas species scām illas materias Cū igit prudētia habeat vnicuz motū specialē proprīū. s. impare vt fiat qđ faciendū est ipsa debet eē vnica virtus specialis. z sic nō est genꝰ.

In oppm.

Augustinꝰ.

¶ Itē. vnica virtus in specie ē oīz credendorū. s. fides. qm̄ vnica est ratio credendi scz auctoritas prime veritatis cui p se īuenitur fides. ergo eadē ratione vnica virtus in spcie ē imperans oīa facienda: q vnica est ratio iperandi. Prudentia enī imperat: q ratio dictat sic eē faciendum Unde dicūt philosophi q prudentie ē oīa ad normam rōnis dirigere. z hoc est consentire diuine volūtati. vnde in Jsai. Redite preuaricatores ad cor. quoniā in corde é sindereſis que dicit quid faciendū z quid nō. Cū igitur vnica sit ratio imperandi omnia factēda. s. norma rōnis siue cōformitas diuine volūtatis. Unica virtus in specie debet esse prudentia. z sic prudētia est species specialissima qđ concedimus.

Secūdo.

Jsaias.

Solutio ad primum.

¶ Ad primo obiectū dicimus q diuisio quā facit tullius. non est per species formales z substātiales: sed per materias que nō diuersificant spēm. qm̄ vnica virtus in specie negociatur circa presentia/ preterita/ z futura Sed qm̄ ex eadē ratione non diuersificatur p species.

Ad scām.

¶ Ad scām dicimus siliter q illa diuisio nō est per species: immo potius p accidentia. Diuersificatur eīm prudētia p maioritatē et minoritatē motus sui. Paruus eīm est motus prudentie in regimine familie. z iterū maior in regimine ciuitatis. Sed hoc nō diuersificat prudentiā scām speciem: nec scōz numerū. qm̄ vnica prudentia nūero regit aliquis se z ppriā familiā. z totā ciuitatē z totā regionē.

Ad tertium

¶ Ad tertiū dicim⁹ q motus prudentie attingit materias ceterarū virtutū: sed in alia ratione quā cetere virtutes. verbi gra. Prudentia imperat reddere vnicuiq̄ quod suū est. et reddere vnicuiq̄ quod suū est ingētū reddere vnicuiq̄ quod suū est motus est iusticie. Sed scōz q reddere vnicuiq̄ quod suū est in ratione faciendi iperatur a prudentia. z sic prudentia attingit materias ceterarū virtutum prout ille materie sunt vnite in ratione faciendi z q: sub vnica ratione attingit illas vnica est virtus in specie. z hoc est ppter illā vnicā rationē. Sed q: cetere virtutes attingūt illas in diuersis ratiōib⁹. ideo diuerse sūt scōz speciem. Et sic pz solutio ad tertio obiectū.

Solutio.

¶ Utrum prudentia sit prima cardinalium virtutum et an sint tantum quattuor.

¶ Tertia questio huius capituli.

Aſ q non.

¶ Queritur vtrū prudentia sit prima cardinaliū virtutū z an sint tantū quattuor cardinales virtutes.

philosophi nō tm̄ hūe ꝟtutes politicas.

¶ Videtur eīm q quedā virtus q̄ nō est aliqua istaꝝ precedat istas quattuor. qm̄ opus cuiuslibet virtutis debet esse informatū circūstantijs sicut circūstātia temporis et circūstantia loci/ z circūstantia finis.

¶ De temperantia. ¶ Quartū capitulū.

¶ Dicto de prudentia: sequit̄ de tēperantia hac ratione q: prius est habere secū pacem: postea cū primo. Tēperantia domat rebellionē carnis z cohibet motus eius illicitos. Sunt autem due species tēperantie. s. sobrietas z cōtinentia. Sobrietas est abstinentia in cibo z potu z cohibet mot⁹ illicitos carnis pertinentes ad gustū. Cōtinentia est abstinētia a coitu z cohibet mot⁹ illicitos pertinētes ad tactū: tamē sobrietas quādoq̄ large sumit: ita q cōprehendit continentiā: vt ibi. Sobrie z iuste z pie viuamus in hoc seculo. Sobrie quātū ad nos iuste ad proximū pie ad deū.

Sobrietas z cōtinētia.

Victū pau.

Quattuor querūtur.

¶ Primo dicenduz de sobrietate circa quā prio q̄rit quid destruit sobrietatē. scōo vtrū ois mot⁹ gule sit pctm̄. tertio: quare ois luxuria sit mortale pctm̄ z nō ois ebrietas. q̄rto. inebrians aliquē peccet mortaliter.

¶ Per quid destruitur sobrietas.

¶ Prima questio huius capituli.

Aſ q ois ebrietas sit mortalis. Secundo.

¶ Urca primū sic obiicitur. Sobrie z iuste zē. Sed quod corrūpit iusticiā est mortale pctm̄. Sīe quod corrūpit pietate est mortale pctm̄: ergo oē qđ corrūpit sobrietatē est mortale pctm̄. sed ois ebrietas corrūpit sobrietatem. ergo ois ebrietas est mortale pctm̄.

Tertio.

¶ Itē. sobrius z ebrius sūt cōtraria. ergo nō possūt esse simul in eodē. ergo sobrietas excludit oēm ebrietatē. sed virtus nō excludit nisi mortale pctm̄. ergo ois ebrietas est mor. pec.

Quarto.

¶ Itē delectatio morosa in motu illicite gule est peccatum mortale: sed in omni ebrietate est talis delectatio: ergo ois ebrietas ē mortale pctm̄.

Euasio.

¶ Itē. omnis cōsensus in motu luxurie est mortale peccatum: ergo ois consensus in motū illicitū gule ē mortale pctm̄. sed in omni ebrietate est hmōi consensus. ergo omnis ebrietas est mortale peccatū

Ptra hāc aſ

¶ Forte dicet q ebrietas nō est pctm̄: sed assiduitas siue cōsuetudo inebriandi se est mortale peccatū. z huiusmōi assiduitas appellaſ ebriositas. vnde prima ebrietas nō est mortale pctm̄ nec secunda: sed decima vel vndecima vel illa ad quam cū deuentū est dicitur aliquis ebriosus.

Solutio.

Tertio. dn̄s excusauit discipulos suos vellētes spicas in die sabbati ꝓpter articulū necessitatis. ergo si i veteri lege licebat sine pctō accipere rē alienā in articulo necessitatis. cū maior sit libertas i noua lege licet accipere rē alienā i articulo necessitat̄ ergo iste nō peccat accipiēdo panē. ¶ Quod cō-

Solutio ad primum. cedimus. nec valet hec argumentatio. Iste accipit rem alienā: ḡ cōmittit furtū vel rapinā. qm̄ res ista nō est pure aliena: ideo cū accipit eā efficitur sua i articulo necessitatis. Itē. dicimus de oībus

Nō diligēt qui habent posita penes se: ⁊ de illis qui gerūt negocia aliorū. qm̄ in extrema necessitate licz dare depositū indigētibus si nō habent ꝓpria vnde sustentēt eos ⁊ absoluti sunt nec tenent ad reddendum. excusant em̄ per preceptū nature. Similiter illi qui gerunt res aliorū i extrema necessitate tenentur ea dare si nō habent ꝓprias nec tenent ad restitutionē in hoc casu. sed citra extremā necessitatem nō licet depositū dare. vnde si aliquis seruauerit diu depositū alicuius qui iuit vltra mare et dicitur cōiter ꝙ mortuus est: si ille q̄ habet depositū consilio ecclesie ipm distribuit pauperibꝰ et post redeat qui deposuit tenet ei reddere. et ita ecclia teneret ei reddē si apud eā deposuisset ille.

¶ De elemosina que fit per manū alterius

¶ Ultima questio huius capituli.

AD vltimuz querit de elemosina q̄ fit per manū alterius. ponat ꝙ aliqs sacerdos iniunxit alicui dn̄o dare. xx. sol. ⁊ ille ꝑcipiat seruo suo dare ⁊ seruus dat illos pauperibus. xx. sol. sed cū murmure ⁊ rācore zmala volūtate. ¶ Queritꝫ vtrū hec datio sit meri-

Aſ ꝙ non. toria dn̄o. videtur ꝙ nō. qm̄ hoc est mortale pctm̄. ḡ simpliciter est demeritoria. ḡ nulli est meritoria. Si concedit. Cōtra. hec actio ꝓcedit ab imperio

In oppm̄. dn̄i ⁊ dn̄s imperat ex caritate: ḡ hec actio ꝓcedit ex caritate. ergo est meritoria illi a cuius caritate procedit. ¶ Itē. iniunctū est isti vt det. xx. vt sa-

Secundo. tisfaciat ꝓ pctis: ⁊ iste dat quod sibi iniunctū est

quoniam ille facit cuiꝰ auctoritate fit z ex caritate: ergo satisfacit: ḡ hec actio est ei satisfactoria. ḡ
Tertio. est ei meritoria. ¶Item. si nō satisfacit. ḡ ad huc tenetur satisfacere: z si tm̄ daret per manum serui
Quarto. adhuc forte nō satisfaceret. igit stulti sunt oēs diuites qui per manū aliorū dant res suas. ¶Itē.
A simili. sennacherib dictus est baculus. qm̄ dñs per istuꝫ percutiebat iudeos. ḡ illa p cussio actio procedebat a deo z sennacherib. inquātū procedebat a deo
erat bona. inquantū a sennacherib mala ¶Eadē
Opinio prepositiui. ratione hec actio inquātū procedit a seruo est demeritoria: inquantū a dño meritoria. ¶Quod concedit prepositiuus ponens exemplū de sacerdote
cui sancti hoīes diuites dicūt q celebret. ipse autem celebrat z consecrat cupiditate pecunie tm̄. dicit prepositiuus q hec cōsecratio est demerito
ria sacerdoti z meritoria aliis. Similiter in ꝓposito casu dicebat q hec actio est demeritoria seruo
Ad rōnem diceret ille. et meritoria dño. et non valet hec argumentatio hec actio est demeritoria: ḡ nulli est meritoria.
Est enī meritoria z demeritoria fm̄ diuersa. ¶Hec
Scōz alios solutio plana est q̄tū ad eos qui dicunt q omnis actio est a deo. ¶Sed fm̄ illos qui dicūt q mala
actio est ab hoīe vel a diabolo in qua nichil facit deus. dicēdū q hec actio nulli est meritoria. nec dño nec seruo: nec etiam satisfactoria. tm̄ deus satisfacit non ratione dationis actionis. sed ratiōe
ꝓtra hāc solutionem. ipsius dati vel ratione ipsius passionis. qm̄ istius actio displicuit: passio grata fuit. ¶Sz ꝓtra hāc
solutionem obijcitur. qm̄ si tm̄ datū satisfacit p eo: ed ipm̄ datum est pecunia. Sit ita. aut igit ipsum datum satisfacit inq̄tū pecunia: aut propter
dationem passionē. Si inq̄tū pecunia: ḡ siue daretur siue nō daretur esset satisfactoria. z hoc falsum. Si ꝓpter dationē passionē. Contra. Passio
nibus non meremur: ḡ ꝓpter illam passionē nō est
meritorium ipm̄ datum: ergo nec satisfactorium.
Secūdo. ¶Item. actio ex qua ꝓcedit imediate passio illa
Euasio. est demeritoria: ḡ passio illa non est meritoria: ergo nec satisfactoria. Forte dicit q ipm̄ datum nō
ꝓtra hāc af dicitur satisfactoriū gr̄a meriti: sed gr̄a recompē
sationis. ¶Sed ꝓtra hoc est qđ dr̄ in euangelio.
Quid prodest hoī si vniuersum mundū lucretur: aie vero sue detrimentū patiatur? aut quaz dabit
homo cōmutationē p aia sua? ḡ si in aia remanet aliqd od vestigiū pcti. s. debituz alicuius pene nō
Scō. absoluitur per aliquā cōmutationē vel recompē
sationē nisi motu proprio moueatur. ¶Preterea si dñs daret illam pecuniā sua propria manu non
satisfaceret nisi actione. qm̄ non sunt isti due satisfactiones: cū non det nisi tantaz pecuniā quantā
Solutio. intulerit ei sacerdos: ergo ipm̄ datū non satisfacit. quod concedim⁹. ¶Pōt autē solui neutri opinioni derogando. s. nec ei que dicit q ois actio est
a deo. nec ei que dicit q non ois. Dicimus igitur q si dñs ꝓcipiat dari tātā pecuniā z nihil omittat de his que ptinent ad ꝓceptuz: satisfacit ipi
ꝓcepto. tū cū aūt satisfacit: cū nihil omittit de cōtingentib⁹. qm̄ ꝓcepit seruo quē credit esse fidelē dispensatorem. z cū postea inquirit vtrū dederit
et quo tp̄e z quibus dederit. Actio ergo serui qui est in mortali pctō non ē satisfactoria dño. sz actꝰ ꝓcipiendi .i. perfecta ꝓceptio nichil omittēs de contingētibus inq̄tū talis satisfactoria est. tm̄
si dñs daret propria manu vtilius esset ei. qm̄ exci
taretur deuotio sua. z pauper accipiens elemosinam expressius z deuotiꝰ oraret pro ipso Ā fctā
per manū propriā non solū est meritoria vite eter
ne z dimissionis pene: sed z augmenti gr̄e pōt esse
meritoria. ¶Itē. ponatur q dñs sit i caritate qm̄
precepit dare elemosinā: z seruꝰ in caritate qm̄ da
tur elemosina. sed dñs nō sit tunc in caritate. que Alio q̄stio
ritur vtrū hec datio sit meritoria dño. videt q sic. ex casu.
qm̄ procedit a caritate serui z caritate dñi. qm̄ ser- Af q sic.
uus dat ex precepto dñi: z preceptuz istud fuit ex
caritate: ḡ illa actio est meritoria dño cū sit ex caritate ipsius. ¶Contra. Ipe est in mortali pctō: In oppm̄.
ergo nichil meretur illa actione: ḡ illa non est meritoria. ¶Similiter si dñs sit in mortali pctō qm̄ Alius casus.
precipit z in caritate. qm̄ datur. queritur vtrū illa
actio sit ei meritoria. videtur q non qm̄ nō ꝓcedit a caritate eiꝰ. ¶Contra videtur q sic. quoniaz Af q sic.
seruus qui dat est i caritate: z dat p dño suo q̄ est
in caritate: z ratā habz dationē. ergo ē ei meritoria. ¶Solu. Ista actio nō est meritoria nisi dñs Solutio.
sit in caritate z in tp̄e preceptiōis et in tp̄e dationis. qm̄ ad hoc q sit ei meritoria oportz q moueatur actu ex caritate nec paratus est moueri. Unde non est verū q datio illa sit a caritate dñi cum
non sit in statu caritatis in tp̄e preceptionis z tp̄e dationis. Et est simile de alio qui proposuit ex caritate dare quattuor denarios z dat primo vnum
cuz mouetur ex caritate. postea succedit dat alios cogitando de alio q̄ de deo. Oēs iste dationes
sunt meritorie si maneat caritas: quia sūt ex eodē
imperio caritatis. qm̄ paratus est moueri ex caritate. Sed si durante datione non maneat caritas Alius casus.
illa datio nō est meritoria Similiter dicim⁹ in predicto casu. tm̄ intelligendū est: quia cum dr̄ actio seruꝰ qui est in caritate facta ꝓ dño vel vice dñi q̄
est in mortali nō est meritoria dño inq̄tū hmōi intelligi debz q̄tum ad vitā eternam z q̄tum ad dimissionem pene. Sed q̄tū ad habendū gr̄am po- Quō alicꝰ
test esse meritoria. qm̄ aliquis potest mereri alij merek alij
primam gr̄am z hoc per tria: scz per oratiōnē/per primā gr̄az
elemosinā/per consecrationē. qm̄ sacerdos impetrat augmentum gr̄e eis q̄ inter sunt diuinis offi-
cijs si habent gr̄am. et si non habent meretur eis
semper primā gr̄am: nisi ipsi repugnant. ¶Itez. Alia q̄stio
seruus existens in caritate dño nesciente dat ele- ex casu.
mosinam vice dñi sui: z tūc dñs est in mortali. postea reuelat ei qm̄ dñs est in caritate: z dñs ratam
habet dationē z gaudet. queritur vtruz illa dona- Af q non.
tio fuit meritoria dño videtur q non. qm̄ erat in mortali pctō: qm̄ seruus dabat. ergo per predicta
non erat ei meritoria. ¶Cōtra donatio illa retro trahitur z mandato cōparatur z dñs habet rataz
dationē illam. ḡ idem est acsi dñs preciperet. sz si dñs preciperet istud qm̄ ratum habet meretur. ḡ
datio illa fuit meritoria ei. ¶Ad hoc dicunt q̄dā Solutio alī
q non meretur illa actiōe. Qđ obijcitur q datio quorum.
retro trahitur. intelligitur quātū ad repetitionē: Ad argu-
qm̄ dñs non potest repetere āplius a seruo: cū ra- mentum.
tum habeat. ¶Sed contra. voluntas quam mo- Iterū ꝓra

hoc arguit do habet adeo ꝓgressiua est q si haberet quod datum est modo daret: ergo idē est acsi modo daret.
Solutio. ergo datio illa fuit ei meritoria per volūtatē quā modo habet vel modo est ei meritoria. ¶Qđ cōcedimus. qm̄ reputatur ei acsi ipse fecisset: et quo simpliciter voluntas est progressiua. i. tanta q ꝓ
grederetur in actum si non esset facta.

¶De scōa specie iusticie que dr̄ obedientia.

¶Capitulum secundum.

Secundo.

Icto de illa specie iusticie per quā hō facit quod debet inferioribus. s. de elemosina. seq̄tur de specie iusticie per quā facit homo qđ debet superioribꝰ: scz de obedientia. Primo de eētia obediētie. Scōo an fructus vel virtꝰ sit obediētia. Tertio an habeat aliquid de suo: z an sit species specialissima ¶Quarto in quibus obediendū prelatis: in quibus non.

¶Prima questio vtrum obedientia sit virtus specialis.

Af per ambrosium.

Arca primū sic obijcitur. Ambro. sic diffinit pctm̄. pctm̄ est priuatio legis diuine z celestiū in obedientia mandatorū. ḡ si vera est diffinitio conuenit cuilibet pctō ergo oē pctm̄ est inobedientia. ḡ a cōtrarijs omnis virtus est obedientia: ḡ obedientia non est virtus specialis.

Secundo.

¶Item materia cica quā est obedientia est generalis ad materias oīz virtutū. motus enim cuiuslibz virtutis implet mandatū: z obedientia est ad implendū mandatū: ḡ obedientia est
Tertio. generalis virtus. ¶Itē si obedientia est specialis virtus habet specialē motū. querit quis sit ille specialis motus. si implere qđ ꝓcipitur. sed hoc
In oppm̄. fit qualibet virtute: ḡ quelibet virtus est obediētia. quia ꝓcipitur. ¶Contra. aliquis potest diligere deuz super oīa quia p̄cipitur. facit ergo qđ
ꝓcipitur quia ꝓcipitur: ḡ huius motus est prius motus obedientie. z hoc falsum. qm̄ caritatis est proprie diligere deū propter se z super oīa
Solutio. ¶Solutio. dicim⁹ q vno modo obedientia est ge-
Obediētia est ꝑr⁹ q̄dāmodo gñal z q̄dāmodo specialis. neralis virtus. alio modo specialis. generalis fm̄ q eius motus est implere mandatū sumpto cōmuniter mādato ad ꝓcepta z prohibitiones. z hoc modo quodlibz pctm̄ est inobedientia. z sic sumit Ambr⁹osius inobedientiā in diffinitione pctī. specialis autē ē fm̄ q eius motꝰ est velle iplere mandatum. quia huiꝰ motꝰ nulliꝰ virtutis est nisi obe
Per hoc ad primum et tertium. dientie. ille autē motus velle implere mādatū est motus interior. vñ dicimus q obediētia fm̄ q est specialis virtus motū habz proprīū interiorē: sed
Ad scōm. non habz motū proprīū exteriorē. z sic patz solutio ad primo z tertio obiectū. ¶Ad fm̄ dicim⁹ q hec argumētatio nō vz. materia circa quā est obedientia est generalis: ḡ obedientia est generalis. instantia genꝰ est cōmune ad speciē: ḡ scientia generis est communis ad scientiā speciei.

¶Qualis virtus sit obedientia.

¶Scōa questio huius capituli.

Af q̄ sit theologica

Qualis virtus sit obediētia. ¶Videt q sit theologica. qm̄ eius motus est imediate in deuz. qđ ptz cū dicitur iste obedit deo. qm̄ talis motus est imediate in deum. sicut cū dicitur iste credit i deū: iste diligit deum. ḡ obediētia est virtus theologica. ¶Itez Secundo.
prius est velle ābulare q̄ ambulare. prius est velle comedere q̄ comedere. ḡ prius est velle implere mandatū q̄ implere mandatuz. ḡ prius est implere mādatū de fide q̄ ipz credere. z prius est velle implere mādatū de dilectiōe dei q̄ diligere deuz sed velle implere mādatū qđcūq; siue de fide siue de dilectiōe dei motus est obedientie ꝓprius; ḡ prius est motꝰ obedientie q̄ credere in deū vel diligere deuz: ḡ motus obediētie prior est qualibet motu alterius virtutis: ḡ obediētia est prior qualibet virtute. z hoc falsum qm̄ fides dr̄ esse prima.

¶Solu. dicimus q fm̄ q obedientia est virtꝰ spe- Solutio.
cialis: non est virtꝰ theologica nec motus eiꝰ imediate est in deū. qđ ptz si exponiē hec locutio: iste obedit deo. est ei sensus. iste obedit deo. iste vult implere mandatū dei. pz ḡ q motꝰ obedientie immediate nō ē i deū. sicut cū dr̄ iste timet deū. motus timoris licet videat esse immediate in deū: tm̄ non. qz est sensus iste timet deū. iste timet separari a deo. ¶Ad scōo obiectū dicim⁹ q nō ois volūtas precedit suū volitū imo aliqđ volitū est qđ precedit siue volūtatez siue illud qđ dulcedine sua nos allicit ad sic volendū. sicut delectatio est adeo dulcis z suauis q ipa allicit hoīem ad delectationez sui: qm̄ diligimus ipam dilectionē. vnde velle diligere deum non est prius q̄ diligere deū: imo ecōuerso. z sic patz q obedientia non est prior qualz virtute: qm̄ nec motus eius prior est motu cuiuslz virtutis immo motꝰ fidei prior est: z ex dulcedine que est motu fidei z in motu caritatꝫ perfecte vult homo facere mādatū dei. ¶Itē Aug. dicit. q ser- Iterum af.
uitia quantomagis indebita tantomagis gratiora. ergo quantomagis debita tantominus grata. sed seruitia obedientie magis sunt debita q̄ seruitia aliarū virtutū. quod patet: qm̄ obedientia respicit preceptum inquātum preceptū. ergo seruitia obedientie minꝰ sunt grata q̄ seruitia aliaꝝ virtutum: ḡ min⁹ meritoria. ꝓpter quid igit adeo laudatur obedientia in sacra scriptura. z propter quid dicit Apo. q per vniꝰ obedientiā iusti constituuntur multi. ¶Itē. seruitia obediētie pure debita sunt: ḡ non sunt meritoria. hoc ꝓbatur p similitudinem qm̄ si miles terreni⁹ seruiat regi terreno ex debito tm̄: nichil meretur apud ipm̄. pari ratione. si aliquis seruit regi celesti pure ex debito non meretur aliquid apud ipm̄: z ita motꝰ obedientie non est motꝰ meritorii?: ḡ obediētia non est virtus

¶Solu. quelibz virtus meritoria quātū ad mo- Solutio.
tum suū duab⁹ de causis. Prima ē q̄ quelibet virtus leuat se supra se: siue subiectū suū supra se leuat: sicut dicitur in Jeremia. Leuabit se supra se. qm̄ fide magis credim⁹ deo q̄ nobis: z spe magis speramus in deo q̄ in nobis: caritate magis diligimus deū q̄ nosipos Quia igitur quelibz virtus leuat subiectuz suū supra se: ideo dicit meritoria. Alia rō est. q̄ qualz virtute seruim⁹ deo grat̄. i. ꝓpter seipm̄ tm̄: z iste due cause ꝓmunes oībus virtutibus sunt in obedientia. z ꝓter istas duas habz alias duas sibi ꝓprias. Quaꝝ prima est. q i obediētia mactatur ꝓpria volūtas. Scōa. q per obedientiā ꝑfirmam⁹ expresse volūtatē nr̄am vo-

Prima cā.
Obediētia est meritoria quadruplici de cā.
Prima.
Scōa.

lũtati diuine per se z proprie: qñ eoipso q volo facere mandatũ dei quo ad executionẽ mãdati dei: volo conformare voluntatẽ meã voluntati diuine xp̃us enim fuit obediens patri vsq; ad mortẽ. per hoc patet q seruitia obedientie sunt meritoria.

Ad primũ. ¶Ad primũ. dicimus q cũ dicitur seruitia quã tomagis indebita. ꝛc. non compantur opera virtutum ꝑm q sunt in precepto opibus virtutũ ꝑm q sunt in consilio. z sine dubio opera consilij gratiora sunt: ꝯ opa precepti. z sic ptz solutio ad primum.

Ad scõm. ¶Ad ꝑm dr̃ q opera obedientie pure debita sunt: et tñ meritoria. nec est simile de rege terreno z rege celesti. qñ qui seruit regi treno ex debito seruit ei tñ ꝓpter foedũ quem tenet de rege. sed q̃ obedit deo nõ seruit regi celesti ꝓpter foedum. s. propter corpus z aiam que habet a rege celesti: sed seruit ei gratis. s. tm̃ propter deum.

Alia ratio. ¶Preterea. rex terrenus nõ est ita liberalis semper q remuneret seruitia sibi debita. sed rex celestis adeo liberalis est q remunerat sibi debita. et ideo secus est de seruitijs q̃ debẽtur regi terreno et de seruitijs que debẽtur regi celesti duabus de causis predictis. Item. dixit samuel ad saul. Melior est obedientia ꝯ victima: z ausculare magis ꝯ offerre adipez arietũ. qñ quasi pctm̃ ariolandi est repugnare z quasi sceℓ idolatrie nolle acquiescere. in hac auctoritate ꝓparatur ꝛobediẽtia ꝛidolatrie. ¶Sed obijcitur. ꝑctm̃ idolatrie est maximum pctm̃. qñ infidelitas est pctm̃ quo retẽto cetera retinentur vt dicit Aug. vñ dicitur antonomastice pctm̃ in euangelio Johãnis. si non veniss̃e et locutus eis nõ fuissem pctm̃ non haberent scilz pctm̃ infidelitatis. g̃ inobedientia non est comparabilis pctõ infidelitatis: g̃ male assimilatur inobedientia in prẽdicta auctoritate pctõ infidelitatis vel idolatrie. ¶Item quãto aliq̃ opus virtutis difficilius est: tanto eius oppositũ minꝰ malũ. sed opus obedientie difficillimũ est: g̃ opus inobedientie minus malũ: g̃ male cõparatur inobedientia pctõ idolatrie. ¶Itẽ cum dicitur melior est obedientia ꝯ victima. sic cõparatur opus obediẽtie operi victime. aut igit̃ fit cõparatio ꝑm q vtrũq; opus est formatũ: aut scõm q vtrũq; informe aut ꝑm q alterũ formatũ reliquũ informe. si ꝓmo modo: ergo vtrũq; eque meritoriũ est: ergo eque bonum. non g̃ vnũ melius alio similis est obiectio si vtrũq; informe. si opus obediẽtie formatũ z opꝰ victime informe. Similiter potest dici q melior ẽ victima ꝯ obediẽtia. si opus victime sit formatũ et opus inobediẽtie informe ¶Solutio. ad primum dicimus q in detestatione inobedientie cõparat inobedientia pctõ idolatrie sicut mos est in sacra scriptura. vñ in detestatione luxurie dicit Apꝰus fornicatores z adulteros iudicabit deus. tñ multos alios iudicabit grauꝰ z puniet. ¶Sed ꝛtra. Grego. plane dicit q inobedientia cõparat idolatrie. vt de magnitudine pctĩ ostendat quid de laude obedientie sentiendũ sit. ¶Dicimꝰ igit̃ q inobedientia dr̃ esse similis idolatrie. qñ inobediẽs inquantũ inobediens respuit cultũ dei cui ꝓprie debetur obedientia. vñ in hoc assimilantur inobediens z idolatra. ¶Ad illud qõ q̃ritur vtrum fiat operum cõparatio. s. q vtrũq; est opus formatũ. dicimus q sic. nec valet hec argumentatio. sunt eque meritoria: g̃ eque bona. qñ possunt eẽ eque meritoria vite eterne: non tñ eque bona in genere ¶Est aũt obediẽtia melior ꝯ victima quattuor de causis. Prima est qñ in obedientia mactat̃ propria caro invictima aliena Secunda est qñ opus obedientie est spũale. opꝰ victime carnale. vñ opus obedientie magis assimilat nos deo. Tertia causa est quia obediẽtia ẽ perpetua victima tempalis. Quarta causa est ex casum in quo samuel dixit illud qõ ꝓceptũ erat saul vt nichil reseruaret de preda Amalech. ipse autem pinguissima aialia reseruauit ad sacrificãdum. illi sine dubio melius erat obedire ꝯ contra preceptum sacrificare aialia.

Prima cã ꝓpter quas obediẽtia ẽ melior ꝯ victima. Scõa cã. Quarta cã

¶Utrũ obedientia aliquid habeat de suo.

¶Tertia questio huius capituli.

Af per gregorium. Sic obijcitur. Gregorius dicit in moralibus nulla est obedientia que habꝫ aliq̃d de suo. sed obediẽtia Jsaie aliq̃d habuit de suo qñ voluit mitti. inde anteq̃ mitteret dixit. ecce ego mitte me. g̃ nulla fuit illa obedientia: ergo non fuit meritoria. ¶Sed ꝛtra. ipse non fuisset nisi missus fuisset. ipleuit g̃ preceptuꝫ. quia z caritate. ergo habuit verã obediẽtiam.

In oppñ.

De obediẽtia moysi. ¶Similiter obijcitur de obedientia moysi q̃ dixit obsecro dñe mitte quẽ missurus es: nõ suꝫ eloquens ad heri z nudiustertiꝰ z ex quo locutus es ad seruum tuũ impediorꝫ z tardioris lingue suꝫ. ergo obedientia illa habuit aliquid de suo: qñ ipse moyses nolebat mitti. z sic videtur nulla fuisse illa obediẽtia. Eadẽ obiectio ẽ de obediẽtia Jeremie q̃ dixit. a. a. a. dñe deus. ꝛc. ¶Itẽ Gregoriꝰ videtur esse sibi contrariꝰ q̃ dicit. nulla est obediẽtia que habet aliquid de suo. ¶Solutio. cum dicitur nulla est obediẽtia que habꝫ de suo aliquid intelligendum est in aduersis in q̃bus cui imperatur inuitus z cum murmure z rancore ꝑplet preceptum: sine dubio tunc nõ est ibi meritũ obediẽtie sicut semper fuit in iudeis: qui tñ timore seruili ꝛplebant mandatũ. sed in prosperis licet obedientiam habere aliq̃d de suo. sicut in obediẽtia Jsaie contingit: qñ prosperũ z bonum erat ire ad prędicandum. vnde quasi suũ erat velle ire. tñ fuit verus obediens q: iuit ꝓpter deũ: z non iuisset nisi sibi preceptum fuisset. in aliquibꝰ g̃ nulla est obedientia que habet aliq̃d de suo: z in aliquibus aliqua est obedientia q̃ hꝫ aliquid de suo. z sic Greg. non est contrariꝰ sibi. ¶Ad illud qõ obijcitur de moyse z Jeremia. dicimus q ipsi non recusabant mitti alio contradicẽdi: ſz non ex sola humilitate et hoc bonum erat. nec cõstabat eis deũ esse perseueraturum in proposito mittendi. sed qñ constitit libenter ierũt. vnde illoꝝ obediẽtia nichil habuit de suo ¶Sed videtur ꝑm hoc q diuerse sint species obedientie: qñ aliqua obediẽtia habꝫ aliquid de suo aliqua nichil. g̃ aliqua obedientia habet aliquid de sui essentia qõ non habet alia. g̃ diuerse sunt species obediẽtie. ¶Itẽ. diuerse sunt

Per hoc ad gregorium. Ad illõ de moyse. Ad ꝛtra hoc af

Secundo.

species pietatꝫ. vna in deũ que dr̃ theosebia: alia in proximum. ergo similiter diuerse sunt species obediẽtie vna qua tenet̃ hõ obedire deo. alia qua tenetur obedire prelato. ¶Itẽ. diuerse sunt species inobedientie. Quedã enĩ inobedientia ortũ habet a ſuperbia. sicut inobediẽtia eue qua fuit inobediens comedendo pomum vetitũ. Quedã habet ortum ex amore proximi: sicut illa qua adam fuit inobediẽs comedendo pomũ vetitum ne contristaret delitias suas: ſcz vxorẽ suã. Quedã habet ortuꝫ ex consideratiõe maioris boni. sicut illa qua fuit saul inobediens reseruando pinguia aialia amalech ad immolandum dño: iudicans illud melius esse ꝯ oĩa interficere. quod erat ei preceptũ

Tertio.

Multipliex ſobediẽtia. Quedam habet ortum a necessitate: sicut illa qua fuit inobediens ionathas comedẽdo mel fame cogente. cũ saul precepisset q nullus comederet añ vesperaz. igit̃ cũ plures sint species inobediẽtie: plures debẽt esse ſpẽs inobedientie. ¶Solu. ad primũ dicimus q hec argumẽtatio nõ valet. Aliqua obedientia hꝫ aliquid de suo qõ nõ hꝫ alia. g̃ ꝛc. dicitur enĩ aliq̃d habere de suo ꝓpter aliq̃d annexum vel ꝓpter aliã causaz: sicut ꝓingebat Iudeis qui tantũ timore seruili ꝛplebant mãdatum.

Solutio ad primum. Ad ſcõm. ¶Ad ꝑm dicimus q diuerse sunt species pietatꝫ qñ diuerse materie sunt. qñ ꝓpria materia pietatis in deũ que est diuinꝰ est summa bonitas. Materia vero pietatis que est in proximũ alia est scz mia proximi vel aliquid tale. Sed obediẽtia qua tenemur obedire deo: z illa qua tenemur obedire prelato eandẽ habent materiã. s. preceptũ inquãtum preceptum. z ideo nõ est simile. ¶Ad instan

Ad rõnem ꝛtra hoc. tiam dicimus q non opz diuersas species obediẽtie esse: licz sint diuerse cause inobedientie: qñ ex diuersis causis bene prouenit idẽ effectus. vñ dicimus q inobedientia species est z habꝫ vnũ motum interiorez specialẽ. s. velle implere preceptũ dato tamen q inobediẽtia habeat diuersas ſpẽs non ideo sequitur q obedientia habeat diuersas species. qñ vna virtus specialis hꝫ duo vicia specialia sibi opposita. vt ptz i largitate q̃ habꝫ duo vicia opposita. scz auariciã et prodigalitatem.

Aliter dr̃.

¶Quibus obediendũ sit z quibus non.

¶Quarta questio huius capituli.

Notandũ. Af primo. Secũdo. Queritur quibus obediendũ sit z in q̃bus Notandũ q obediendũ est deo z prelatis et principibus terrenis ¶Sed dubium est in quibus precise tenemur obedire prelatis. Similiter hic sic obijcitur. dñs dicit in euangelio. Sup cathedrã moysi se scri. z pha. omnia quecũq; dixerint vobis facite: scõm vero opera eorum nolite facere. Aut fit suppositio per hunc terminũ quecũq; pro preceptis dei tm̃. aut pro illis z alijs. si tantũ pro preceptis dei: sed ad ea tenemur siue prelati precipiant siue non. g̃ sic ter potuit dixisse quecũq; dixerit vobis iste rusticus facite. facta suppositione tm̃. si pro preceptis dei et etiam ꝑ quibusdam alijs q̃ pertinent ad cathedram: sed ad cathedram pertinet mũgere penitentiam z dare consilũ ad emendationem vite. ergo si episcopus precipiat tibi vt intres claustrũ vel q portes ciliciũ toto tẽpe vite tue teneris obedire ei in hoc z hoc falsum. ¶Solu. obediendum est prelatis in oĩbus que pertinent ad cathedram

Solutio. Sunt aute duo que pertinent ad cathedrã in quibus oĩs subditi tenẽtur obedire prelatꝫ. s. in preceptis dei: z in perceptiõe sacramentoꝝ ecclesiasticorum. qñ prelatus ꝑm q prelatus tenetur exponere precepta diuina. Labia enĩ sacerdotis custodiunt scientiam et legem requrent ex ore eius. sicut dicitur in malachia. debet enĩ dispensare z distribuere subditis sacramenta ecclesiastica. Jn chia. his ergo duobus quilibꝫ subditus tenetur obedire prelato claue non errante manifeste. qñ si prelatus iniũgat penitentiã que lõge maioꝝ sit ꝯ cõdigna: non tenetur ei obedire. Sꝫ preter ista que dicta sunt in quibus prelato tenetur obedire subditus: sunt quedã specialia in quibꝰ minores prelati tenẽtur obedire maiori prelato. sicut si episcopus preciptat sacerdoti q excõmunicet istũ sacerdos tenetur obedire episcopo. ¶Sed q̃ritur posito q episcopus preciptat sacerdoti q excõmuni cet istũ z sacerdos sciat istũ eẽ innocentẽ z sciat q episcopus excõmunicat istum odio tm̃. queritur vtrum sacerdos in hoc casu tenetur obedire epõ. videtur q sic. qñ sacerdotis non est cognoscere vtrum scientia superioris sit iusta vel non. qñ si posset cognoscere semp posset dicere ꝓpꝰ cognoscam vtrum sententia sit iusta vel iniusta. z sic per iret humana ierarchia z humana obedientia. cuz ergo sacerdotis non sit cognoscere tenetur obedire episcopo. ¶Sed cõtra. casus decretalis est q si aliquis sit ꝓiunctꝰ alicui per matrimoniũ de facto: si postea sciuerit matrimoniũ nullum esse licz hoc non possit probari: si mulier petat debitũ a marito maritus non debet ei reddere cũ sciat matrimonium nullum eẽ. qñ coire cum illa esset sibi tunc fornicari. z si ecclesia precipiat q reddat nõ tenetur obedire ecclesie: immo ꝓius debet permittere se excõmunicari. qñ eccl̃a ꝓcipit ei malum scz fornicari. A simili cũ epꝰ ꝓcipiat sacerdoti punire innocentẽ nõ tenetur et obedire sacerdos. ¶Item sacerdos scit q iniustũ sit iustũ excommunicari: z scit q deus prohibet oẽ iniustũ: g̃ scit q deus prohibꝫ contrariũ sed regula est q cũ duo superiores precipiãt cõtraria: maiori est obediendũ. g̃ in hoc casu sacerdos debet obedire deo et non episcopo. ¶Item excõmunicare innocentez malũ est in se. ergo sacerdos nõ debꝫ excõmunicare istum innocentem. ergo nõ tenetur obedire episcopo precipiẽti istud malũ. ¶Solu. añ ꝯ sacerdos excõmunicet istuꝫ debꝫ intimare epõ innocentiam huiꝰ: ſz si epꝰ perseueret sine dubio sacerdos tenetur ei obedire. aliter periret obediẽtia humana. sicut dictũ est. Et notandũ q hec est simpliciter vera: iniustũ est iustũ excõmunicari. et hec vera simpliciter: iustũ est sacerdotẽ excommunicare istũ. iuste enĩ excõmunicat: qñ ex obedientia q̃ est species iusticie. Hec autẽ dupler. scilicet iuste excõmunicat istũ. qñ si aduerbiũ determinet verbuz in compatione ad rem notatum: vera est. si in compatiõe ad rem accusatiui: falsa est. qñ is est sensus. sacerdos excommunicat istũ ex meritis huius ¶Ad obiecta. dicimꝰ q punire

Tertio. Tenetur sacerdos obedire ꝑlato male ꝓcipienti.

Hec est duplex.

Ad obiecta

innocentem est malũ in se: sed non est malũ scõm se. qm̃ bene potest fieri. sicut ipse deus punit innocentes qsiqs Submersit eni pueros sodomitarũ q erant innocentes cũ patribus eorũ. z hoc bene et misertcorditer. qm̃ si diu vixissent: longe maiora supplicia meruissent. ℣ per hoc patz solutio ad vltimo obiectum. ¶ Ad primũ. dicim⁹ q non est simile de casu decretalis. qm̃ ecclesia precipit ibi quidã qõ ꝓm se z in se est malũ. s. fornicari sz ẽus nõ precipit malum scõm se. ¶ Ad scõm dicimus q non valet hec argumentatio. Sacerdos scit q iniustum est iustũ excõmunicari: g̃ scit q deus precipit contrarium. qm̃ deus non precipit nec ꝓhibet hoc. iniusticia vero non est nisi respectu passionis. procedit ergo acsi iniusticia eẽt posita respectu sacerdotis. qõ non est verũ. ¶ Itez. ponatur q rex precipiat ꝓfecto vel lictori suo aliquẽ suspẽdere quez prepositus z lictor scit eẽ innocentem. queritur vtrum tenetur in hoc casu obedire regi. videtur q sic. qm̃ eius nõ est cognoscere vtrũ preceptum regis sit iustuz vel iniustum. sicut pri⁹ dictum est de sacerdote. z occidere hoiem non ẽ ꝓm se malum sicut nec excõmunicare: imo multis ꝓdest excõmunicari z occidi. ergo tenetur obedire ¶ Contra. preceptum est in ꝓuerbijs. Erue eos qui dcũtur ad mortem. supple iniuste. g̃ si iste nõ eruit: facit cõtra ꝓceptũ istud. ergo peccat mortaliter si obediat. g̃ non tenetur obedire ¶ Itẽ. si tenetur obedire cadẽ ratione minores iudei tenebantur obedire maioribus iudeis precipientibus occidere xp̃m quez maiores iudei dicebant eẽ destructorem legis. g̃ minores iudei nõ peccauerũt occidendo christũ ¶ Si dicis minores iudei non erant subiecti maioribus quo ad puniendũ rebelles legi Cõtra. ponatur q fuerint subiecti quo ad hoc. ergo non peccauerunt occidendo xp̃m: cum eorum non eẽt cognoscere vtrũ xp̃us eẽt legis destructor: ¶ Solutio. dicimus sicut ꝓius dictũ est de sacerdote. q ꝓpositus vel lictor debet facere quod in se est: vt iste innocens nõ interficiatur. sz si rex perseueret tenetur obedire. ℣ patz per simile. qm̃ si aliquis quẽ sacerdos suus scit esse mortali petit eucharistiam a suo sacerdote in loco priuato. nõ debet ei dare: q scit q peccat mortaliter accipiendo. sed si in loco puplico cõã tota parrochia peteret: debet ei dare. quia si negaret quodã modo eẽt proditor criminis z infringeret sigillum confessiõis. qõ nullo casu: nulla coactiõe ifringẽdum est. z hoc propter cõmunẽ vtilitatẽ. q̃a hoĩnes timerent ꝓfiteri pctã sua: si licite posset infringi sigillũ confessionis. ℣ eodẽmõi propositio. ℣ Ad primũ. ℣ Ad illud de iudeis. ℣ Alia q̃stio incidens.

de miraculis aut predicationib⁹ eis: queritꝝ vtrũ illi peccauerint mortaliter interficiendo xp̃m. videtur q nõ ꝓ predicta. ¶ Sed ꝯtra. interficiunt filium dei: dant ei alapas: conspuunt ipsum: g̃ peccant. ¶ Ad hoc dicunt quidã q hec sola circũstãtia q ille homo est filius dei facit q isti peccent. ¶ Sed obijcitur. hec circunstãtia non põt cadere sub sciẽtia eoꝝ cõtũ in ipsis est. ignorãtia eorũ inuincibilis est cõtũ in ipsis est: g̃ excusat eos a toto z tanto. non ergo p illam circũstantiã peccant ¶ Nos dicimus q primo est impossibilis: qm̃ nullomodo pmisisset filius: dei q iudei penit⁹ ignorãtes in eum manus misissẽt. vñ in euangelio dicit. Nemo misit manũ in eũ: q̃a nondũ venit hora ei⁹ et non placebat ei adhuc pati: qm̃ oportebat adhuc predicari iudeis: vt inexcusabiles eẽnt. pass⁹ est itaq; quando voluit z crucifixus est qm̃ voluit. ¶ Item ponatur q prepositus ꝓcipiat aliquẽ interfici innocẽtẽ z hoc sciat vniuersꝰ. pplus querit vtrum tenetur liberare eũ. videtur q sic. qm̃ preceptũ est Erue eos. ꝛc. constat q populus põt liberare eum: g̃ tenetur liberare eũ. ¶ Contra. iste non tenetur liberare eũ. qm̃ non põt: g̃ nõ peccat non liberando. similiter nec ille z sic de alijs. ergo nullus de populo peccat non liberãdo. tñ populus peccat non liberãdo. g̃ aliquod pctm̃ est in populo: ita q in nullo de populo. qõ est impossibile. ¶ Solu. si populus iste non habeat rẽpublicam nec vniuersitatem ꝓmunẽ constituat nõ tenetur liberare istũ: sed si habeat rempublicã vel cõmunem tenetur liberare nisi coherceatur a maiori potestate. et licet iste per se nõ teneatur liberare eum tñ iste tenetur colliberare z facere qõ in se ẽ: et si non facit peccat mortaliter. ¶ Itẽ queritur. si rex precipiat populo expugnare aliquẽ z populus scit q ille est innocẽs z q rex ex odio tm̃ precipit istum expugnari. vtrũ tenetur ei obedire i hoc ¶ Ad hoc distinguẽdi sunt diuersi casus. qm̃ si iudicatum est ab illis quoꝝ est in regno iudicare. s. a patribus q iste debet expugnari tunc tenet⁹ populus obedire. si non: non tenetur. ¶ Itẽ queritꝝ. si capitulũ reuocet aliquẽ canonicũ q̃ est i scolis: vtrum teneatur obedire. ¶ Ad hoc distinguẽdũ est q si non sit de consuetudine ecclesie q fiat resi dentia in scolis: tenetur obedire vel prebendã dimittere. sivero ꝓsuetudo sit ecclesie q fiat residentia in scolis adhuc distinguendũ est vtrũ reuocet pro commodo tpali vel spũali. si pro tpali: non tenet obedire. si pro spũali: adhuc distinguendũ est vtrum timeat lapsum ille q̃ reuocatur. qm̃ si cõcanonici sui mali sint: cum ex quietu fomentur mores: si lapsum timeat ex consortio eorum non tenetur obedire. si autẽ non timeat lapsum adhuc debet cõsiderare vtrũ illud cõmodum spirituale magis sit pro quo reuocatur: g̃ illud quod consequitur in scolis. si sic: tenetur. si non: non.

¶ In quibus tenemur obedire deo.

¶ Tertium capitulum.

Vlso in quibus tenemur obedire prelatꝭ et superioribus nr̃is: videndũ est in quib⁹ tenemur seruire deo. vtrum scz tenemur obedire deo precipienti contra legẽ na-

℣ Per hoc ad vltimum. ℣ Ad primũ. ℣ Ad scõm. ℣ Alia q̃stio incidens. ℣ Af q sic. ℣ In oppm̃. ℣ Secundo. ℣ Euasio. ℣ ꝓtra hoc af ℣ Solutio. ℣ Similiter. ℣ Alia q̃stio incidens. ℣ Af q non, ℣ Solutio ad quorum. ℣ ꝓtra hãc af ℣ Solutio doctoris. ℣ Alia q̃stio incidens, ℣ Af q sic. ℣ In oppm̃. ℣ Solutio. ℣ Alia q̃stio incidens. ℣ Solutio q distictiõem ℣ Alia q̃stio incidens. ℣ Solu. q distinctione. ℣ Adhuc distinguendi ℣ Subdistinctio. ℣ Subdistinctio.

turalem. quod videtur. qm̃ deus precepit abrahe vt immolaret filiũ. quod erat contra legem nature. abrahã fuit paratus facere istud. ¶ Circa que stionem istã. primo queritur vtrum hoc fuit preceptum. Immola michi Isaac. ꝛc. Secũdo. quãtuz potest extendi huiusmodi preceptũ dei: quod fit contra legem nature. Tertio. quid tenebatur facere abraham ex illo precepto.

¶ Utrum imola. ꝛc. fuit preceptũ.

¶ Prima questio huj⁹ capituli.

Queritur vtrũ hoc: immola. ꝛc. fuit preceptum ꝓbatur q non. tã directe. q̃ indirecte. indirecte sic. si fuit p̃ceptũ: aut deus volebat istud aut non. Si sic. Cõtra. nõ fuit factum. g̃ non volebat. si non volebat z precepit istud. g̃ aliud habuit in ore: aliud in corde: g̃ locutus est in ore z corde. g̃ fuit dupler. hoc aũt impossibile. ergo illud fuit preceptũ. ¶ Itẽ. si deus precepit illud z tñ non volebat. g̃ habuit aliquid in ore: z non in corde. ergo in illo fuit est: z non. ip se autẽ precipit in euangelio. Sit sermo vester est est. non nõ. ergo si istud de imolatione Isaac fuit preceptum: precepit g̃ deus contra preceptũ suũ quod est in euangelio. qõ ẽ ipossibile. g̃ istud non fuit preceptuz. ¶ Forte dicit q qm̃ deus precepit istud: cuius aliud habuit in ore aliud in corde: tamen non fuit dupler. nec fuit in ipso est. z nõ. qm̃ non precipiebat istud ad deceptionem. ¶ Sz cõtra. si aliqs asserit oppositũ ei⁹ quod se credit esse verum: dupler est. siue asserat istud ad deceptionem siue non. eadẽ ratione. si deus precepit istud ad deceptionẽ: siue non. ¶ Item precepti est signum voluntatis diuine. sed non est signũ alicui⁹ rei: nisi illi⁹ que precipitur. g̃ si de⁹ precepit istud voluit istud fieri. sed constat q nõ voluit istud fieri: ergo non precepit istud. ¶ Itẽ. abrahã immolare filiũ suũ erat cõtra legẽ nature: ergo erat malum. sed deus nunq̃ precepit malũ. g̃ nõ precepit istud ¶ ℣ Propter hoc dicunt quidã q non fuit preceptum: sed forma precepti. Cõtra. super istꝰ euãgelij de ceco nato. Vide nemini dixeris. dicit glosa. precipit taceri: quod tñ non potuit abscondi. g̃ precepit ibi deus aliq̃d: quod tñ non voluit. g̃ eadem ratione precepit Isaac imolari: z tñ non voluit istud. ¶ Si dicis q non est simile. qm̃ tacere indifferens est: sed immolare Isaac est malũ. vnde non fuit preceptum. Cõtra. super istud ad hebre. Fide obtulit Abrahã Isaac. ôt glosa. nõ erat contraria religio credentis: deuotioni operantis. ꝓmissionẽ tenebat pius pater i corde: qm̃ oportebat impleri i eo quẽ iusserat dñs occidi. hoc expresse habetur q dñs precepit istud. ¶ Sed forte exponetur sic. iusserat. i. sub forma precepti ꝓposuerat. Sed queritur. aut Abraham ex illa forma precepti tenebatur aliq̃d facere: aut nihil. Si aliquid ergo sub illa forma erat aliquod preceptũ si nichil: ergo ꝓ nichilo ꝓparauit se ad istud. z tamen ꝓ nichilo tribus diebus iuit ad montem morta. ¶ Item. si non fuit preceptũ: aut hoc est q istud erat malũ: aut q̃ de⁹ non voluit istud. Si quia malũ. Contra. hoies qnq; interficiũtur meritorie. dicitur etiã q quidã rex precepit suspendi ꝓprium filium: q̃ latro. z istud non fuit malũ. g̃ eadem ratione Abrahã potuit meritorie immolare filium. ergo non erat tale malũ ꝓpter qõ non posset esse preceptum. Si nõ fuit preceptũ: qm̃ deus non voluit illud. ¶ Contra. Dñi scienter z dicrete precipiunt aliqua seruientibus suis ad pbationem: que tamen nolunt fieri. ideo qñ vident seruientes suos ꝓparari ad faciendũ ea: reuocant mandatũ. ¶ Sillter deus potuit precipere istud ad probationẽ: licet nollet istud fieri. nec tamen ꝓpter hoc fuit dupler. qõ conceditur ¶ Et nota q istud non fuit ꝓceptũ ad executionẽ: immo forma verborũ communis fuit ad preceptũ qõ est ad probationẽ z preceptũ qõ est ad executionẽ. z q̃a sic cõmune fuit forma ꝓcipiendi non voluit de⁹ ꝓpararet se immolare filiũ suũ: sed voluit Abrahã ꝓpararet se ad immolandũ. vnde statim post ꝓparationẽ reuocauit mandatum. Tum. multa tñ precepit deus ad executionẽ q̃ non voluit fieri simpliciter: sed voluit quantũ in ipso est. sicut multa bona z honesta ꝓcepit de iudeis: que tñ ipsi non fecerunt. nec deus simpliciter voluit ea fieri: qm̃ si simpliciter voluissz facta fuissẽt ꝓpatet ergo q deus nõ habuit aliud in corde: aliꝰ in ore. cum preceptũ istud nõ eẽt determinatũ ad executionẽ. vnde non fuit dupler. nec fuit in ipso est z non. z sic patz solutio ad duo primo obiecta.

¶ Ad tertio obiectũ dicimus q non est simile de assertione z preceptione. qm̃ assertio determinata est ad vnum tm̃: sed preceptio cõmuniter se hz ad probationẽ z executionem. ¶ Ad q̃rtum dicimus q preceptum istud fuit signũ volũtatis diuine. non qua voluit Abrahã imolare filiũ: sed qua voluit Abrahã imolare vel ꝓparare ad imolandum. vñ hec cõditionalis est falsa. si deus ꝓcepit istud: voluit istud. qm̃ nõ precepit ad executionẽ.

¶ Ad vltimo obiectũ dicimus q Abrahã immolare filium est malũ in se: sed non ꝓm se. z dicit malum in se q̃ nulla circũstantia addita est malũ. sicut occidere hoiem. quod tñ fit bonũ ꝓ additionẽ bone circunstantie. Malũ ꝓm se dicit istud quod non potest fieri bonũ per aliquã circũstantiã quã tũ libet bonã. sicut fornicari cuilibet. Abrahã immolare filium est malũ in se: tñ bonũ erat abrahe per circunstantiã obedientie z deus potuit precipere. z deus potuit: cũ non esset malum scõm se.

¶ Ex hoc patet q non valet hec argumentatio. Abraham imolare filiũ erat in se maluz z de⁹ precepit hoc: ergo deus precepit malũ. ¶ Sic obijcitur. qñ deus p̃cipiebat hoc: aut erat bonuz aut malum. si malum: g̃ deus precipiebat malũ si bonum: g̃ tunc erat ista falsa. Abrahã immolare filium est malũ. ¶ Itẽ deus non precepit nisi bonũ. ergo quãdo precipiebat istud: ipsum erat bonum

¶ Item adã comedere hoc pomũ fuit malũ nulla alia de causa nisi ꝓhibitũ. si ergo aliquid est malum quia ꝓhibitũ tm̃: per locũ a cõtrarijs aliquid est bonum q̃ preceptũ tm̃. igitur Abraham immolare filiũ erat bonũ: q̃ preceptũ. Si cõcedi tur. ¶ Contra Sortẽ immolare filiũ erat contra legem nature: ergo Abrahã interficere filiũ erat contra legem nature. idẽ eni est ius cuiuslibet pa

℣ Af q sic. ℣ Secundo. ℣ Euasio. ℣ ꝓtra hãc af ℣ Ad idem. ℣ Opinio aliquorum. ℣ ꝓtra hãc af ℣ Euasio. ℣ ꝓtra hoc af ℣ Voluit q ad immolãdum. ℣ Per hoc ad rõnes. ℣ Ad tertiũ. ℣ Ad q̃rtum. ℣ Ad vltimũ. ℣ Malũ in se et malũ secundum se. ℣ Iterum af. ℣ Secundo. ℣ Tertio. ℣ Cõtra hoc.

tris ad filium suū. ſz sortem interficere filiū suum est contra legē nature: ergo Abrahā interficere filium suum erat contra legē nature. ģ erat malum

Ad idem. ¶ Itē de⁹ volebat Abrahā nō īmolare filiū sicut patuit ex post facto. sed non volebat nisi bonu: ģ Abraham non īmolare filiū erat bonū: ģ eius oppositum erat malū. cum bonū non sit contrarium

Solutio. bono vel oppositū. ¶ Solu. dicim⁹ q Abrahā immolare filium suum statim qñ preceptū fuit: bonū

Ad rōnem. fuit z pro diuersis tp̄ibus. Dicendū est q argumētatio illa non valet: ideo peccat scđm fallaciā vnius uocationis. qñ procedit ſm diuersas cōsignationes tp̄is acsi esset vna. sed retorquendo oía verba

Ad aliud. ad idem tp̄s: necessaria est argumētatio. Cōcedimus igitur q qñ preceptū fuit: bonū fuit ¶ Ad illud quod obijcitur q Abrahā immolare filiū erat

Jus naturale duplici ter ꝺr contra legem nature. distinguendū. qñ ius naturale ꝺr duob⁹ modis vt p; tura docuit omnia aīalia. z sic abrahā immolare filium erat contra legē nature. sed ſm hui⁹ius nō est virtus neq; vicium. z sic non seq̄tur q Abrahā immolare filium eēt malū. Q̄ñq; ius naturale ꝺr quod naturalis ratio dictat eē faciēdū. z sic Abraham immolare filiū non erat ꝓtra legem nature: immo ſm legem nature. qñ naturalis ratio dictabat ei hoc esse faciendū. quia de⁹ preceperat ist⁹

Ad aliud. ¶ Ad aliꝺ dicim⁹ q Abrahā nō īmolare filiū negatiue dā est: z non erat bonū ꝓprie z ſm se: sed dicebatur bonum ex adiuncto. sicut non peccare cum nichil sit. non est bonum ꝓprie: sed ex adiūcto. s. quia adiacet virtuti dicitur bonū. cū dicatur q bonum non est contrariū bono: intelligitur de bonis que bona sunt ꝓprie.

¶ Quantū possit extēdi preceptū dei.

¶ Scđa questio huius capituli.

Af q sic. Queritur quātū potest extendi preceptū dei: sc; vtru; potest precipere cōtra oía precepta decalogi. ¶ Videtur q sic. qñ maius malū est in se siue in genere occidere q̄ fornicari. ſz de⁹ precepit occidere: qñ precepit Abrahā immolare filiū: ergo pōt precipere q aliquis fornicetur. eadē ratione pōt precipere

Euasio. contra totū decalogu;. Si dicit q nō valet argumentatio. qñ occidere non est malū ſm se: vñ nulla ꝺfformitatē importat. sed fornicari est ſz se malum: vnde ꝺfformitatē importat. z ideo deus non

ꝓtra hoc af potest illud precipere. ¶ Sic igit potest precipere oēm actum qui non importat ꝺfformitatē: etiam hoc constante q filius dei Simus ergo in tēpore Abrahe Abra. credere filiū dei non eē incarnādū non importat ꝺfformitatē. etiā hoc stante q filiꝰ dei incarnabit. ergo manēte eadē veritate de⁹ potest precipere illud. Sit ergo q precipiat illō manente eadē veritate. inde sic. Abra. credit filium

Sz hoc est falsum. dei non esse incarnandū: z ex precepto dei. ģ meretur. ¶ Contra. credit oppositū articuli fidei: ģ demeretur. ģ eodem motu meretur z demeretur.

Ad idem. quod est impossibile. ¶ Item in veteri lege p̄cepit deus adulteram lapidari. in nouo testamento precipit oppositu;. ģ precipit contra legē suā. pari ratione pōt precipere contra totum decalogū.

Solutio. ¶ Solu. ad hoc q aliquis possit p̄cipere aliquid alicui: oportet q istud non sit ſm se malum: z preterea q recipit recōpensationē. propter primū nō potest deus precipere q aliquis fornicetur. qz fornicari importat ꝺfformitatem. Nec ꝺz hec argumentatio. magis malū est occidere q̄ fornicari: z deus potest precipere occidere: ģ z fornicari. qñ ab eo quod est occidere est malicia separabilis. ſz ab eo quod est fornicari est in separabilis. Instātia. sortes est magis albus q̄ plato. et sortes pōt fieri niger: ergo plato pōt fieri niger. posito q albedo non sit separabilis a pla. Propter ſm deus non potuit precipere abrahe q crederet filiū dei non eē incarnandū. quia huius motus nō recipit recompensationē: sed dānum. quia est ex interfectione hoīm recipit recōpensationē. vt ꝓz i interfectione hereticoꝝ: ex qua accidit tranqlitas et multiplicatio ecclesie. Simliter non pōt precipere michi deus non diligā ipsum. q̄a hmōi non recipit recōpēsationē ¶ Advltimū ꝺicim⁹ q hec argumētatio nō ꝓz: de⁹ ꝓcepit actū ꝓtrariū actui quem precipit: ģ precipit contra legē suā. qñ cuz virtus sit habitus immediate existēs quo ad nos scđm diuersos status aliquid aliqñ est preceptū: aliquando non. z sicvnus z idē actus aliquādo est motus virtutis: aliqñ non. sicut si iste habeat mille marcas z videat hoīes valde indigentes tenet dare. si depauperetur non tenet. Silter in veteri lege preceptum est adulteram lapidari ad refrenādū luxuriā iudeoꝝ qui timore seuiebāt non ex amore: sed in nouo testamēto in quo ē copia gratiarum q̄ retinent z refrenant fideles non oportz hmōi preceptum eē. ¶ Sed itē probat q deus potest precipere contra legē suam. qñ preceptuz est in decalogo. Non cōcupisces vxorem proximi tui. sed deus pōt precipere alicui q concupiscat vxorem proximi sui. quod probatur. qñ multi boni viri habuerūt duas vxores: vt Jacobz Dauid. et hoc potuit deus precipere sc; q iacob haberet plures vxores. ergo pōt precipere q vnus hō sit maritus duaꝝ vxorū simul. ģ potest p̄cipere econuerso q vna vxor sit duoꝝ maritorum simul. z sic potest precipere q aliquis concupiscat vxorē proximi sui. ergo potest precipere contra legem suā.

¶ Item precepit filijs israel q asportarent vasa egyptioꝝ: ergo precepit q ꝓtrectarent res alienas vel aliorū: ergo precepit furari: ģ precepit cōtra hoc preceptum. Non furtum facies. ģ precepit contra legem suā. ¶ Itē legitur de btā Mag dalena q. xxx. annis fuit in heremo vbi fruebatur colloquio angelorū. z hmōi status contēplatiōis optimus est. ergo deus potest p̄cipere hmōi statum: ergo potest p̄cipere quicquid seq̄tur ex eo. ſz ex eo sequitur nō dare elemosinas: nō facere opa actiue: ergo potest p̄cipere non dare elemosinas et hmōi. ergo pōt precipere contra hoc preceptū Date elemosinā z omnia mūda sunt vobis. cū igitur possit precipere contra p̄cepta affirmatiua et contra precepta ꝓhibitiua: potest similiter p̄cipere contra legē suam. si ꝓceditur. ¶ Contra. deus non precipit aliquid nisi qđ facit ad hoc vt simus similes ei: z ipse non pōt precipere q simus dissimiles ei: ergo non pōt p̄cipere contra legē suam.

Ex hijs infert qđ odium dei ē peccatum ipso ē impossibile

Ad rōnes ꝓpt primuz

ꝓpter scđm

Nota cōtra multos.

Advltimū.

De diuersitate tēpoꝝ

Iterum af.

Solutio ad primū. quod concedimus. ¶ Ad primo obiectū dicim⁹ sicut dictū ē supra q aphoc de⁹ possit p̄cipere aliqđ quod in se malū opz q istud recipiat recōpēsationem. vnde dicimus q de⁹ potuit p̄cipere q vnus homo haberet duas vxores. z multa alia mala. tamen hoc malū recipit recōpensationē. qñ ex hoc q vnus homo hz multas vxores: genus humanū multiplicatur ad cultū vnius dei. vñ deus potest precipere istud. z non sequitur: ergo deus pōt precipere istud q duo mariti habeant vnā vxorez simul. qñ per hoc nō multiplicatur gen⁹ humanū. sed per primū multiplicatur. qñ plus potest vn⁹

Ad scđm. vir generare q̄ multe mulieres concipere. ¶ Ad ſm dicimus q nō valet. deus iussit asportari vasa egyptioꝝ: ergo iussit ꝓtrectare res alienas inuito dño. qñ egiptij non erant dñi illarū rex qñ asportabantur. quia deus cui⁹ ꝓprie sunt oía transtulerat dominiū ab eis. vñ dicim⁹ q de⁹ nō pōt p̄cipere hoc complexuz contrectare res alienas inuito dño: quia est malū ſm se licet forte non exprimat

Ad tertiū. ad formitatē. sicut homo ſm se est risibile licet nō exprimat resibilitatē. ¶ Ad tertio obiectū dicimus q alicui z in casu aliquo ꝓ loco z tp̄e potest deus precipere non dare elemosinas. qñ expedit aliquem semper esse in contēplatione. et expedit aliquem semper esse in opibus actiue. et expedit aliquē esse in contēplatione aliqñ: z in actiōe aliquando. precipiendo autē hoc alicui nō dare elemosinas. zc. non precipit ꝓtra hoc preceptū: Date elemosinaz. zc. precepta enim affirmatiua non obligant ad semper.

¶ Queritur ad qđ teneret Abra. ex illo p̄cepto.

¶ Tertia questio huius capituli.

Af q sic. Queritur ad quid teneretur Abrahā ex illo precepto ¶ Et primo vrū teneretur velle immolare. videtur q sic. qñ tenebatur obedire. obedire autē mentaliter est velle facere quod precipitur: q̄a precipitur. ergo. Abrahā tenebatur velle immolare: quia istud

Secundo. precipiebatur. ¶ Itē. preceptū erat ei īmolare. ergo tenebatur īmolare: z ex obedientia. sed obedientia nulla est: nisi sit voluntaria. ergo tenebat

In oppm. voluntarie īmolare. ģ tenebatur velle immolare. ¶ Contra. non tenebatur velle immolare: q̄a eēt preceptum probatiōis. si hoc eēt preceptū Abrahe tantū ad probationē z hoc sciret Abrahā: non teneretur velle īmolare z tm̄ remaneret preceptū ergo preceptio nō faciebat q teneretur velle īmolare: nec alia causa erat quare teneret. ģ simpliciter non tenebatur velle īmolare. ¶ Itē. oē preceptum est preceptū ad probationē vel executionē et econuerso. ergo si Abra. tenebat velle īmolare quia sciebat eē preceptū: similiter si sciret esse preceptum ad executionē vel probationē teneret velle. zc. sed si sciret esse preceptū tm̄ ad probationē sciret esse preceptū ad p̄bationē vel executionē. ergo si sciret esse preceptū ad probationē tm̄ teneretur velle īmolare. z hoc falsum. ergo z primum.

Tertio. ¶ Item. Abraham dubitabat vtrū istud esset ei preceptum ad probationē vel executionē. sed dubia in meliorem partē sunt interpretanda. sed melius erat dñm precipere hoc ad probatianē q̄ ad executionem. ergo Abraham magis debebat credere hoc esse preceptū ad probationem q̄ executionem. ģ non tenebatur velle īmolare ¶ Ad hoc

Solutio. potest dici q ex illo precepto non tenebatur simpliciter velle īmolare: sed sub conditione. s. si non reuocaretur preceptū. Nec valet hec argumentatio. tenebat obedire: ergo tenebatur velle facere

Per hoc ad primum. mandatum: sed cuz conditiō predicta bene sequitur. ¶ Similiter patet solutio ad scđm obiectum.

Ad scđm. non enī ex precepto tenetur aliquid velle simpliciter facere. simpliciter maxime cū aliquid graue et difficile precipitur. sed si sciretur esse preceptuz ad executionē: teneret velle facere mandatū simpliciter. ¶ Sed contra hanc solutionem obiciꝓra hāc solutionē af. tur. deus precepit iudeis non mechari. non fornicari. zc. z ipsi tenebantur velle nō mechari. zc. q preceptum erat eis. cū ergo preceptū esset Abrahe vt immolaret: tenebatur velle īmolare simpliciter. ¶ Quod concedunt quidā: dicentes ad primo obiectū q Abrahā non poterat scire hoc esse preceptum tantuz ad probationem. qñ non congruit iusticie diuine q precipiat aliquid alicui: cuius oppositum teneatur velle: vel ipsuz quod precipitur velle. ¶ Ad secundo obiectū dicim⁹: non

Ad scđm. est facile respondere quantum ad ipos. qñ ipsi recipiunt hanc ꝺditionalē. si preceptū est Abrahe tm̄ ad p̄bationē īmolare filiū: tenet velle īmolare sed Abrahā sciebat bene illā cōsequētiā eē veraz: ergo si sciret primum sciret z vltimuz. z hoc manifeste falsum. ideo si sciret istud esse preceptū ad p̄bationem tm̄: non teneretur velle istud. nisi dicatur q si Abraham sciret primuz: duo contradictorie oppositа sequerentur. z ita sequeretur q teneretur velle z non teneretur velle. ¶ Sed contra. ꝓtra hoc af aut sequuntur ex ipossibili quidlibet: aut ꝓnaturali ꝓsequentia. si primo modo fiat potitio q non recipiat consequntia naturalis. Si ergo dicat q duo opposita sequūtur naturali cōsequentia ¶ Contra. Abrahe est preceptū tantū ad probationē immolare filium: z īmolare filiū erat quoddā verū in solubile. ergo si deus reuelasset illud verū Abrahe non ꝓpter hoc seq̄rent opposita. ¶ Preterea. si Secundo. rex frācie p̄ciperet aliquid alicui: sufficeret regi si ille vellet tm̄ sub ꝺditiōe istud facere. sc; sub hac conditiōe: si rex nō reuocaret preceptū. ģ deo debet sufficere q si p̄cipiat aliquid alicui: q̄ ille velit istud facere sub conditiōe. s. si non reuocatur mādatum. ģ hec consequētia nō valet: si Abrahe preceptum est immolare: teneret velle simpliciter īmolare. ¶ Q̄ō concedim⁹. vnde prime solutioni Solutio. adheremus. dicim⁹ tm̄ q Abrahā non poterat scire istud esse preceptū sibi tantū ad prohibitionē. non propter impossibilitatez: sed qñ nō congruit bonitati dei precipere aliqđ alicui qđ non debeat velle. ¶ Ad illud qđ obiectū est dicim⁹ q nō est Ad aliud. simile. qñ deus precipit iudeis id qđ erat scriptū in cordibus eorum. vnde tenebanť velle istud simpliciter: q̄uis nō esset preceptū. sed Abrahe precipiebatur quoddam quod erat in se malum sicut dictum est. vnde non est simile.

¶ Vtrū Abrahā teneretur credere illud esse preceptum sibi a deo.

¶Quarta questio huiꝰ capituli.

Aſſ q̄ non.

QUeritur vtrū Abrahā teneretur credere istud eē p̄ceptū sibi a deo videſſ q̄ nō dicit eni Apls in principio ad Gala. Licet nō aut āgelꝰ de celo euāgelizauerit aliū ꝙ̄ accepistis: anathema sit. z itelligitur aliud quod est cōtra fidē vel p̄tra bonos mores. sed istū quod p̄ceptiebat bonus āgelus Abrahe erat cōtra bonos mores. quoniā interficere hoiem est cōtra bonos mores. ergo Abrahā non debebat credere ei imo potius debebat ipm anathematizare. et ita non tenebaſ credere istud sibi eē p̄ceptū a deo

Secundo. ¶Item. angelus sathane transfigurat se in angelum lucis: ergo Abrahā neſciebat vtrū ille angelus esset āgelus lucis vel angelꝰ tenebrarū. nullo eni signo poterat discernere. ḡ non tenebaſ ei credere: ḡ non tenebaſ credere istud esse p̄ceptum sibi a deo.

Solutio ad primum. ¶Solu. dicimꝰ q̄ tenebaſ credere istud esse p̄ceptū a deo: nec illud erat p̄tra bonos mores: q; non erat malū ſm se.

Ad ſcōm. ¶Ad ſcōo obiectuꝫ dicimꝰ q̄ Abrahā bene sciuit āgelū illuꝫ eē bonū angelū. qm̄ habebat donū qō ōr discretio spūum quod donū habuit btūs martinꝰ qm̄ dixit diabolo: ieſum purpuratuꝫ non adoro. sed quo signo discernatur bonus a malo. nos neſcimus: ſz qui habent donū p̄dictū bene sciunt.

Contra p̄dicta aſſ. ¶Itē. Anſelmꝰ super geneſim dixit. Laudandꝰ erat Abrahā i cōstantia immolandi z fide ſuſcitandi. z sumiſſ ibi cōstantia immolandi p voluntate immolandi. ergo laudandus erat p voluntate immolandi: ergo volebat immolare. z dictū est q̄ non.

Secundo. ¶Item videſſ q̄ non esset laudandus in hoc. qm̄ si aliquis traderet aliquam pecuniā alij certus q̄ ſtatim reḥaberet: non esset laudandus in hoc. ergo cum Abraham vehementer crederet filiū suum esse ſuſcitādum non erat laudādus p̄o volūtate imolandi.

Solutio ad p̄mum. ¶Solu. Ad p̄imū dicimꝰ q̄ Abrahā laudādus erat p̄o voluntate immolādi. nec ſeq̄tur q̄ vellet ſimplr imolare: sed sub cōditione. p qua volūtate cōditionali laudādus erat.

Ad ſcōm. ¶Ad ſm dicimus q̄ aliquo casu laudādus eēt qui traderet pecuniā suam alij: licet sciret ſe reḥabituꝝ illā. sicut ſi traderet credens ſoliverbo illiꝰ cui tradiſ. sed ſi gratis traderet sine ſpe reḥabēdi: tunc maꝛie eēt laudandus.

q̄stio icidēs ¶Sed iterū queritur q̄ Abrahā nō p̄parareſ ſe ad imolādū filiū sine ſpe reḥabēdi. immo cū certa ſpe reḥabendi: quare ita ſumme laudatur. ōr eni de ipso. Senex fidelis: p̄ima credēdi via est.

Solutio. ¶Ad hoc dicimꝰ q̄ ſūme laudādꝰ fuit: qm̄ credidit deū esse omnipotentē z veracē. credidit eni deum posse ſuſcitare filiū ſuū. qō mauditū erat in tp̄e suo q̄ deus aliquē ſuſcitasset.

p̄tra hoc aſſ ¶Itez. ſumme laudandus fuit: q; filiū ſuū vnigenitū quē diligebat voluit imolare.

Solutio. Cur Abraham magis laudatur ꝙ̄ sanſon. ¶Sed ſm hoc videtur q̄ magis laudandus fuit sanſon: ꝙ̄ Abrahā. quoniam matus fecit. qm̄ maius est interſicere ſeipz: ꝙ̄ filium ſuuz. querik igiſ quare ſcriptura nō laudat sanſonem: sed tantū excuſat.

¶Solu. Facere aliquid inſtinctu ſpiritusſancti multipliciter: dicitur: qm̄ vel ſpiritu ſancto monente z iubente: vel ſpiritu ſancto monēte. p̄imo modo voluit Abraham immolare filiū ſuum inſtinctu ſpiritusſancti. quoniā ſpiritusſanctꝰ p̄ecepit ei z monuit eū. Secūdo mō voluit, sanſō interficere ſe: z iterficere inſtinctu ſpiritusſancti. quoniā ſpiritusſanctus monuit ipſum ad hoc. vnde illa actio plus fuit ſpiritusſancti: ꝙ̄ sanſonis. vnde non valde laudat eū ſacra ſcriptura i hoc facto: sed excuſat. sicut nō laudatur alīna balaam: q; locuta fuit. qm̄ illa locutio non fuit p̄prie illius: sed angeli q̄ mouit os eius verum est tamen q̄ sanſon meruit interficiendo ſe et alios. z ad istud mouit euꝫ ſpiritusſanctus: p̄opter ſignificationeꝫ. qm̄ sanſon interp̄etatur sol eorum: z ſignificat in actu suo xp̄m. qm̄ sanſon interficiēdo ſe interfecit inimicos suos. ſ. philiſteos: ita xp̄s interficiendo ſe interfecit philiſteos ſpūales. ſ. demones.

Per hoc p̄z reſponſio. ¶Per hoc p̄z quare Abrahā maxime laudatur: sanſon nō.

Arguit contra dicta. ¶Ad illud q̄ dixim⁹ ſup̄a. ſ. q̄ Abrahā nō tenebaſ ſimpliciter velle imolare: sed sub conditione: videtur facere textꝰ geñ. qm̄ Iſaac querenti vbi est victima olocauſti. reſpondit Abrahaz. deus ſibi p̄ouidebit victimam olocauſti. videtur ḡ q̄ ipſe aliquomodo crederet deum esse reuocaturū illud mandatū: z ita nō volebat ipm ſimpliciter imolare: ḡ nec tenebaſ ſimpliciter velle imolare. sed arripuit gladiū: tūc voluit ſimpliciter imolare.

Iterum aſſ. ¶Sed obiciſ ſicut p̄ius. cum dubia interp̄etanda ſint in meliorē partem: z Abrahā dubitaret an illud esset p̄ceptuz ad p̄obationē vel ad executionē: debuit ergo nō velle imolare.

Solutio. ¶Solutio. ſine dubio dubia ſunt interp̄etanda in meliorem partē ipſi eligenti. z imolare filium melius erat abrahe ꝙ̄ non immolare: quoniā erat ei p̄ceptum. vnde tenebatur velle imolare: vel ſimpliciter vel ſub cōditiōe.

Alia q̄ſtio incidens. ¶Habito q̄ Abrahā tenebatur velle immolare: z tenebatur credere illud esse ſibi p̄ceptū: queriſ vtrū teneretur immolare. videtur q̄ non. qm̄ p̄ceptum fuit ceco illumīato vt nemini diceret. tñ ipe vbiq; diffamauit: nec peccauit ex hoc. ḡ non tenebatur tacere licet eēt p̄ceptū ei eadē ratiōe Abra. nō tenebatur immolare cuius esſet p̄ceptum ſibi.

Aſſ q̄ non. ¶Item. p̄ceptū fuit filijs iſrael q̄ nullus duceret vxorē de alienigenis: sanſon autez duxit vxorem de philiſteis z non peccauit. ḡ nō tenebatur obſeruare istud p̄ceptū. eadē rōne Abra. non tenebatur immolare ſuis ei p̄ceptū fuiſſet.

Secundo. ¶Itē p̄ceptum fuit Joſue q̄ quicūq; acciperet de ſpoliſs iericho igne cōbureret. z achor deprehenſus fuit accepiſſe. nec tñ fuit combuſtus igne: ſz lapidatus. z non peccauit ex hoc Joſue: ḡ non tenebatur eū comburere igne: licet p̄ceptū ei fuiſſet. ḡ nec Abrahā tenebaſ immolare.

Tertio. ¶Solu. dicimꝰ q̄ tenebaſ.

Solutio. ¶Ad istō q̄ obiciſ de ceco nato: dicimus q̄ mādatū illud fuit reuocatū a ſpiritu ſancto. vñ glo. dicit ſup̄ locuz illū. iuſtū iuſto est contrarium. qm̄ iuſtū est tacere q̄ p̄ceptū est: z iuſtum est p̄dicare ad laudem dei.

Ad rōnem. ¶Sed ſm hoc videtur q̄ cū omne iuſtū ſit bonū. q̄ bonum ſit cōtrarium bono q̄ ſup̄a negatū est.

Solutio. ¶Et nos dicimus q̄ p̄o diuerſis temporibus dictū est hoc iuſtum iuſto et ſp̄rariū. qm̄ iuſtū erat tacere ātēꝙ̄ p̄ceptum esſet reuocatū et iuſtū fuit diffamare ſiue manifeſtare poſt reuocationē mādati. ſiliter

p̄o diuerſis tēporibꝰ bonū fuit Abrahā imolare filiū z Abra. non imolare filiū habito ei reſpectu ad circunſtātiā p̄cepti z manente illa circūſtātia Abra. imolare filiū non poterat niſi bene fieri. et ita erat bonū ſimpliciter.

Ad ſcōm. ¶Ad ſcōo obiectū de ſanſone dicimus q̄ istud mādatū fuit reuocatum ad ſignificādū q̄ xp̄s erat relicturꝰ ſinagogā z copulaturus ſibi eccleſiā de gentibus.

Ad tertiū. ¶Ad tertio obiectum dicimꝰ q̄ cōbuſtio ignis ſumpta est ibi p̄o qualibet pena.

Alia q̄ſtio incidens. Arguitur. ¶Poſtea queriſ quare Apls dicit fide obtinuit Abrahe Iſaac. cuz motus ille ſiue ille voluntas imolandi fuerit ex obediētia ad p̄ceptum: z ita nō ex fide.

Secundo. ¶Itē probatur q̄ ex caritate obtulit. quoniā p̄opter hoc voluit immolare filiuz: q; plus diligebat deū ꝙ̄ filiū.

Solutio. ¶Solutio. voluntas illa immolādi fuit ex obedientia ad p̄ceptū z ex caritate impante: ſz ex fide fuit tanꝙ̄ mouente et inclinante. qm̄ hylariter z ſine oī angustia mentis voluit Abra. immolare filiuz z hoc erat ex fide: p̄opter hoc Apoſtolus magis attribuit hunc motum fidei ꝙ̄ alij virtuti.

¶De latria z dulia z primo quid latria.

¶Quartum capitulum.

DIcto de ſpecie iuſticie qua tenemur ſuperioribꝰ nr̄is. ſ. deo p̄latis principibꝰ. q̄ ſpēs vocaſ obediētia. dicendū est de ſpē iuſticie qua tenemur honorare deū. que grece vocatur latria vel latrioſis. latine pōvocari religio que est ſpecies iuſticie vt dicit Tullius.

p̄la q̄ſtio. latria est cultus ſoli deo debitus et exhibitus vel exhibendꝰ. dulia est honor debitꝰ creature

¶In queſtione iſta primo queritur quid ſit latria. ſecūdo de differentia latrie z dulie. tertio vtrū idolatria ſit latria. quarto quo honore honorāda ſit humanitas chriſti et ipſe chriſtus. quinto vtruz aliquis poteſt ſine peccato exhibere latriam alicui creature per ignorantiā. ſexto de quantitate illiꝰ peccati quod ōr idolatria.

¶Prima queſtio huius capituli.

¶Utrum latria ſit virtus.

Aſſ q̄ ſic. ORta primū queriſ vtrū latria ſit virtꝰ. videtur q̄ ſic. qm̄ adorare deū est motus meritorius. hoc conſtat: ḡ est motus virtutis: ſz nō est motus niſi latrie. ḡ latria

Secundo. est virtus. ¶Item p̄ceptum est: dñm deuz tuum adorabis z illi ſoli ſeruies. ergo adorare deū est in p̄cepto. ſimiliter honorare patrē z matrē est in p̄cepto. z non intelligitur tātū de patre carnali immo de ſpirituali. ergo honorare deū eſt in p̄cepto. qm̄ deus est pater ſpūalis: sed ſolꝰ motus virtutis est in p̄cepto: ḡ adorare ſiue honorare deum est motus virtutis: ſz nō est motꝰ niſi latrie. ḡ

Opinio alij quorum. latria est virtus. ¶Dō concedūt quidā dicentes latriā non eē ſpecialē virtutē: sed generalem ad fidem/ſpem/caritatē. z ſic de alijs. z q̄ ita ſit: p̄batur multismodis

p̄ima p̄o batio. ¶Primo ſic. ḡa credere p̄me veritati ꝓpter ſe z ſuper omnia: est honorare p̄imam veritatem ꝓpter ſe z ſuper omnia: sed hmōi honorare est motꝰ fidei. ergo motus fidei est motus latrie. ſimiliter motꝰ ſpei est motꝰ latrie. quoniam ſperare in primā largitatem p̄opter ſe z ſuper omnia: est honorare p̄imam largitatem p̄opter ſe z ſuper omnia. Similiter diligere p̄imam bonitatem. ꝛc. z ita motus cuiuſz virtutis est motus latrie. ḡ latria est virtus generalis.

Scda pba ¶Itē ſu per istud. dñm deū tuū adorabis z illi ſoli ſeruies. dicit gloſa. ſeruies ſeruitute que est latrioſis ſiue latria. ergo latria idem est q̄ ſeruitus dei: sed qualibet virtute ſeruimus deo. ergo quelibet virtus est latria.

Tertio. ¶Itez. honorare deum motu latrie est p̄eponere deum omnibus: z hoc fit motu caritatis. ergo caritas ē latria: z ſimiliter alie virtutes.

In oppm̄. ergo latria est generalis. ¶Si cōceditur: probatur q̄ ſit ſpecialis virtus: quia credere p̄me veritate p̄opter ſe z ſuper oia: est motus ſpecialis virtutis. ſ. fidei. ſimiliter ſperare aliquid a p̄ima largitate p̄opter ſe z ſuper omnia: est motus virtutis ſcz ſpei. ſimiliter diligere. ꝛc. ſimiliter timere p̄imam potentiā est motus ſpecialis virtutis. ſ. timoris. ergo honorare p̄imaz paternitatem ꝓpter ſe et ſuper oia est motus ſpecialis virtutis. eadē ratione debetur eni p̄opie honor patri: ſicut dñs dicit per matheum. Si ego ſum pater: vbi honor meus. ſed hmōi honorare non est motuz: niſi latrie. ḡ latria est ſpecialis virtutis

Ad idem. ¶Itē. licet facere quod p̄ecipitur non ſit ſpecialis motꝰ alicuiꝰ virtutis: tamen velle facere quod p̄ecipiſ est ſpecialis motus alicuius virtutis. ſ. obedientie. eadem ratione: licet honorare deum non ſit ſpecialis motus: tamen velle honorare deum est ſpecialis motus virtutis alicuius: non niſi latrie. ergo latria habet ſpecialē motū. ergo est ſpecialis virtus.

Tertio. ¶Item. ſi quelibet virtus est latria. ergo omne vicium est idolatria per locum a contrariis. ergo quilibet exiſtens in peccato mortali: est idolatra. ſumpto idolatra ſtricte: z hoc falſuz est manifeſte. quoniā fideles ſunt in mortali: z tñ non ſunt idolatre: cum ſunt fideles.

Euaſio. ¶Forte dicūt q̄ latria est ſpecialis virtus. ſ. reuerentia: ſiue timor reuerentie: ſicut dicitur in principio eccle. Timor dñi ſcientie religioſitas.

Sed contra. Aug. dicit. ꝙ̄ ſapiētia est theoſebia. et latria idem est q̄ theoſebia. ergo latria est ſapientia. non ergo reuerentia: vel timor.

Ad idem. ¶Item omnis idolatra inquantū idolatra est infidelis. ergo idolatra inquantū idolatra est infidelitas. ergo latria inquantum latria est fides. ergo non est reuerētia vel timor.

Tertio. ¶Itē. ſi latria est idem q̄ reuerentia cum reuerentia moueatur anima in deuz immediate. latria mouetur in deum immediate. ſed omnis virtus qua mouetur immediate anima in deum est theologica. ergo latria est virtus theologica. non ergo ſunt tantum tres virtutes theologice.

Solutio. ¶Solutio. Notandum q̄ latria p̄opie est profeſſio maieſtatis diuine: vt non ſolum appelletur maieſtatis diuina magnitudo dei qua repleꝛ totum mundum. qua etiam repleret infinitos mundos ſi eſſent. ſed etiam vocetur maieſtas diuina ſumma ei⁹ bonitas: ſumma potentia: ſummum dominiū. z ſic de alijs.

Quid ſit latria. Et eſt ibi profeſſio tripleꝛ ſcilicet corde/ore/ opere. corde profitemur diuinam maieſtatem. per fidem et ſapientiā credendo deū eſſe ſūme potētie. ſumme bonū. z ſic de alijs. Ore profitemur diuinā maieſtatem orando deū vt fontem oīm bonorum

In latria tripleꝛ profeſſio.

In latria quinq; sunt

Opere pfitemur sacrificādo/genuflectēdo z sibi vnde latria pprehendit q̄nq;. s. fidē/sapiētiā/ reuerentiā/sacrificiū/oratiōnē. p hoc ptz q latria nec

Resolutio doctores.

est specialis virtus nec est gnalis ad oēs virtutes Sic enī oē vicīū esset idolatria: sed est spēs virtutis habēs sub se multas species. vñ ad oēs prędicras obiectiōes: q; per quasdā probatur latria eē

Ad omnes rationes.

generalis virt⁹ ad oēs alias ⁊tutes. p alias pbatur esse specialis. ¶ Respōdētū est ad primo obiectum. Dicim⁹ q hec est falsa. Credere prime ve

Ad primū. ¶ Credere et diligere nō

ritati ppter se z sup oia est honorare primā ⁊itatem. ⁊c. Ām q honorare est mot⁹ latrie. Sīliter est

sunt motus latrie.

falsa. diligere primā bonitatez ppter se z sup oia est honorare primā bonitatē. ⁊c. prout honorare est motus latrie. qm̄ hmōi honorare idē est q profitio vel ptestatio deū esse sūme bonū. z hmōi p testari non est diligere deū sup oia nec etiā cōsequens ad ipm. qm̄ si aliqs diligit aliquid sup omnia. non ppter hoc protestatur illud eē summū bonū. sicut auarus diligit pecuniā super oia: nō tñ profitetur pecuniā esse sūmū bonū. ideo bñ scit q non est summū bonū. ptz igitur q honorare ꝑt est motus latrie nō est idē q credere vel diligere.

Ad scām. et sic soluit ad primū p interēptionē. ¶ Ad scām obiectū dicim⁹ q non qualibet virtute seruimus deo: sed virtute q̄ est latriotis vel latria. qm̄ non qualibet virtute pfitemur matestatē diuinā. sicut

Ad tertiū. dictum est. ¶ Ad tertio obiectū dicim⁹ q honorare deū ꝑt est mot⁹ latrie nō est idē q ꝓponere deū oibus. sed hmōi ꝓponere seq̄tur ad hmōi honorare. Soluendū est igit p interēptionē. ¶ Solute sunt igit obiectiōes p quas ostēdebat q quelibet virtus esset latria Hūc soluēde sunt obiectiones p quas ostēdebat q latria eēt specialis virt⁹.

Ad primū in cōtrariū ¶ Ad primo obiectū dicim⁹ q hec argumētatio non vz. Credere prime ꝑitati ppter se z sup oia ē motus speciālis virtutis. s. fidei. Sīliter sperare. ⁊c. Sīliter diligere. g eadē ratione. honorare primam paternitatē. ⁊c. nec est iste loc⁹ a simili. qm̄ honorare q̄ est mot⁹ latrie nō se hz solū ad primā paternitatē: hz etiā ad primā bonitatē z primū dominiū. vnde sicut dñs dicit. Si ego sū pat̄ vbi honor meus. vñ prima paternitas nō est ꝑprius finis huius actus: sed primaveritas est finis ꝑpr⁹

Ad scām. motus fidei. ¶ Ad scām obiectū dicim⁹ q non est simile q̄ inducitur p simili. qm̄ facere q̄ ꝓcipitur non est coartatū contra aliquā virtutē. vel etiam generaliter ꝓtra virtutē: q; excedit metas virtutū: quia pōt ꝓcipi indifferēs. sicut dñs precepit malū in genere sicut ꝓcepit dñs abrahe. ꝑpter hoc generale facere q̄ p̄cepit in hac ratiōe est quiddā contra q̄ habet consistere laus in se si debite fiat. ideo velle istud est mot⁹ specialis virtutis. sed honorare nō excedit metas virtutū. tñ gnale est ad quasdā virtutes. Ideo velle honorare similiter gnale est ad easdē virtutes. Ām q vel le accipiē ꝓ appetere vel desiderare. z respicit hoc verbū honorare p motibus interioribus quibus ꝓprie honoratur deus. Sed si verbū volēdi respiciat honorē in generali vt teneatur p motu singulari quo aliqs vult honorare deū in generali. tale velle est mot⁹ virtutis que habet generale imperiuz supia virtutes. scz fidei vel caritatis quo aliquis ꝓponit honorare deū siue eligit per discretionem vt per illud veniat ad summū bonū sed scām q velle accipitur p appetere caritatis est tantū desiderantis istud in ratione boni. consimili modo oportet dicere de eo quod est velle facere. opera virtutis vel velle facere opus iusticie. scām q velle cadit super tale volitū generale. q̄ commune est. tamen coartatū ad opera multarū virtutū. qm̄ tale velle est illius virtutis que habz generale imperiū super alias virtutes. s. fidei vel caritatis. vt dictū est. ¶ Ad tertio obiectū patz solutio. quoniā non quelibet virtus est latria. Ad auctoritatem tullij que dicit q religio est species iusticie. z ita lotria que idem q̄ religio est specialis virtus. Dicimus q latria secundū catholicum plus comprehendit q̄ religio scām philosophos qm̄ philosophi non attingerunt fidem vel sapientiam dei. vnde religio scām ipsos non comprehendit nisi reuerentiā quā debemus deo: z sacrificiū et orationem. z sic verum est q religio est specialis virtus non tamē latria ꝓpter hoc specialis virtus: quia plus comprehendit. ¶ Ad istud q̄ obijcitur q latria est reuerentia. bene concedim⁹ de quadam latria sed non de omni. Et similiter latria est sapientia: sed non omnis latria. Unde ex indiffinitis sit illa argumentatio. ¶ De hac autē ꝓpositione. Omnis idolatria inquantū idolatria est infidelis. Dicimus q dupler est. quoniam hec vox inquantum potest notare causam formalem. et sic falsa. Nō enim forma idolatre: sed idolatria est forma infidelis. s. infidelitas. vel potest notare quasi concomitantiā ꝓprie dispositionis ad ꝓprium subiectum: et sic vera. sed ex hoc non seqtur q idolatra sit infidelis: sicut nō seq̄tur homo inquantū homo est risibile: nō tamē humanitas est risibilitas. vel sic. triangulus inquantū triangulus habet tres angulos. ⁊c. ergo triangulo est habitus t. a. ⁊c. ¶ Ad vltimo obiectum dicimus q hec est falsa. anima reuerentia mouetur immediate in deū non eni aīa per reuerentiā mouetur ī deum: sed potius a deo. Est eni reuerentia resilitio ab altitudine dei in ꝑpriam paruitatē sicut in apocalipsi dicitur. p̄cedebāt. xxiiij. seniores aīi sedentē in throno. ¶ Dicim⁹ ergo q latria nō est virtus theologica nec per illā mouetur immediate in deū ad min⁹ scām quattuor primas species. vtrum aūt oone moueatur in deū immediate. determinabitur qn̄ de oratione dicetur. dictū ab q fides est latria: z sapientia est latria. ¶ Sed contra. sicut caritas se habz ad opera bona exteriora sic fides z sapientia ad exteriores donationes veritatis. sed caritas non facit bona opera exteriora nisi mediāte alia virtute ergo fides z sapientia non faciunt donationes exteriores veritatis nisi mediante alia virtute. sed ꝓfessio exterior matestatis diuine est exterior donatio veritatis. g fides z sapientia non faciunt ꝑfiteri exterius matestatem diuinam cū hoc sit instruere ꝓmū opus

Ad tertiū.

Ad auctoritatem.

Contra pdicta ar.

Secundo.

est mle: non ergo fidei vel sapientie: est aūt opus latrie. ergo fides nō est latria: nec sapientia est latria. ¶ Solutio. Dupler est latria: scz interior et exterior. fides z sapientia sunt latria interior z nō exterior. vnde bene cōcedim⁹ q fides z sapientia non faciunt ꝓfiteri exteri⁹ matestatē diuinā nisi mediante alia virtute. s. latria exterior: et ex hoc non seqtur: g sapientia nō est latria. sed seq̄tur g

Latria exterior.

sapientia non latria exterior. Consistit aūt latria exterior in professione exteriori sūme potētie: sūmi dñi sūme bonitatis: z sic de aliis. sicut cantat ecclesia. Laudam⁹ te. z hoc est cōe ad laudē interiorem z exteriorē. benedicim⁹ te. i. bona dicimus de te. adoramus te. i. hūiliādo nos altitudini tue oramus te. glorificam⁹ te. i. ꝑfitemur te esse fontē omnium bonorum. et hec latria exterior alia est q̄ latria interior. qm̄ habet suam ꝓpriā difficultatez z suas circūstātias ꝑprias. Non eni semp z vbiq; ꝑfitenda est exterius diuina matestas neq; semp z vbiq; predicādū est. qm̄ vt dicit salo. ē tēpus loq̄ndi.

Iterum ar.

¶ Sed adhuc pōt videri alicui q latria sit specialis virt⁹. qm̄ diligere deū sup omnia est honorare deū. z id videt de motibus aliaq; virtutū: g honorare deū. est cōmune ad oēs motus oīm virtutū. z excedit: q; extēdit se ad apa consilij q̄ non sunt de necessitate mot⁹ virtutū. g ꝑ predicta latria est specialis virt⁹. ¶ Ad hoc soluēdū

Solutio.

est p interēptionē primę. q; hec est falsa ꝑprie loquēdo: diligere deū sup oia ē honorare deū. sicut hec est falsa. Magister verberās discipulū vt ipz esse subiectū sibi. non eni ꝑprie dicit ipm eē subiectum sibi: sed solo facto ostendit ita eē. Sīliter diligens deū sup oia non ꝑprie ꝑfitet vel honorat deum: sed ipso facto ostendit esse honorandū.

¶ De differentia latrie et dulie.

¶ Scda questio huius capituli.

Ueritur vtrū idē sit latria z dulia. videt q sic qm̄ idē est q amor dei z primi. sumpto amore p habitu: g a simili idē est honor quo honoratur de⁹ z quo honoratur proximus. sumpto honore p habitu. sed honor q̄ honoratur de⁹ est latria: honor quo honorat proximus est dulia. g idē est latria z dulia. ¶ Itē. qa in proximo nō diligitur nisi de⁹ aut similitudo dei propter hoc eadē est dilectio qua diligit de⁹ z ꝓximus. ergo eadē ratione: quia in proximo nō honoratur nisi deus vel similitudo dei. propter hoc idem dz esse honor quo honorat de⁹ z quo honoratur proximus: g vt ꝓ⁹. ¶ Itē. flectim⁹ genua ante crucifixū z flectim⁹ genua ante ꝑlatū: z eadē est genuflectio. saltē in specie. sz illa genuflectio ē honor quo honorat deus z quo honoratur ꝑlat⁹: ergo idē est honor in specie quo honorat de⁹ et q̄ honorat ꝑlatus: g idē est latria z dulia. ¶ Solu.

Af q sic.

Secundo.

Tertio.

Solutio ad primum. In honore de⁹ z primi nō est idem honoratum

Ad primū dicim⁹ q nō est simile. z hoc est q⁹ virtus aut est volūtas aut nō sine volūtate. vnde cū idem sit volitū ꝑprie amore dei z amore proximi scz deus eadē est dilectio dei z primi. Sed in honore dei z proximi non est idē ꝓprie honoratū. qm̄ in honore proximi ꝑprie honoratur primus qui est imago dei. licet honorē ꝓpter deū. Sz vt dicit Aug. in primo non diligit nisi deus. i. nō desiderat. ptz g q nō est simile: q; diligere deū nō est nisi velle sūmū bonū deo. diligere ꝑprie vel le summū bonū. primo. vñ idem est volitū in dilectione. ¶ Ad 3m dicim⁹ q hec est falsa. q; in primo nō diligit nisi de⁹ vt similitudo dei. ꝑpter hoc eadem est dilectio dei. ⁊c. sed q̄a in primo diligit tantum deus sed aliter est in honore: q̄a in proximo honoratur similitudo dei. ¶ Ad tertium dicimus q hec argumētatio non valz. Eadē est genuflectio que fit āte deū z que fit āte ꝑlatū. z genuflectio est honor: ergo idē est honor quo honorat deus z quo honorat ꝑlatus. z est fallacia accidentis. qm̄ iste terminus honor: sinponit genuflectionem in comparatiōe ad finē. et quia alio fine honoratur deus. alio proximus. conclusio est falsa. et sunt ad id ḡsi diuersa accidentia. s. diuersi fines

Ad 3m scām.

Ad tertiū.

Falsa accidentis.

Instantia.

Instantia. ¶ Itē idolatria est cultus deo debitus: idolo exhibitus. g idolatria est cultus deo debitus: sed ois cultus deo debit⁹ est latria. g idolatria ē latria. Solutio. Ad primum dicim⁹ q in genuflectione que fit āte deum z in ea que fit ante idolū sunt alique circūstantie eedē: sed non oēs: sicut eni ī datiōe elemosine videndum est cui dandū. z est quedā circūstantia hec. s. cui dandū. sic in honore qui est latria videndum est cui exhibendus est honor ille z hec circūstantia est in honore exhibēdo deo z non in honore exhibendo idolo. vnde nō sunt eedem circūstātie penitus hinc z inde. vnde idolatria non est latria. ¶ Ad secundū dicimus q hec argumētatio

Alr ꝑt dici.

Iterum ar.

Solutio ad primum.

Aduerte.

Ad scām.

non vz. licet videtur eē sillogistica. Dis cultꝰ deo debitus ē latria: ridolatria ē cultus deo debitꝰ. ḡ idolatria ē latria. qz in maiori ꝓpositōe iste ēminus cultus deo debitꝰ tenetur ꝓ indiuidualibꝰ cultibus qui deo debent: sed in minori nō tenetur ꝓ indiuidualibꝰ: nec ꝓ eisdē in numero. sed ꝓ specie vel ꝓ eisdē in specie. Est enī sensus. idolatria est cultus deo debitꝰ. i. cultus cui similis debetur deo. qz ergo difformiter sumit medium. vnde non valet argumentatio: z est fallacia accidentis.

Exponit illud dictū.

Ad tertiū. ¶Ad tertio obiectū dicimꝰ ꝙ nō ois interp̄tatio conuertit cū suo interp̄tato vt ꝓz hic trinitas ē trium vnitas z tn̄ aliqua trinitas non est triū vnitas. non tn̄ trinitas similiter in ꝓposito est.

¶De supbia. i. de honore quo honorāda ē caro xpi vel ipse xps. ¶Quarta q̄stio huiꝰca.

Queritur de honore q̄ est exhibēdꝰ excellentibus creaturis. s. hūanitati xpi z angelis. Et primo de honore q̄ angelis legitur in Apoca. ꝙ iohānes voluit adorare angelū z ā̄gelus dixit ei. Vide ne feceris: cōseruus enī tuꝰ sum z frater tuꝰ. ¶Sed obiicit. Aut iohānes voluit adorare ā̄gelū latria aut dulia. Si latria: ḡ peccauit mortaliter. si dulia: sed hoc erat bonū z meritoriū iohāni. Dicit ei auctoritas ꝙ ne mo arcendus est vel ꝓhibendꝰ a bono: sed potius ꝓmouendo in illo ḡ angelus nō debuit ꝓhibere Johāni ne ipm adoraret: ḡ peccauit ꝓhibēdo.

Arguitur.

Secūdo. ¶Item Greg. q̄m extranei eramꝰ a deo extranei os nos imputabāt ā̄geli. scz q̄m recognouimꝰ regē nostrum recognouerūt nos ā̄geli cōcives suos: z timet ā̄gelus adorari ab hūana natura quā videt in deo sublimatā. ¶Scz queritꝝ quo timore timet. aut timore pene aut timore sepatiōis/aut timore reuerentie. Non pene vel sepatiōis. q̄m angelus bene scit se nō posse separari a deo nec posse sentire penam. Sed timore reuerentie. hoc falsuz ē: qz reuerentia ꝓprie est resilitio ab altitudine dei vel alicuius maioris se in propriam quitatem. Scz humana natura nō ē maior ā̄gelica natura: ḡ ibi nō est hmōi resilitio ergo nec reuerētia: ḡ nec timor reuerentie. ¶Si dicit ꝙ ꝓpter hoc est isti reuerentia: quia angelus ꝓfitetur dignitatē hūane nature dicendo: cōseruus tuꝰ sum. sed hmōi profession non est timor: ḡ hec est falsa. angelus timet adorare. ꝛc. ¶Solutio. Ad primū dicimus ꝙ Jhānes voluit adorare angelum dulia et bene meritorie. nec dicimꝰ ꝙ angelus ꝓhibuit ipm: qz forte nō habebat potestatem ꝓhibendi istud Johāni: scz monuit ipsum nec adorare se. z hoc fecit causa hūilitatis: z in hoc non peccauit. ¶Ad ām pōt solui dupliciter: quia pōt dici ꝙ ā̄gelus timet adorari ab hūana natura timore reuerentie. z est ibi resilitio ab altitudine ꝑsumptiōis: nō q̄ sit in angulo vel q̄ esset si ꝓmitteret se adorari. Scz q̄ possent videri eē in ipo si permitteret se adorari. vel pōt dici ꝙ ibi est resilitio ab altitudine dei qua angelꝰ videns deum hūanum resilit ab altitudine dei habenti. et ꝓpter hoc timet adorari ab hūana natura. ¶Postea queritur qua adoratione adoranda est caro xpi. vtrū latria an dulia. ꝓbatur ꝙ latria: qz Joh. damas. dicit. vnꝰ est xps deꝰ z hō qui cum ꝑe z spūsctō adorādus est cū incōtaminata carne sua. scz pater z spūsctūs non sunt adorādi ni si latria: ḡ xps cū incōtamiata carne sua adorādꝰ est latria: ḡ incomminata caro xpi adorāda est latria. z ꝙ ita sit ipe Joh. Da. exprimit dicēs. nō di co illa adoratione qua adorātur creature: sed qua adoratur deus ergo incōtaminata caro xpi adoranda est adoratione qua adorat deꝰ. z ita adorāda est latria. ¶Itē. ipse ponit tale simile. timeo tangere carbonē ꝓpter carboni vnitū ignē: ḡ cum idem sit timor quo timeo tangere carbonē z igne vnitum z idē debet esse honor quo honorāduz est verbum z caro vnita ei. sed verbū adorādū est latria: ḡ et caro xpi. ¶Itē Aug. dicit ꝙ periculum mortis incurrit quicūq; regalē purpurā z dyademā regale non adorauerit. z loqtur ām consuetudinem quarūdā religionū in qbus rex adorat q̄ habet circa se regalia insignia. z cōstat ꝙ eodē honore quo honoratur rex honorat purpura. etiam regale dyadema: ergo eadē ratiōe periculū mortis incurrit quicūq; carnem xpi vnitā filio dei que est sicut regalia insignia non adorauerit eodē honore quo honoratur vel adoratur filius dei: ḡ caro christi adoranda est latria. Si ꝓceditur. ¶Cōtra. Dns loquens de sua ꝓpria carne dixit in euāgelio. Spūs est q̄ viuificat. caro non ꝓdest quicq; ergo nō est adoranda latria. ¶Item. caro christi est tantum creatura: ergo nō est adoranda latria.

Af inq̄sitiue.

Euasio.

Solutio.

Ad primū.

Ad scōm.

Alr ꝑt dici

q̄stio icidēs

Af ꝙ latria

Ad damas.

Ad aliud.

Tertio per augustinū.

In oppm.

Secundo.

Supplex dulia.

¶Solutio. Sup hoc sunt due opiones vna que dicit ꝙ caro christi est adoranda latria. alia dicit ꝙ dulia. Iste due opiones possunt reduci ad cōcordiam vt illa que dicit ꝙ caro christi adoranda est latria loquat ꝙ accidens. Alia que dicit ꝙ dulia loquatur per se. Concedimꝰ enī ꝙ caro christi est adoranda tantū dulia per se: sed per accidens latria. Auctoritatem Damasceni sic exponimus. Christus cū patre z spiritu sancto est adorandus cum incontaminata carne sua. i. xpus existens in incontaminata carne sua adorandus est cū patre et spiritu sancto adoratione que est latria. ex hoc non sequitur ꝙ caro christi sit adoranda latria nisi per accidens. s. secundum ꝙ vnita est filio dei.

¶Ad istud q̄ obiicitur de carbone vnito igni dicimꝰ ꝙ bonū est simile si ignis sumit ibi vt substātia. q̄m si timeo tangere carbonē ꝓpter ignē vnitum carboni ꝓprie loq̄ndo timeo tāgere ignē. Similiter si adoro latria carnē xpi ꝓpter verbū vnitum ꝓprie loquēdo adoro verbū z non carnez xpi si autem carbo sit idē quod lignū ignituz vt ignis soluet in qualitatē istī: tunc nō est ita exp̄essum si mile: sed is est sensus. timeo tangere carbonē q̄a ignitus. similiter adoro carnem xpi latria: qz diuina est: z sic per accidens opz loqui. Concedimus igitur ꝙ loquēdo per se caro xpi adoranda est dulia tantū. ¶Scz notandū ꝙ duplex est dulia. vna que dicitur simplex dulia qua adorantur hoies. alia que dicitur cōperdulia quasi superior dulia: qua honoratur caro christi et crux christi. comperdulia qua adoratur caro christi: nichil aliud est q̄ professio: ꝙ caro christi est causa redemptionis nostre. q̄m in ipsa z per ipsaz redemit nos christus exponendo carnem suam passioni: z similiter

Comperdulia quid est.

profiteri ꝙ ipsa est viuificatrix aiarū. q̄m caro xpi quantū in se est confert gr̄am aut auget ꝓhabitam ei q̄ digne recipit eucharistiā. similiter cōperdulia qua adorat crux: nichil aliud est q̄ꝫ pfessio ꝙ in ipsa operatus est saluator mūdi salutē nr̄am ideo dicimꝰ ei. Salue crux ꝓciosa que in corpe christi dedicata es. ꝛc. z q̄m ista non possunt dici de alia creatura. ꝓpter hoc dz cōperdulia hmōi ꝓfessio de carne xpi z de cruce eiusdem.

¶Utrum aliquis per ignorantiā sine pctō potest exhibere latriā creature.

¶Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrum aliq̄s per ignorātiaz sine pctō pōt exhibere latriā creature. ponatur ꝙ alicui simplici appareat diabolus transfiguratus in figurā xpi cuz maxima claritate z aliis dispositiōibꝰ per quas potest credi christus z dicat illi simplici. Ego sum xps z ipse credat et z adoret ipm latria. querit vtruz peccet mortaliter. ¶Videt ꝙ sic: qz exhibz pure creature cultū soli deo debitū. ḡ facit contra ꝓceptuz dei. ḡ peccat mortaliter. ¶Itez si aliq̄s simpler credens fornicatiōnē nō eē pctm̄ mortale fornicetur peccat mortaliter fornicādo. qz ignorās ignorabitur hoc bz locū marie in his q̄ sunt ꝓtra ꝓceptuz dei. eadē rōne cū iste faciat ꝓtra ꝓceptū dei licet: ignorāter pec. mor. ¶Itē q̄ amat creaturā amore q̄ debetur soli deo pec. mor. sicut ille q̄ diligit creaturā ꝓpter se z super oia. ḡ q̄ honorat creaturam puram honore q̄ debet soli deo peccet mortaliter: ḡ iste qui adorat diabolū latria. pec. mor.

Alr ꝙ sic.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

¶Preterea. si nō pec. mor. sed excusatur p ignorantiā. eadē rōne. si pctpit ei diabolus sic transfiguratus ꝙ imolet ei filiū suū nō peccabit imolando: qa excusabit ꝙ eadē ignorātia. Scz ꝓtra. Iste interficit filiū suū sine ꝓcepto dei: imo ad ꝓceptū diaboli. ḡ pec. mortaliter. Eadē rōne peccat mortaliter adorādo diabolū latria. ¶Si ꝓceditur. ꝓbetur ꝙ nō pec. mor. qa iste nō intēdit adorare nisi xp̄m z non adorat nisi quē intēdit adorare: ḡ nō adorat nisi xp̄m: ḡ nō peccat. ¶Itez. si aliq̄s det elemosinā histrioni credēs illū eē p auperē nō peccat: tn̄ pctm̄ ē dare histrioni. excusat ꝙ ignorātiā z iudicat ām intētionē vn̄ non solū nō peccat: sed etiam meret. ḡ a simi. Iste simpler adorādo aliquē quem credit eē xp̄m iudicādus est ām intentionē et ita non peccat. ¶Itē Aug. dicit. Si aliq̄s cognoscit non suā credēs esse suā adhibita diligētia quaz pōt z debz non peccat: ḡ eadē rōne Iste simpler adorādo istū quē credit eē xp̄m cū adhibeat diligētiā quā pōt z dz nō peccat. ¶Itē. illa ignorantia est inuincibilis. nō enī iste simpler pōt scire per se vtrū iste sit xps vel diabol⁹. sicut dns dicit ad Job. Nunqd reuelabis faciē vestimēti ei⁹. i. diaboli. q. d. non sz ego. Si ignorātia iuincibilis excusat a totoꝝ ḡ per talē ignorātiā inuincibilē excusatur iste a pctō. ḡ nō peccat. ¶Itē si sacerdos discret⁹ offerret simplicē hostiaz dicēs esse corp⁹ xp̄i iste crederet hoc esse corp⁹ xp̄i sine pctō: et in hac fide māducaret. Scz Aug. dicit ꝙ nullus māducat corp⁹ xp̄i nisi ꝓius adoret: ḡ iste adoraret simplicē hostiā quā crederet eē corpus xp̄i z sine pctō adoraret. ergo eadem ratione iste nō peccat istuz adorādo quē credit eē xp̄m. ¶Solu. Latria non dz exhiberi nisi ām regulā fidei. vñ mēsurari debz ām simbolū fidei vt nullus adoret latria nisi habeat illas ꝓditiones q̄ sunt i simbolo. s. paternitatez z oīpotentiā: z consimiles. z hoc est qd dr i euāge. Estote prudētes sicut serpētes. i. habeat serpentinā prudentiā. Serpētes totū reliquū corpus exponūt vt caput seruet illesuz. Sitter z nos caput. i. fidē que dz regere oēs opatiōes nras debemus seruare illesam. Cū igit aliq̄s habz discretionem spūum pōt adorare aliquē determinate q̄ ei apparet. sicut abrahā qui tres vidit z vnū adorauit. sed q̄n non hz discretionē spūum z nescit de illo qui apparet et an sit xp̄us nō dz adorare ipm determinate: scz sub hac ꝓditione si est xps. vñ debet dicere. Adoro te si es xps. vel dz dicere Adoro te sed non diabolū. Sicut btūs Tho. dixit. q̄n fuit adductꝰ añ idolū. Adoro scz nō idolū. Adoro sed non simulachrum. Si igit iste simpler intēdat actu tn̄ adorare xp̄m nō peccat: scz si intēdat actu adorare istū q̄ ei apparet peccat morta. ¶Scōz hoc ad primo obiectū dicimꝰ ꝙ hec est falsa. Iste non intendit adorare nisi xp̄m: imo intēdit adorare istum. ¶Ad scōo obiectū de histrione dicimus ꝙ non est simile: quia nō est prohibitū simpliciter dare histrioni. q̄m possum dare histrioni q̄e scio esse histrionem z meritorie: non qz histrio sed quia indigens. Sed simpliciter ꝓhibitū est exhibere latriā pure creature. Unde nō est simile: qa non est simpliciter ꝓhibitū dare histrioni: sed tn̄ in ꝯtum histrio. ¶Ad tertiū obiectū dicimus ꝙ non est simile. q̄m in cōcubitu aliene sufficit adhibere diligentiā que solet adhiberi a maritis. z ām diuersas consuetudinis diuersa diligētia adhibēda est. Sed in exhibitione latrie non est nisi vnica diligentia. s. diligentia fidei: z illam non adhibet iste. sicut patet ꝑ predicta. ¶Ad quartū dicimꝰ ꝙ ignorātia illa inuincibilis est isti ꝯtuz in se est. sed vincibilis est ꝯtū ad auxiliū dei. q̄m si iste facit qđ in se est dns docebit ipm. vel pōt dici ꝙ inuincibilis est ꝯtum ad dissolutionē. scz vincibilis ꝯtum ad euasionē. q̄m pōt euadere sic. Adoro te si tu es xps. ¶Ad vltimū soluit ꝑ interēptionē q̄m iste non debet credere simpliciter corpus xp̄i esse sub hac forma: sed debet credere corpꝰ xp̄i eē sub hac forma si rite facta est consecratio. Potest enim decipi sacerdos qui porrigit simplicē hostiā credens istī esse corpus christi. vnde iste non debz credere sub hac forma: esse corpus xp̄i nisi sub conditione predicta. ¶Item. dicitur in quarto sentētiarum ꝙ si aliquis credat alicui heretico predicāti sub nomine Augustini vel Hieronymi nō dicitur credere heretico: scz Aug. vel Hieron. ergo eadem ratione si aliq̄s adoret diabolū trāsfiguratum in spē xp̄i z dicentē se esse xp̄m non debet dici adorare diabolum sic transfiguratum: z sic asserētem et dictum est ꝙ peccat. ¶Ad hoc dicunt feōmunis. omnes ꝙ auctoritas illa intelligēda est in vno casu scz quando hereticus decepꝰ ꝓdicat vez qđ credit esse contra ecclesiā: sicut si predicet filium esse equalem patri credens hoc esse contra eccle-

Solutio.

Expō illi⁹ euāgelici.

nō opz adorare determinate spm̄ scz sub ꝓditiōe

Ad primū.

Ad scōm.

Ad tertiū.

Ad q̄rtum.

Alr ꝑt dici.

Ad vltimū.

Iterum ar.

Solutio cō

ꝓtra hoc af

ſſam in hoc caſu ſi qs credat heretico p̄dicāti ſub noīe Auguſtini non peccat. ¶ Sed contra. ponatur ꝙ hereticus predicet aliquid de deo ⁊ iſte cui predicat conſentit ei ⁊ aſſerit iſtud quod heretic⁹ predicat. qđ tñ non eſt certū p̄ ſint hereſim q̄ non dicit niſi verū: neq; per fidē neq; p̄ ſacram ſcripturam. videtur ꝙ iſte conſentiēs ſiue vero ſiue falſo conſētiat peccat mortaliter. qm̄ aſſerit aliquid de deo quod nō eſt ei certū p̄ ſint hereſiz. nec per fidē nec per ſacrā ſcripturā. ergo preſumit: qm̄ nichil eſt aſſerendum de deo humana auctoritate. ergo peccat mortaliter: ſiue verū predicet hereticus ſiue falſum ⁊ ſiue predicet contra eccl̄iam: ſiue non ergo nec in predicto caſu vera eſt illa auctoritas: niſi iſtud quod p̄dicat hereticus certū ſit aliquo caſu trū p̄dictorum modoruz nec etiā falſa eſt in omni alio caſu ſi iſtud qđ predicat ſit certū aliq̄ trum p̄dictorum modorū. ¶ Itē. ponatur ꝙ chriſtus appareat iſti ſub ſpecie chriſti et dicat ſe eſſe xp̄m. et iſte credat ⁊ adoret ipſum: querit vtrum peccet. videtur ꝙ non: qm̄ adorat chriſtum tantū

ɋſtio icidēs

adoratione iſta que debetur chriſto. ergo nō peccat adorādo. ¶ Contra. ponatur ꝙ aliꝫ appareat diabolus in ſpē xp̄i penitus ſub oīb⁹ eiſdez ſignis ſub quib⁹ apparet xp̄s ⁊ dicat diabolus ſe eē chriſtum: ⁊ ille credat et adoret ipſum. conſtat ꝙ ipſe peccet mortaliter adorando diabolum: quia ignorat eum qui ei apparet eſſe chriſtum. qm̄ iſtuz eſſe chriſtum eſt falſum peccat aūt qa non adhibet diligentiam quā poteſt ⁊ debet: quia in peccatoꝛ vbi eſt ignorantia facti iudicandū eſt peccatum ſcōz intentionem ⁊ diligentiā: immo negligentiā. Stik ter iſte cui apparet chriſt⁹ ignorat iſtum eſſe chriſtum. quoniā ſigna non certificant ipſuz: quia ſub oīb⁹ eiſdem ſignis apparet diabolus aliꝫ: ergo cum illē nō certificek̄ per illa ſigna nec iſte per eadem ſigna: ergo iſti duo cōmunicant ignorantia. nec iſte qui adorat xp̄m adhibet maiorem diligentiam. Sit ita: ergo cum equales ſint diligētie vel potius negligentie equaliter peccant: qm̄ peccata vbi eſt ignorantia iudicantur ſecundū negligētiam ⁊ intentionem. ſed vnus peccat mortaliter: ergo et reliquus. Si dicit ꝙ veritas excuſat iſtum qui adorat xp̄m. pbatur ꝙ non. qm̄ ſi ſint duo quorum vnus cognoſcat ſuā alius non ſuam ⁊ neuter adhibeat diligentiā quā pōt ⁊ debz ad ſciendū an ſit ſua peccant equaliter. nec excuſak̄ q̄ cognoſcit ſuam. ḡ eadē rōne. iſti duo quoꝝ vn⁹ adorat xp̄m et alius diabolū peccāt equaliter. Si conceditur

ꝓtra hoc aſ ꝑ ſolutione notandum. Quiꝝ ſunt vie qb⁹ ali q̄d de deo aſſerit.

¶ Contra. vn⁹ eſt idolatra in facto ſuo. ali⁹ nō: ḡ non equaliter peccant illis factis. ¶ Ad eundēti am ſolutionis iſtorum notandum ꝙ q̄nq; ſunt vie in quib⁹ aliq̄d aſſerit de deo. Prima ē p ſint hereſim. ſint hereſis enī dicta ꝙ vn⁹ ē de⁹ retributor bonoꝝ et punitor malorū. Scōa via eſt per fidē. quia per fidē aſſerim⁹ deū eſſe trinū ⁊ vnū. ⁊ multa alia. Tertia via eſt per ſacrā ſcripturā qm̄ creditur ꝙ ſacra ſcriptura a deo ſit. ⁊ propter hoc de deo aſſerimus qđ in ſacra ſcriptura traditū habemus. Quarta via eſt p fantaſiā. i. p rationes naturales. pbabiles per quas aſſerim⁹ aliq̄d de deo. ⁊ ille q̄nq; vere ſunt q̄nq; falſe. Non enī ita ſe habet ſemp in deo ſicut in naturalib⁹. Propter hoc via iſta dr̄ per fantaſiā: qa fantaſia q̄nq; vera q̄nq; falſa. Quinta via eſt p exteriorē p̄dicationē vel miracula. qm̄ per predicationē quā audim⁹ aſſerim⁹ aliquid de deo Sz quarta ⁊ q̄nta via ſimiles ſunt. qm̄ non ē eis intendū nec p̄ſentiēdū niſi firmita tē habeāt. vel a ſint hereſi vel a fidev̄la ſacra ſcriptura. Qui enī per naturales rōnes aliq̄d aſſerit de deo quod nō eſt ei certū: nec p ſint hereſim nec per fidē nec per ſacrā ſcripturam peccat mortaliter: quia p̄ſumit. ſb̄uano ei ingenio aſſerere aliq̄d de deo preſumptio eſt. Similiter ſi p exteriorem predicationē aſſerit de deo aliq̄d qđ non eſt certū ei per ſindereſiz nec per fidē nec per ſacrā ſcripturam peccat mortaliter. Iſtud habet locū euāgelij. Si cecus cecū ducat ambo in foueā cadūt. et iſtud Apoſtol⁹ probat. Spiritus ſi ex deo ſunt. et iſtud. Si qs vobis aliud predicauerit anathema ſit. ¶ Ad primū dicim⁹ ꝙ hereticus p̄dicet aliq̄d de deo qđ ſit certū p ſint hereſiz vel fidē. ⁊c. credē dum eſt ei. ⁊ in hoc caſu intelligit auctoritas illa: aliter non eſt credēdū ei. Ad iſtud qđ obijcit de illo qui adorat xp̄m dicim⁹ ꝙ poſſitio ipoſſibilis eſt qm̄ impoſſibile eſt ꝙ xp̄us q̄ eſt illuminator cordium appareat alicui quin p illuminationē aliquaz interiorē manifeſtet aduentū ſuū. ſed ſi ita contingeret ꝙ xp̄s appareret alicui p̄ciſe ſub eiſdē ſignis ſub quibus diabolus appareret alij. dicim⁹ ꝙ nō deberet adorare ip̄m ſimpliciter: ſed ſub conditione ſic. Si tu es xp̄s adoro te. ⁊ ſi adoraret ip̄m ſimpliciter peccaret mortaliter. nec valet hec argumētatio. Iſte eſt idolatra facto ſuo. ille non: ḡ nō peccant equaliter. Sicut iſta non valet hec actio eſt adulteriuz. illa eſt ſimplex fornicatio. ergo nō ſunt equalia pctā. ⁊ ptz inſtātia in duob⁹ quorum vterq; intendit cognoſcere alienā ⁊ alter cognoſcit alienā coniugatā. reliquꝰ aūt ſolutā. ¶ Sed cōtra p̄dicta obijcitur. ponak̄ ꝙ ſimplex laicus q̄ nec fidem formatā nec fidē informatam habz nec vnq; aliq̄d nouit de deo audiat p̄latū ſuū p̄dicātem equalitatē perſonarū ⁊ credat p̄dicationi p̄lati aſſerendo equalitatē p̄ſonarū q̄ nō eſt ei certa: nec p ſint hereſiz nec p fidē nec p ſacrā ſcripturā. Videk̄ ꝙ iſte nō peccet. qz de⁹ dixit in euangelio. Que dicū t facite: ḡ iſte tenek̄ facere qđ ſu⁹ p̄lat⁹ dixit: ḡ ⁊ credere. Dñs etiā dicit. ſi nō veniſſem et eis locut⁹ non fuiſſez pctm̄ non haberēt ¶ Preterea. minores iudei qui legē non nouerāt tenebantur credere xp̄o p̄dicanti illis Similiter gentiles tenebātur credere p̄dicationi apl̄oruz. pari ratione. iſte ſimpliciter tenetur credere p̄dicationi ſui prelati ⁊ credit. ergo nō peccat. ¶ Cōtra. Aſſerit aliquid de deo non p ſindereſim. non p fidē. nō p ſacram ſcripturā: ḡ peccat mortaliter ſcōm p̄dicta. ¶ Preterea. ſup illud ad gala. cōcet aūt is q̄ ca theſizatur ꝙbo et qui ca. ſe. i. o. b. dicit aūt vt lex ſit dur et⁹ nō hō. cū ḡ lex nō ducat iſtū: ſz hō: qm̄ inuititur ſenſui hois peccat mortalit̄. ¶ Forte dicit ꝙ veritas que p̄dicak̄ ⁊ cui ipe cōſentit facit ꝙ nō peccat. Cōtra. ponak̄ ꝙ nepos abrahe q̄ fuit circuncis⁹ aſſeruerit ꝙ de⁹ nō fiet hō ⁊ nō peccauerit alio pctō. ⁊ ſic decedat. Cōſtat ꝙ dānatur. qm̄ aſſe

Af ꝙ non.

In oppm̄.

Contra hoc af

Solutio.

Ad rōnem.

Tertio per ambroſium

Bonū documentum.

Af ꝙ prim⁹ Ad idē per auguſtinū.

In oppm̄.

Secundo.

Tertio.

ruit cōtrariuz articulo fidei obligāti. et poſſibile fuit ꝙ xp̄s nō incarnarek̄. ponatur. Inde ſic. Iſte dānatus ē: ergo neceſſariū eſt iſtū fuiſſe dānatū: ergo neceſſariū eſt iſtū peccaſſe. nō niſi quia preſumit aſſerere aliquid de deo auctoritate ſua: licz iſtud quod aſſerit fuerit verū. ergo veritas nō excuſat iſtū a peccato. ergo ſimiliter nec iſtū ſimplicem in predicto caſu excuſabit veritas eius quod aſſerit quin peccet mortaliter. ergo peccat mortaliter. qđ concedimus. ¶ Dicimus tamē ꝙ tenetur credere prelato ſuo ſed nō debet ſequi ſenſum humanū: ſed auctoritatē dei. dicit eñ bt̄us Gregorius. Fruſtra laborat exterius: niſi o. i. gratia ſaluatoris. ¶ Dicimus ergo ꝙ hec argumētatio nō valet. tenetur credere p̄lato ⁊ credit. ergo non pec. ⁊ hoc ideo qm̄ nō credit eo modo quo debet. qz ſequitur ſenſū humanū ⁊ nō auctoritatē dei. ⁊ ē ſimile: demōſtrat⁹ iudeis qui ex cupiditate aſportauerūt vaſa egiptioꝝ ⁊ ipi aſportant. ergo non peccant. nō ſequitur: qm̄ ipi aſportant nō eo modo quo debent: qm̄ nō erat eis p̄ceptū ꝙ ipi aſportarēt ex cupiditate. ex hoc patet ꝙ nullus tenebitur credere vł̄ p̄ſentire antichriſto licet faciat miracula: qz miraculis nō eſt aſſentiendū: ſed vtendum erit documēto beati Jacobi dicētis. Si qs indiget ſapiēcia poſtulet a deo qui dat omnibus ſapientiā affluenter. ex hoc patet ꝙ ille qui adorat chriſtū negligenter apparentē in eadē forma in qua diabolus apparet trāſfiguratus. ſi adoret eū propter indicia que videt in eo qui loquitur ei peccat mortaliter: niſi habuerit diſcretionē ſpiritū. vł̄ xp̄s: ſicut ſemp facit qñ ſolet apparere ali quod certū indiciū ſui dederit aduentus: qm̄ nō ē poſſibile ꝙ aliter appareat ſicut dictum eſt.

¶ De magnitudine peccati idolatrie.

¶ Ultima queſtio huius capituli.

Sic obijcitur. Sint hic duo quoꝝ vnus adorat idolū quod credit eſſe deū. alius contēnit adorare iſtud licet credat ipſū eſſe deū. ¶ Queritur vtrū magis peccet videtur ꝙ primus quia eſt idolatra. ſcōs nō. ergo primus magis peccat. ¶ Itē. Aug. dicit ꝙ idolatria eſt maximū pctm̄: quo dimiſſo oia dimittūtur: quo retento oia retinētur. primus igit peccat maximo peccato. ſecund⁹ nō. ergo prim⁹ magis peccat. ¶ Contra. primus peccat ex ignorātia ⁊ cōſciētia dictante ꝙ debet adorare. ſcōs ex cōtemptu peccat ⁊ cōtra cōſcientiā. ḡ ſcōs magz peccat q̄ prim⁹. ¶ Itē. ſi aliquis honorē debitū regi exhibet alicui de militib⁹ regis credens illū eſſe regē. ali⁹ vero eidē conēneret exhibere honorem regiū. credens tamen ꝙ ipſe eſſet rex. conſtat ꝙ factū ſecūdi plus diſpliceret regi: q̄ factū primi. pari ratione. plus diſplicet cōtēptus illi⁹ qui credit creaturā dei eſſe: ⁊ cōtempnit adorare illam q̄ adoratio illius qui adorat eandē credulitate: ergo ſcōs magis peccat q̄ prim⁹. ¶ Itē. videtur ꝙ idolatria nō ſit pctm̄. qz ſi aliquis honorē regium exhibeat alicui militi de quo credit vehementer ꝙ ſit rex nō diſplicet regi. imo placet: qa reputat factū ſibi: ergo pari ratiōe. ſi aliquis honorē deo debitū exhibeat creature de qua credit vehemēter ꝙ ſit deus nō diſplicebit deo: imo placebit. qa qđ ſit talis creature reputabit factū ſibi ſed hoc eſt idolatria: ergo idolatria placet deo: ḡ non eſt pctm̄. ¶ Solutio. Dicimus in caſu ꝓpoſito ꝙ ſecūdus magis peccat. qm̄ per cōtentū peccat cōtra caritatē. maius aūt peccatū eſt quod ē directe cōtra caritatē q̄ illud qđ eſt directe contra fidē. qz caritas eſt magis cōiūcta deo q̄ fides ⁊ magis delectamur per caritatē q̄ per fidē. licet fides generet caritatem. ¶ Per hoc patet ꝙ hec argumētatio nō valet. Primus peccat pctō idolatrie ſcōs nō ergo primus magis peccat. ¶ Ad iſtud dicimus ꝙ idolatria dr̄ maximū pctm̄: qz eſt periculoſiſſimū. ſicut dicitur grauiſſime peccās: qz ignoras. i. periculoſiſſime. ⁊ propter hoc: qz ſicut fides eſt origo aliarū virtutū: ita peccatū infidelitatis ⁊ quaſi ſeminariū alioꝝ pctoꝝ. vnde illo retēto alia retinētur. ⁊ eo dimiſſo alia dimittūtur. Plenarie aūt non dimittit pctm̄ infidelitatz niſi per verā fidē q̄ mūdat corda. ⁊ ita pctō infidelitatis dimiſſo plene oia dimittūtur. ¶ Ad hoc quod obijcitur ꝙ videk̄ idolatria nō eſſe peccatū. Dicimus ꝙ nō eſt ſimile de honore regis ⁊ de honore dei qm̄ honor regis terreni eſt eiuſdē ſpeciei cū honore exhibendo ſimplici militi vnde p̄t exhiberi militi ſimplici ſine periculo. Sz honor debitus deo eſt alterius ſpeciei prorſus q̄ ſit honor creature debitus. ⁊ ꝓpter hoc ſi exhibeāt creature diſplicet deo qui pluries dicit in Iſa. Gloriaz meā alteri non dabo. Vult eñ dñs ꝙ ei ſoli inhereamus p amorē: ⁊ in eo ſolo delectemur. ⁊ ita patet ꝙ non eſt ſimile. exhibere etiā latriā creature ſcōm ſe ē peccatū. qm̄ peccare eſt ſpreto incōmutabili bono rebus cōmutabilibus adherere.

¶ De oratione. ¶ Quintū capitulum.

Dicto de latria ſcōm ꝙ eſt reuerentia ſiue potius proteſtatio maieſtatz diuine. dicendū eſt de oratione que eſt ſpecies latrie large. ſūpto hoc noīe latria ſcōm ꝙ eſt cultus. Primo. vtrū oratio ſit virt⁹ ſpecialis. Scōo. quomodo ſit ſpecies ſatiſfactionis. Tertio. que et quot exiguūtur ad hoc ꝙ oratio ſit efficax ad merendū. Quarto de petitione pauli qua petiſt ſtimulum ammoueri a ſe. Quinto ⁊ vltimo de petitione temporalium.

¶ De oratione et ꝙ ſit ſpecialis virtus.

¶ Prima queſtio huius capituli.

apostoli gaudebāt de contumelijs passionū ergo gaudendū erat sanctis de passionibꝰ. ¶ Ad idez inuitat Apl̄us dicens. Fratres gaudete: q̄a nō solum datū est vobis vt credatis in cū: sed vt patiamini ꝓ eo. ergo si martires et Apl̄i gaudebant de passionibus suis z non est gaudendus de tpali ergo passiōes sanctorū erāt spūales: ergo vel virtutes vel opera virtutū: sed non virtutes: q̄ opera virtutū. ergo meritorie. ¶ Jtē. sancti meruerunt aureolā in martirio: ergo vel voluntate patiendi vel passione. qm̄ nō est aliud inuenire in martirio sed non voluntate patiendi cum illā valuntatem haberent ante martiriū. nec tamē merebātur aureolam: q̄ passione. sed si passiōe meruerūt aureolam: ergo z aureā fortiori ratione. ergo passiones sanctorū z meritorie fuerūt vite eterne. ¶ Jtē. passiones ille volūtarie erāt nā si non vellēt non paterent: ergo cū circa volūtariū z inuolūtariuz sit laus vel vituperiū ille passiones erāt laudabiles vel vituperabiles. z nō vituperabiles: q̄ laudabiles q̄ erant virtutes vel opa virtutū. z inde vt prius ¶ Item. tā actiones aie spūales q̄s passiones meritorie sunt. sicut amor. spes gaudiū. q̄ pari ratione actiones corpales z passiōes meritorie sunt ¶ Forte dicet q̄ non est sic. q; passiōes aie subiacent libero arbitrio: sed nō passiones corpis. Cō tra. aliqs peregrinādo laborat: z est ille labor voluntarius z subiacet libero arbitrio cuius sit corpalis. ergo eadē ratione labor passionis quā patitur aliquis ꝓ xpo subiacet voluntati. ¶ Solutio. Cōmuniter dicit q̄ passiōes sanctorū nō sunt meritorie vite eterne. tñ faciunt dignuz vita eterna. et hoc ideo: q; ab extrinseco inferūtur. vñ nō subiacent libero arbitrio. ¶ Sed cōtra. Solū pctm facit dignū pena eterna: q̄ sola virtus facit dignū vita eterna ꝓ locū a contrarijs. sed passio corpalis non est virtus: q̄ non facit dignum vita eterna ¶ Preterea. diabolꝰ in mēbris suis inferebat sanctis hmōi passionē: q̄ passio sanctoꝝ erat opꝰ diaboli: ergo non faciebat sctōs dignos vita eterna. ¶ Solu. Dicimꝰ q̄ loquēdo ꝓprie passiōes sanctorū nō sunt meritorie nec faciūt dignū vita eterna: q; q̄uis subiaceāt quodāmodo libero arbitrio quia si vellent negare xpm non paterentur. tamē non sunt ex libero arbitrio tāq̄s opus eiꝰ: immo a causa extrinseca z corruptibilitate corpis ꝓcedūt ¶ Ad primū igit dicimꝰ q̄ mors sctōrū dī ꝓciosa in conspectu dñi ratiōe sustinētie cui passio est annexa. qm̄ freq̄nter attribuit passioni qđ ptinet ad motū cui passio est ānexa. ¶ Ad scd̄m dicimꝰ q̄ ideo gaudendū est sanctis de suis passiōibꝰ: q̄ vi tam eternā merētur in patiēdo. nō ex passiōe: sed ex sustinētia passionū. vñ rōne motꝰ cui passiones sunt annexe gaudent sancti. z etiā ꝓpter vtilitatē quā ꝓparāt in patiēdo: q; necessariū est q̄ caritas in martirio augeat. Debet etiā martiribꝰ aureola. qm̄ per martiriū multiplicat corona martiruz vnde in deuterono. penultimo. Sācti dicunt suggere thesauros absconditos herenarū. ¶ Ad tertiū dicimꝰ q̄ martir meret aureolā volūtate patiendi z non ipa passione. Sed distinguēda est duplex voluntas. s. ꝓcedens passionē z cōcomitans voluntate precia nō meret sctūs aureolā: sed voluntate concomitāte meret. qm̄ efficatior est volūtas ꝓcomitās z strennuior ꝓpter opis excellētiā et priuilegiū. vñ aliqd meret q̄ prius non meretur. sāte passionē. sicut ꝓdicator in actu predicationis meretur aureolā quā tamē non mereret si non ꝓdicaret. z hoc ꝓpter excellētiā z priuilegium passiōis. ¶ Ad quartū dicimꝰ q̄ passio corpalis non subiacet libero arbitrio ita q̄ sit opꝰ liberi arbitrij. z ꝓpter hoc nō est meritoria. vñ etiā de labore pegrinatiōis dicimꝰ q̄ non est opus liberi arbitrij: licz subiacet si c libero arbitrio q̄ si vellet non sustineret hūc laborē: imo corruptio corpis causa est illi⁹. Qñ ex quo pegrinat aliqs velit nolit patit laborē vie ¶ Ad vltimū dicimꝰ q̄ duplex est passio aie: q; quedā ita est passio q̄ etiā actio ē siue agēs. sicut amor dei et hmōi q̄ illate sunt z inferentes. illate q̄dā a deo z inferētes aie delectationē z iocūditatē. z tales passiōes meritorie sūt suis motibꝰ. nō ꝫm rationē passiōis: sed per modū agendi. sunt alie passiōes q̄ pure passiones sunt. vt suauitas ꝓscientie: iocūditas mētis. z similis Tales autē nō sunt meritorie: q; z si subiaceāt libero arbitrio: non tñ sunt opus liberi arbitrij: imo dulcedo dei est causa illarū: sicut dulcedo generata ex gustu mellis: non est a gustu: sed a melle. Si q̄ intelligatur hec ꝓpositio passiones aie meritorie sunt de passionibꝰ que naturā actiōis habent vera est ꝓpositio in hoc sensu: z nō est sic de passionibus corpis. si aūt de puris passionibꝰ q̄ ita sunt passiōes q̄ nō habēt aliquā naturā actiōis falsa ē illa ꝓpositio: z sic ptz q̄ obiectio nō ꝓcedit ¶ Sz cōtra ꝓdicta sic obiicit. lucia dicit Si iuitā me violauerz: caritas michi duplicabit ad coronā. i. merito castitatis addet michi patiētie meritū. ꝓ quo duplicabit corona ponat igit q̄ alia virgo corrūpatur violēter. inde sic. illa virgo corrūpitur violenter z meret patiendo. sed non volūtate patiendi: q; patitur inuita. q; recusat z rebellat quātūcūq̄ potest ne violetur. ergo passio illa nō ꝓcedit ex voluntate sua. neq̄ subiacet libero arbitrio. q̄ inuita patitur. ¶ Cōtra. scit se pati. ergo scit deū velle pati: z in caritate est. q̄ conformat volūtatē suā voluntati dei. q̄ vult pati. non q̄ patitur inuita ¶ Ad hoc dicunt quidā q̄ in instāti in quo patit. patitur volūtarie. si ante fuit inuita. z ita volunta te patiendi meret z non passione. qđ q̄ dixit lucia Si inuitā me violaueris. refertur ad ꝓs ante: nō ad instans passionis ¶ Sed ꝓtra hāc solutionem obiicit. Eadē ē discretio oppositoꝝ vt dādi et nō dandi. q̄ eadē virtus. ergo sicut eadē virtus est in dare danda: z nō dare nō danda: siue retinere: eo dē modo etiā dē virtutꝫ erit substinere substinēda z non sustinere non substinenda siue recusare. q̄ cuz talis corruptio non sit sustinēda cū nō sit honesta vl vtilis reipuplice respuere talē corruptionē erit vsus patientie. q̄ sufferre illā nō est vsus patientie ergo virgo i caritate nū q̄s sustinebit illā passionē voluntarie. ¶ Solu. sicut ꝓpositiuꝰ distinxit que dā passiōes ꝫm naturā suā in turpē vergūt exituz sicut violēta corruptio virginitatꝫ violēta penaꝝ susceptio cū quis cogit adorare idola. alie autem

Tertio.
Quarto.
Quinto.
Sexto.
Euasio.
Contra hāc af
Solutio cōis
Contra hāc af
Secundo.
Solutio.
Ad ḡtum.
Ad vltimū.
Duplex antime passio.
Contra hāc af
Opinio alij
Ad rōnem.
Cōtra hāc
Solutionem
Solutio.
Solu. prēdā passiōes ꝫm naturā suā in turpē vergūt exituz positiui.

passiones sunt que ꝑm naturā suā honestatē inducunt vel vtilitatē. sicut flagellorū susceptio ꝓ fide xpi et passio mortis. Dicimus igitur cū ꝓpositū q patiētia ḫz duos vsus. Opinio doctoris.

patiētia ḫz duos vsus. ḫabet vsus. s. sufferre sufferenda z respuere respuenda. licet nō sint nomiata ꝑm alterū illorū. Unde concedim⁹ q in predicto casu non meretur sancta ex sufferentia passionis: sed ex recusatione z rebellione. z ita non ex volūtate patiēdi: sed ex volūtate non patiēdi meretur

Ad aliud.

¶ Ad istud qđ obiicit q tenet velle illā passionē cū sciat deū velle. Dicim⁹ q non tenebatur velle eā simpliciter: sed tm̄ qñ est. immo tenebat rebellare. ne scit in posterū cū scit inhonorata z turpis sicut si scio istū pauperē non ḫabere necessaria teneor velle q ḫabeat modo necessaria. nō tm̄ q ḫabeat simplr. De futuro enī nō est mihi certa volūtas vñ teneor velle ipm̄ ḫabere necessaria i posterū. Ex ꝑdictis ꝓz q passio nō sit meritoria ¶ Sz contra. Būs Petr⁹ dicit i prima canonica sua secūdo capitulo. Que est gra si peccantes colaphizati sufferetis. Et dicit glo. Que gra erit vobis cuz nichil ꝑpter hoc accipiet: g̃ sufferentia passiōis non est meritoria alicui⁹. ¶ Itē. in eadē epistola sup illum locū. Nemo vestrū patiat quasi homicida: aut fur. dicit interlineat. vbi nulla remūeratio expectat. Sed forsan initiū est pene. z ita videt q etiā sufferēdo passionē suspēdi non possit qs mereri

ꝓtra ista ar.

Secundo.

In ꝓtrariū

¶ Sed ꝓtra. Esto q aliqs ducat ad patibulū et iniungat ei sacerdos q sustineat penā suspēsionis z opprobrii in remissionē pctōrū. Constat q maiorē penitentiā nō posset ei iniungere: g̃ si ille sustineat illā satisfaciet sufficienter ꝓ pctis suis ergo statim euolabit: g̃ sufferētia passiōis est meritoria illi ¶ Itē. dexter latro in cruce meruit sustinētia crucis esse in regne. z indeyt prī⁹. Si cōcedit

Secundo.

In oppm̄.

¶ Cōtra. Iste fur velit nolit sustinet passionē. nō ergo meret sustinēdo. ¶ Preterea. illi q̃ sūt i purgatorio q̃ntus velint pati vt citi⁹ euolēt. tm̄ nō merentur: q̃ necessario sustinent penas ignis. g̃ cum multo minor sit pena mortis q̃ pēa purgatorii nō erit sustinētia illi⁹ pene meritoria: cū ex necessitate z velit z nolit patiat. ¶ Solu. Concedi pōt q talis sustinētia pene nō sit meritoria plene liberatiōis neq; valeat sustinēti. z hoc argumētū nō vz.

Solutio.

ꝑ hoc ad primum.

voluntarie sustinet penitentiam iniunctā z minor fuisset illi: g̃ meretur plenā liberationē. z hoc ideo: q̃ non sustinet volūtate libera: sed coacta. q̃ntus enī non possit cogi coactiōe sufficiēti. tamē pōt cogi coactiōe efficiēti.

Ad aliud.

¶ Ad aliud dicim⁹ q non est simile de latrone pendente cū dño: q̃ tāta fuit fides illius latronis z ptritio q suffecit ad plenam liberationē. presentia enī dñi multū contulit ꝑ posset tm̄ responderi ad auctoritatez beati Petri vt dicatur aliquis pati. sicut fur qñ ex pctō suo et pure patitur inuitus. z tūc reuera talis sufferētia non meretur remunerationē. ¶ Itē. sicut sustinētia passionum est meritoria vite. sic velle sustinere penam est satisfactoriū pene. Unde sic. velle sustinere penā ꝑm se est satisfactoriū: ergo magis velle sustinere penā magis est satisfactoriū. qđ patet esse falsum in duob⁹ sustinētibus penas eiusdem quantitatis. Sed vn⁹ vult sustinere penā ex maiori caritate. alius ex minori. Constat q ille qui ex maiori caritate sustinet magis vult illam penā sustinere: g̃ si predicta argumētatio teneret magis esset ei satisfactoria. qđ ptz esse falsum. q̃ quanto ex maiori caritate sustinet: tāto leuius sustinet: g̃ cū minori grauamine: g̃ min⁹ satisfacit.

Iterum ad.

¶ Solu. Dicimus q ꝑdicta argumētatio non tenet. z hoc ideo: q̃ nō additur hec dictio magis ad illud rōne cuius principalis est velle sustinere penā satisfactoriā: quia velle ꝑm se nō est satisfactoriū: sz respectu pene. Unde sic dz inferre: g̃ velle sustinere maiorē penā magis est satisfactoriū. ¶ Sed obiicitur ꝓtra hoc. q̃a cū dicitur velle sustinere maiorem penā est magis satisfactoriū. aut intelligitur de maioritate pene i se absolute. aut ḫabito respectu ad grauamē p̄sone sustinētis in se. Si ꝓmodo: g̃ eque satisfactoriū erit regi velle dare decem nūmos sicut alicui pauperi. qđ falsuz est aperte. Similr ꝑm hoc eque satisfactoriū erit siue meritorium fleumatico ieiunare quadragesimā sicut clerico. qđ falsū est. qñ fleumaticis non solū nō grauat: sed etiā iuuat ieiunare z tam corpi q̃ aie est bonū. Si vero intelligatur de maioritate grauaminis p̄sone: g̃ magis satisfactoriuz erit sustinere ex maiori caritate aliquantā penā q̃ sustinere ex maiori tantā. qñ minus grauat illū qui ex maiori caritate sustinet aliis paribus. z hoc apte falsum est: q̃a sicut dol⁹ nemini debz patrocinari. sic nulli debz obesse sua strennuitas. z ita videt q velle sustinere maiorē penā non sit magis satisfactoriū

Solutio.

¶ Solu. dicimus q velle sustinere maiorē penaz magis est satisfactoriū semp: dū sustinet illā ex caritate. aliter enī nō est satisfactoriū: dū mō maioritas pene attendatur ꝑm grauamē p̄sone sustinētis quo ad naturā eius nō ḫabito respectu ad gravamen: q̃ sicut dictū est nulli debz obesse sua strē nuitas siue bonitas. sub natura autē ꝓhēdim⁹ fortunā. q̃a pspera fortuna solatiū: est nature. infirmis enī sunt diuitie ad solatiū: z ꝑpter hoc magis fuit vidue ponere duo minuta: q̃ zacheo dimidiū bonorū suoꝝ satisfactoriū. z q̃a ex maiori affectu et maiori grauamine ꝑm statū suum. ptz ergo q passionibus merenť sancti et q volūtas sustinē di passionē meritoria est z satisfactoria pene: duz sustinentur ex caritate.

Af q sic.

¶ Utrū sancti meruerūt passiones suas.

¶ Scd̄a questio huj⁹ capituli.

Queritur vtruz sancti meruerūt passiones suas. videť q sic. q̃a ꝺ: in actib⁹ Apostolorū. Ibāt Apli gaudētes a pspectu cōsilij: qñ digni ḫabiti sunt p nole iesu cōtumelia pati: sed non erāt digni nisi ex merito. ergo Apli meruerunt cōtumelias pati. ergo meruerunt passiones suas ¶ Item. Aplus ad philippēses. Gaudete quia datū est vobis nō solum vt credatis in eum. sed vt patiamini ꝓ illo. datū est ergo sanctis pati ꝑ christo. ergo pati ꝓ christo est gratia dei. z non est prima gra. quia non est fides nec alia virtus. ergo datum est ex meritis q dominus dat gratiā ꝓ gratia sicut dicitur in Johanne. z in zacha. dicitur adequabit dñs gratiaz gratie. ergo ex quo ꝓ meritis datum est eis pati ꝓ

Secundo.

christo relinquitur q ipi meruerūt passiōes suas Itē. ponatur q btūs Paulus ozauerit dñm q̃ daret ei pati ꝓ christo. Inde sic. Paulus ozauit q pateretur z ozauit hoc ꝑ se pie perseueranter ad salutē z exauditus est: ergo meruit q pateretur. z inde vt prius. ¶ Sed cōtra. Hieronym⁹ dicit super Hiere. Quicquid supplicij sup vos inducitur peccata vestra meruerunt: g̃ quicquid passi sunt sancti passi sunt ꝑpter pctā sua: ergo ꝑpter demerita. non ergo bonis meritis meruerunt passiōes suas. ¶ Item. sup illud cantico. Dilect⁹ meꝰ candidus z rubicūdus. elect⁹ ex milibus. dicit glosa Alij ex meritis suis passi sunt xp̄s autē ex sola dilectione. z intelligitur de malis meritis: ergo nō ex bonis merit⁹ passi sunt. non g̃meruerūt passiones suas. ¶ Itē obiicit contra auctoritatē Hieron̄y. quia Job dicit. Non peccaui. z in amaritudinibus moꝛatur oculus meus. i. non peccaui tm̄ q tm̄ deberē puniri. non g̃ quicquid supplicij. zc.

In oppm̄.

Secundo.

ꝓtra hieronimū ar.

scd̄o ad idē.

¶ Item. idē dicit. vtinā appenderētur pctā mea in statera. zc. ergo plus punitus est q̃ meruit peccatum eius qđ est cōtra auctoritatē Hieronimi.

Solutio.

¶ Solutio. Dicim⁹ q sancti nō meruerūt passiones. Notandū autē q dupler est gra. prima q̃ nō cadit sub merito. s. virt⁹ scd̄a gratia est que cadit sub merito. s. virtutis augmentū. virtus enī nata meretur augeri vt aucta mereatur perfici. Similiter cōstantia fidei z aliarū virtutū robur z firmitas sunt scē gratie z cadunt sub merito vñ cōstātes estote. zc.

dupler gra

Ad primū.

¶ Ad primū ergo dicimus q Apli digni sunt ḫabiti. zc. dignitate meriti. meruerunt eni constantiā qñ ꝓ xp̄o patiebantur. vñ illa auctoritas z que scd̄o apponebat debet intelligi de constantia ḫabita in passione.

Ad scd̄m.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiū similiter dicimus q si paulus ozaret dñm vt daret ei pati ꝓ xp̄o aut nō ozaret cōpetenter: aut de constātia in martirio ozaret siue intelligeret. z nō de ipsa passione.

Advltimū.

¶ Ad vltimo. obiectū dicimus q auctoritas btī Hieron̄y. simpliciter intellecta falsa est. sz sic debet intelligi. Quicqđ supplicij. zc. i. si pctm̄ non fuisset non induceret aliqđ flagellū super nos nec pateremur aliquā penā. Dñs ei qñ q̃ infligit penam tpalem aliquā sine merito sustinētis. vel ad probationē. vt in Job. vel ad gliam dei manifestandā. vt in ceco nato: vel ad conseruatio

q̃stio icidēs

nē hūilitatis. vt in paulo. ¶ Sz cū scti nō meruerunt passiōes suas bonis meritis suis. q̃ritur vtrū eas meruerint ex pctō originali. et sumať mereri ꝑm q̃ importat dignitatē. non ꝑm q̃ iportat actū

Af q non.

videtur q non. maxime ꝑm eos qui dicūt q mors sanctorū facit eos dignos aureola: q̃ si mors sanctorū facit dignū nō ex debito pctō. qñ nichil debitum pctō et inflictū ꝓ pctō facit dignum vita eterna: ergo sancti nō meruerūt mortē suā ex peccato originali. ¶ Itē. ex pctō originali est mortalitas. i. necessitas moriendi. sed mors beati Laurentij non fuit ex necessitate moriendi: imo ex causa extrinseca: g̃ nō fuit ex mortalitate: g̃ nec ex originali. z inde vt prius. ¶ Sed contra. Nullū malum ipunitū: g̃ originale fuit punitum in btō Laurentio. non nisi morte illa: g̃ originale beati Laurentij punitū est morte illa: g̃ mors illa erat debita peccato originali in eo: ergo btūs Laurentius meruit mortē illā ex pctō originali. similiter z de aliis martiribus. ¶ Solu. Reuera mors martirū non est debita pctō originali: quia ē mors acceleratā ex causa extrinseca inflicta. z nō est ex mortalitate sola pcedēs. verūtm̄ cōcedim⁹ bene q originale pctm̄ punitū est in btō Laurentio morte illa sed q̃ ꝓ cōmutationē pene non seq̃tur q illa mors originali pctō debet: aut q btūs Laurēti⁹ meruisset eam ex pctō originali sicut non seq̃tur. Iste punitur pena contritiōis ꝓ pctō originali qđ ꝑmittit: ergo peccato illo meruit penā illam. pctō enī debetur pena eterna: non pena tpalis tamen dñs commutat eternā in tpalez: nec pctm̄ remanet impunitū. ¶ Et notandū q passiōes adiacētes non sunt inflicte btō Laurētio: sicut q carnes eⁱ⁹ sunt assate in craticula z hmōi ad puniendū aliqđ peccatū in ipso. sed vt ex illorū partentia maiorē gloriā consequeretur. sic igitur patientes sancti fuerunt martires. i. testes: q̃ morte sua spōtanee z hilariter susceptā testificabātur resurrectionē carnis futuram ¶ Et notandū q quinq; sunt genera martyrum. Quidem enī fuerunt martyres ꝑ predicatione veritatis. sicut Johānes baptista z pphete in veteri testamento. Quidā ꝓ defensiōe legis diuine. vt machabei. quidā ꝓ defensiōe fidei sicut btūs Stephanus qui dicitur pthomartyr. non quia nō fuerint martyres ante ipm̄: sed q̃ nullus fuit ante ipm̄ sic martyr. s. ꝓ fidei defessione. Quarto modo fuit specialiter xp̄s martyr ꝓ redemptione generis humani. Uñ inter pascha z q̃re cātatur penthecosten in festis martyrū cātat ecclesia. Fi ista ātiphona hierusalem venite z videte martyrem xp̄m sicz cum corona supplemartyr qua coronauit eū. zc. Unde quantū ad hoc est corona z cōpetinet ātiphona ad festum. Quinto modo fuerūt martyres innocentes in quorū quolz credebať occidi xp̄us: primi ergo fuerunt testes veritatis. scd̄i diuine legis. tertij fidei. xp̄us summe dilectionis dei ꝓpter quā mundū dilexit vt vnigenitū suū daret ꝓ nobis. innocentes aūt testes fuerūt malitie tyrānorum z crudelitatis. ꝑpte tm̄ z stricte dicūtur martires qui passi sunt ꝑ fide xp̄i. ꝑm hoc beatus Stephanus ꝺ: pthomartir. ¶ Sz de innocētib⁹ obiicitur sic. ipsi meruerunt aureolā. ergo vel passiōe vel voluntate patiēdi: sed non volūtate patiendi. ergo passione. g̃ passionibus meruerunt qđ est cōtra ꝺdicta. ¶ Preterea innocentes q̃ntus non ḫabuerūt vsū volūtatis: tm̄ digni fuerant rōne martirij ergo pari rōne infans duorū annoꝝ baptisatus dignus est aureola virginitatis. z hoc falsum

Ad idem.

De innocētibus.

Secundo.

Solutio.

¶ Solu. innocentes fuerūt digni aureola nō passione vel merito passionis sed modo patiendi. qñ cum in ipsis esset xp̄us per fidem z alias virtutes quas ḫabebant: z in quolibet q̃reretur z credere tur interfici. ꝓ privilegio z modo passiōis digni fuerūt aureola. vñ ꝓ xp̄o mortui sunt. i. loco xp̄i et vice xp̄i. ¶ Ad illud qđ obiicitur de pueris virginibus dicim⁹ q non est simile. qñ in illis nō est aliqua dignitas virginitatz sicut in innocētib⁹ dignitas martirij z ita alia ratio reformat pactū. ex ḫis igitur ptz q sancti neq; meruerunt passionib⁹

ꝑ hoc ad primum.

Conclusio pre dictorū.

neq; meruerunt. eas. tñ vtiles fuerunt eis. z similiter bonum est nobis sustinere patienter flagella dei. qa cruciunt purgãt z ppter multas alias causas q̃ solent assignari in distinctionibus: z similiter iniurias nobis illatas: z persecutiões hoim debemus sustinere ppter multas causas ¶ Prima: est ne per impatiẽtiã nos spũaliter occidamus plus iusto hoibus irascẽtes. ¶ Scõa est: vt nõ habeamus audiẽtiã irascendi contra primũ quẽ scimus esse filiũ dei. sicut non auderemus irasci contra filiũ regis terreni. ¶ Tertia causa: est qa per patientiam soluim⁹ debita nostra. sicut dr in euãgelio. Dimitte z dimittetur vobis. Propter qõ dñs precepit nobis vt qñ oramus dicam⁹: dimitte nobis debita nr̃a zc̃. nichil aũt spũalius peti potest. vt dicit glosa. ¶ Quarta rõ est quia qñ patimur scimus deũ nos velle pati. aliter nõ haberem⁹ cor rectum: sed distortũ. Licet eni possimus passiões presentes respuere volũtate sensualitatis. tñ non debet sensualitati ratio cõsentire: sino si sciẽter et deliberate nobis presentiã passionũ presentiat displiceat mortaliter peccaremus: qr tenemur velle quod scimus deũ velle. ¶ Sed videt ꝼm hoc q̃ Job peccauit dicẽs Non equo iudicio agit mecũ vnde videtur murmurasse ꝓtra dñm. ¶ Item. videtur q̃ volũtas dñi displiceat ei. qñ dixit vtinã appenderẽtur pe. me. zc̃. q̃ displicebat ei q̃ plus merito puniebatur. tñ sciebat deũ velle hoc: q̃ nõ conformabat voluntatẽ suã voluntati dei: q̃ mortaliter peccabat. ¶ Item. nulla pena tpalis est grauior morte: ꝛ mors est pena originalis pcti: q̃ q̃tamlibet penã potuit deus infligere Job p peccato originali: sicut z mortẽ inflixit q̃ q̃tãcũq; penam sustineret Job si infligeret ei p originali: nõ puniretur supra merita sua. z ita potuit eẽ q̃ falsuz fuit quod dixit. Non peccaui: z in amaritudinib⁹ zc̃. quasi diceret. non peccaui tñ q̃ tã grauiter debeꝛ affligi. ¶ Ad hoc dicũt qdã q̃ Job ꝓio peccauit: sed postea penituit Sed hoc ptz esse falsuz. qñ circa principiũ dixit. in oibus his non peccauit Job labijs. zc̃. ¶ Solu. dicim⁹ q̃ Job nõ peccauit dicens. Non equo. zc̃. qa debet sic intelligi. Non equo iudicio q̃tũ ad merita mea. licet equo q̃tum ad dei iudiciũ. ¶ Ad scõm dicimus q̃ presentia passionis non displicebat Job: imo placebat ei. qñ sciebat deũ velle hoc. Sz desiderabat ne in furore pateretur z hoc licebat ei: qa de hoc nesciebat voluntatẽ dei. vnde nõ ppter presens: sed propter futurũ dicebat. vt appenderẽtur. zc̃. tñ illa auctoritas exponit mistice de xpo. ¶ Ad vltimum dicimus q̃ tarata est pena quã infligere põt p originali de iustitia. vñ dicim⁹ q̃ non possz infligere q̃tãlz p originali. q̃tã tñ posset nouit. credim⁹ tñ q̃ nõ posset tantã q̃tã Job substinuit ¶ Ad illud qõ obijcit q̃ mors ẽ maior pena q̃ aliqua pena tpalis. ptz solutio: qr preter molestias quas sustinuit soluit ipe debitũ vniuerse carnis.

¶ De perseuerantia. ¶ Scõm capitulum.

DIcto de patientia. dicendũ est de pseuerãtia que est vna spẽs fortitudinis. sicut Tullius dicit. de qua queritur an sit vna virtus specialis. qõd videt. qr: Tullius õr Perseuerantia est spẽs fortitudinis: q̃ est spẽs virtutis q̃ et specialis virtus. ¶ Itẽ. in leuiti. pcipit offerri cauda hostie cũ capite p qõ intelligitur pseuerantia finalis: q̃ perseuerantia est in pcepto. Sed nichil est in pcepto nisi opus virtutis: q̃ pseuerare est opus virtutis. nõ nisi pseuerãtie: q̃ per michi dñs ꝼm iusticiã meã. dicit glosa. Pro fide/spe/caritate dat dñs in pñti pseuerantiã: z pseuerantia dabit in futuro vitaz eternam. reddit ergo premium eternum perseuerantie: sed nõ redditur nisi virtuti vel operi virtutis: q̃ perseuerantia est virtus vel opus virtutis. sed non opus: q̃ virtus.

¶ Item. sup illud ad gala. Fructꝰ autẽ spũs sũt: gaudium. pax: patiẽtia. longanimitas. dicit Ambro. oĩa que ibi nũerantur esse virtutes. q̃ longanimitas est virtus: sed longanimitas nõ est aliud q̃ perseuerantia. ille eni longanimus est qui habet animũ siue volũtatẽ perseuerãdi in bono vsq; in finem: q̃ perseuerantia est virtus. ¶ Itẽ. pseuerantie ꝓmittitur premium. sicut ptz in euãgelio. Qui perseuauerit vsq; in finez hic saluus erit: q̃ pseuerare est op⁹ virtutis. z inde vt ptz. ¶ Itẽ. anselmus cãtuariensis dicit. Lucifer perseuerãtiam non habuit. non qa deus nõ dedit: sed qr ille non accepit. Perseuerantia igitur est donũ dei et etiam de optimis donis: q̃ est virtus vel opus virtutis. z inde vt prius ¶ Quo concesso. qui habet vnam virtutẽ habet oẽs: q̃ si pseuerãtia est virtus quicũq; hz caritatẽ hz pseuerantiã. q̃ adã qñ habuit caritatẽ ante lapsuz habuit perseuerantiã. z iudas qñ habuit caritatẽ habuit perseuerãtiã. qõ ptz esse falsum: qr perseuerãtia est cõtinuatio bone volũtatis vsq; ad finẽ. ¶ Preterea sicut dictũ est in scõa auctoritate p fide/spe/caritate dat dẽ⁹ in presenti perseuerentiã: q̃ perseuerantia est premium in presenti. ergo non est virtus vel op⁹ virtutis. ¶ Solu. hoc nomen perseuerãtia sumitur tribus modis. qñq; eni dicitur continuatio boni operis vsq; in finẽ. ꝼm hoc non est virt⁹ vel opus virtutis: sed optima dispositio operꝭ virtutis: z in hac acceptione sumit in pdictis auctoritatibus.

¶ Ad primum q̃ dicim⁹ q̃ finalis cõtinuatio bonorum operũ est in pcepto non ꝼm se: sed gra operum quorum est. precipiũtur eni nobis opa continuata. non ipa continuatio. ¶ Ad scõam auctoritatem sikter dicimus q̃ dñs dr reddere premium perseuerantie. i. pro opibus continuatis vsq; in finem. vnde in illa auctoritate sumitur diuersimode. qñ cũ dicit pro fide: spe: caritate: dat dñs perseuerantiam in pñti. sic sumitur pprie. p ipsa continuatione finali q̃ reuera est magnũ pmiũ in presenti: cũ autẽ dicitur z perseuerãtia dat in futuro vitam eternã: tunc sumitur: non p ipsa cõtinuatione; sed p operibus continuatis. z ita diuersimode respectu diuersoꝝ verboꝝ: sicut hoc nomẽ pheton cuz dr his sit⁹ est phetõ currus a pec. ¶ Scõo modo dr perseuerantia virtus qua hõ est abilis q̃ manere in bono vsq; in finẽ: z scõm hoc cõmunis est perseuerantia ad oẽm virtutẽ. qualibet eni virtute est hõ abilis ad continuandũ bona opa vsq; in finem. ¶ Tertio modo dr perseuerantia ꝓpositũ

Aſſ q̃ sic. Secũdo. Tertio. Quarto. Quinto. Sexto. In oppm. Secũdo. Solutio. Ad primũ. Ad scõm. Ad vltimũ. Ad illud de morte.

siue voluntas pmanendi in bono vsq; ad finẽ. z ꝛz hoc dicunt plures q̃ perseuerantia est virtus specialis. ¶ Qõ videtur posse pbari: qr voluntas permanendi in pctõ vsq; in finẽ est speciale pctm̃. scz ipenitentia finalis que est spẽs pcti m. ss. ergo pari ratione volũtas pmanendi in bono vsq; in finem est actus vnꝰ virtutis specialis. ¶ Itẽ alia voluntate volo esse colorat⁹ alia alb⁹: q̃ a filiã. alia est voluntas qua volo pmanere in bono. alia qua volo pmanere in bono actu fidei vel alterius virtutis specialis: q̃ volũtas qua volo pmanere i bono vsq; in finẽ est cuiusdã specialis virtutis: z hoc est pseuerantie q̃ perseuerãtia est virt⁹ specialis.

¶ Item. obedientia quedã est virtus specialis: licet volũtas procedẽs ab illa cadat supra quoddã commune. s. facere qõ precipitur q̃ a simili q̃uis permanere in bono vsq; in finẽ sit cõe ad oẽs virtutes. tñ voluntas cadens sup istud cõmune specialis virtutis. z inde vt ꝓ⁹. quo concesso ¶ Cõtra. cũ dicitur velle permanere in bono est actus pseuerantie: aut intelligit de bono ꝼm rõnẽ boni aut de bono scõm rõnem specialiũ bonoꝝ que cõtinẽtur sub bono. Si primo modo: q̃ velle permanere in bono est act⁹ caritatis qñ sola caritas attendit bonũ scõm q̃ bonũ: sed non scõm rationez boni. z ita perseuerãtia nichil aliud est q̃ caritas Si intelligatur de specialibus bonis: q̃ velle permanere in bono est cuiuslibet virtutis. Nam sicut velle bonũ in actu fidei est fidei virtutis. ita velle illud idez modo z postea. z sic vsq; in finẽ. Sikter velle bonũ in actu spei. z modo z sicvsq; in finẽ est spei virtutis. z sic de qualibet virtute: q̃ vel perseuerantia erit q̃nalis ad oẽs virtutes vel si est specialis virtus nõ erit alia q̃ caritas ¶ Itẽ. adhuc videtur posse pbari q̃ voluntas permanẽdi in bono vsq; in finẽ non sit vnꝰ alicuꝰ virtutis: qr mora in pctõ non facit aliam speciẽ pcti: sed augmentat pctm̃ sicut mora in pctõ fornicatiõis: ergo pari ratione mora volũtatis in bono nõ facit aliquã spẽm voluntatis: ergo nec aliã virtutẽ. ergo eadẽ est virtus qua volo cõtinere z qua volo morari in bono continentie. pari rõne. velle morari siue pmanere in bono ꝓtinentie vsq; in finem est ꝓtinentie. sikter z de aliꝭ virtutibus: q̃ volũtas pmanẽdi in bono vsq; in finẽ est cuiuslibet virtutꝭ. nõ ergo vnꝰ p se ergo pseuerãtia nõ est vna virtus specialis ¶ Itẽ ex repetitione actuũ nõ mutat spẽs virtutis: sed firmat in subiecto. sicut ex repetitione actuũ contin ẽtie firmatur ꝓtinẽtia. z sikter ex repetitione actuũ iusticie firmatur iusticia. Quelibet eni virtus habet suã firmitudinẽ z stabilitatem: q̃ stabilitas siue firmitas in bono est cuiuslibet virtutis. sed hoc est pseuerantia: qa Tullius dicit. perseuerãtia est in rõne bene ꝓsiderata stabilis z perpetua permansio. ergo pseuerãtia est firmitas cuiuslibet virtutis: ergo nõ est alia virt⁹ q̃ continentia z iusticia. z sic de aliꝭ. Quelibet eni virtus habz stabilitatẽ z ppetuaz mansionẽ q̃tũ in ipsa est in ratione bene ꝓsiderata. i. in opere suo consiliato siue in materia sua quã scõm consilium propriꝭ circunstãtijs ab aliaꝛ materia circũscribit ¶ Itẽ. iustus in sapientia morabit sicut sol. i. sapientiã in sapientia. Sikter caritate manet hõ in deo z vult manere. z hoc cũ debitis circũstantijs: ergo q̃tũ debet. sed hoc est meternũ vel vsq; in finẽ. ergo cũ volũtas manẽdi in bono siue in bono increato siue i virtutibus siue in bono ope idẽ sit quod velle manere in virtutib⁹ z velle manere in deo huiꝰ velle caritatis. z est perseuerantia: ergo pseuerãtia nõ est alia virt⁹ a caritate. ¶ Itẽ. pmanere in bono vsq; in finẽ cuiuslibet virtutis est z non excedit metas virtutũ: ergo volũtas cadẽs supra istud cõe non est alicuius virtutis siue individualis: ꝛ alicuꝰ vniuersalis q̃ sit magistra aliarum. z erit ita fidei vel caritatis vel prudentie que sunt vniuersales ꝟtutes: z aliaꝝ motiue z iperatrices. z ita videtur q̃ pseuerantia sit fides vel caritas vel prudẽtia: q̃ perseuerãtia nõ est aliqua spẽs cialis virtus que sit spẽs fortitudinis, vel si volũtas illa cadat supra vniuersale ratiõe singularitũ. talis voluntas nõ erit alicuius virtutis solꝰ? sed oĩa sicut prius dictũ est in q̃stione de obedientia ergo cum illa volũtas sit perseuerãtie: perseuerãtia non est vna virtus specialis hoc patz in mũdatione a pctõ: quia mũdare siue mũdari cuiuslz virtutis est z non excedit virtutes. z propter hoc voluntas mundandi a pctõ non est alicuꝰ specialis virtutis: imo sicut mũdatio a pctõ luxurie est cõtinentie. ita volũtas mũdandi ab eodem pctõ est eiusdẽ virtutis. ¶ Similiter est de aliꝭ. idẽ patz etiam in voluntate assimilandi deo. qñ fide volo cognoscere deũ. z ita fide volo assimilari deo per cognitionẽ. Deus ei est maxim⁹ cognitor sui simiꝭ liter caritate volo diligere deũ z ita assimilari ei per amorẽ: qr ipse est maxim⁹ dilector sui: ergo bonitas cadent supra hoc cõe assimilari deo cuiuslz virtutis est z non alicuius specialis per se. patz ratione. z voluntas pmanendi in bono vsq; in finẽ. z inde vt prius. ¶ Solu. dicim⁹ q̃ volũtas permanendi in bono vsq; in finẽ tantũ ppter deũ vel soli⁹ caritatis est vel cuiuslibet virtutis. qñ si cũ reduplicatione boni intelligitur solius caritatis est siue reduplicatione cuiuslibet virtutis est. ¶ Ex hoc ptz solutio ad tertio z quarto obiectũ. ¶ Ocedimus eni q̃ vnomodo volũtas permanendi i bono vsq; in finem soli⁹ caritatis est. Alio modo cuiuslibet virtutis ꝓme obiectioni z scõe consentimus· quibus ꝓbatur q̃ perseuerantia ꝼm q̃ est voluntas permanendi in bono vsq; in finẽ non ẽ virtus specialis. Alia a continentia iusticia. z sic de aliꝭ virtutibus notatis. ¶ Sciendũ tñ q̃ q̃uis pctm̃ mora aggrauet non tñ mora in operibus virtutis augmentat virtutẽ vel meritũ virtutis. qñ meritum pensatur ꝼm radicẽ. demeritũ vero scõz circunstantiã pcti. sicut z ꝼm genus pcti. sicut dictum est in questiõe de circũstantijs ¶ Si autez obijcitur sic. pmanere in bono vsq; in finẽ est alia materia a materiebus virtutũ: ergo voluntas cadens sup istud est alia a volũtatibus aliarũ virtutum ergo est alterꝰ virtutis. ¶ Dicimus q̃ q̃uis sit alia materia in essendo in genere ꝓsiderata: tñ scõm particularia cõtẽta. non est alia ꝼm q̃ cadit supra illam materiã. rõne contentoꝝ vñ non est

Ad idẽ ar. Tullius. Ad idem. Ad rõtum. Ad idẽ. Per hoc ad tria. Ad q̃rtum. ꝓbat sikter Solutio. ꝓra hoc ar Solutio.

alia in coherendo z propter hoc nō sequitur q̄ voluntas cadens supra illā materiā sit alia a volūtatibus aliarum virtutū. virtus enī non solū substātiam sue materie attendit. sed dispositiones coherentes: sicut scientia proprium subiectū z que sunt

Ad rōnem. dispositiones illius subiecti attēdit. ¶ Ad hoc q̄ obijcitur supra de obedientia que est specialis virtus: licet voluntas eius cadat supra quoddā commune ad oēs virtutes. dicim⁹ q̄ non est simile ḡa facere qō precipitur excedit metas virtutū. sed p manere in bono non excedit virtutes. vñ sicut dictum est. vno modo volūtas permanēdi in bono ē soli⁹ caritatis. alio mō cuiuslibz virtutis. sicut voluntas mundādi a pctō simpliciter et inquantum pctm̄ solius caritatis est. volūtas autem mūdādi a pctō in particulari: scz ratione singulorū pctō⁹ cuiuslibet virtutis est. sicut a pctō infidelitatis fidei. a pctō in continentie: ptinentie. z sic de alijs.

Ad aliud. ¶ Sz de volūtate assimilādi deo: dicim⁹ q̄ nō est alicui⁹ specialis virtutis: sed oim fm q̄ voluntas cadit supra illud cōe rōne contētorū: fm aūt q̄ cadit supra istud cōe scōm rōnem cmunem est virtutis vniuersalis. Assimilari aūt deo duob⁹ modis intelligitur. quia assimilimur deo vel in pulcritudine vel in bonitate. velle aūt assimilari deo i pulcritudine fidei ē. in bonitate aūt caritatis est. ptz ergo q̄ distinctio supi⁹ posita nō satisfacit q̄renti quid sit perseuerantia fm q̄ est spēs fortitudinis. nos autē dicim⁹ q̄ perseuerātia est volūtas stanDuob⁹ modis. di imobiliter in bono. ¶ Et sic importatur quedā aggressio ptra pctm̄ que propter victoriā est. z est talis volūtas in irascibili tm̄ cuius ḡtus est perConclusio ex predictz seuerantia z est spēs fortitudinis. z hec distinctio alie due spe in tullij supra posite pcōdat. ¶ Itē. preter patiēcies fortitu tiam et perseuerantiā sunt alie due species fortidinis. tudinis. s. magnificentia z confidentia. magnificētia consistit in strennua aggressione magnorum z arduorum. confidentia est virtus qua confidenter speramus aggressa perducere ad effectum. quia igitur tā magnificentia q̄ confidentia consistunt in excellentia operum iusticie vel in modo excellenti. ideo supersedeo.

¶ De donis spiritussancti.

¶ Undecimus tractatus.

Dicto de cardinalibus virtutib⁹ dicendū est de donis spūssancti. z primo de essentia donorum z vtruz dona sint virtutes. scōo de numero donorū. tertio de differentia donorū ad virtutes cardinales. quarto de singulis donis agem⁹ per ordinē. quinto z vltimo de adaptione donoz ad btitudines. ¶ Sūt autē dona spūssancti. s. que enūerat Isayas in xpo dicens. et requiescet sup eum spūs dñi spirit⁹ sapiēCur dona dicunt esse spūssancti. tie. zc. licet aūt ista dona dentur a tota trinitate z sint dona tot⁹ trinitat⁹. tñ p appropriationē quādam dicuntur dona spūssancti eo q̄ ex mera bonitate dei conferantur. bonitas aūt appropriat spiritui sancto. ¶ Et notandū q̄ duo vltima dona. s. Notandū. Septē dona sufficere ad vtrāq; vitā actiuā. s. sapientis z intellectus ppie pertinent ad vitam contemplatiuā intellectus enī est propie cognitio spūalium donorū que confert deus angelis z aiabus sanctis quibus sanctificantur z angeli et

z ptēplatiua. anime. sapientia vera est cognitio dei per ḡustationem dulcedinis ipsius vel alio modo vt postea dicetur: z in istis duobus perfecte consistit contēplatio. z ideo duo vltima dona perfecte regūt cō templatiuam. alia quinq; regūt sufficiēter actiuā que consistit in trib⁹. s. in declinādo a malo. in faciendo bonū. in patiendo benigne aduersa. p primum donuz. s. donū timoris. declinat hō a malo: Ecclīastic⁹ quia sicut dicit ecclesiasticus Timor dñi expellit pctm̄. per pietatem facit hō bona: siue opera iusticie siue opa mie. vt postea dicetur. p donum scientie apponit opibus pietatis sal. discretiōis p fortitudinē digne patitur hō aduersa q̄ p consilium discrete opatur. z ita ptz q̄ septē dona sufficiēter regunt vitā humanā tam contēplatiuā q̄ actiuā

¶ Q; dona sint virtutes videtur.

¶ Prima questio.

Arca primū articulum queritur vtrū dona sint virtutes. pbatur q̄ sic: primo auAf q̄ sic. ctoritatibus. secundo rationib⁹. ¶ Auctoritatibus sic. Ambrosi. dicit ciuitas dei illa hierusalē celestis nō meatu alicui⁹ fluuij terrestis a bluitur. sed ex vite fonte pcedens spiritussanctus cuius nos breui faciam⁹ haustu in illis celestib⁹ spiritibus. videt redūdanti⁹ effluere plene septē virtutū spūalium. scōa meatu. z sic Ambrosius vocat septē dona septē virtutes spūales.

¶ Item Greg. sup Job in pricipio. cū spūssctūs Scōo per mētē fecūdat plenitudo septē spūaliū ḡtutū itrat gregorium. ¶ Idē probatur rationib⁹. q; virtus est habitus Tertio rōe mētis bene ḡstitute: sed septē. dona sunt hmōi habitus: ḡ dona sunt virtutes. per locū a diffinitiōe

¶ Itē virt⁹ est habitus imediate ḡsistēs quo ad Scōa rō. nos sed septē dona sunt hmōi habit⁹: ergo septē dona sunt virtutes. ¶ Item. Aug. dicit virt⁹ est Tertia. bona ḡlitas mentis qua bñ viuit. qua nemo male vtitur quā de⁹ in nobis sine nobis operat: sed talia sunt dona spūssancti: ergo dona sunt virtutes.

¶ Itē. timere deū modo debito est meritoriū vñ Quarta. ecclīasticus. nihil meli⁹ ḡ timere deū. ¶ Preter Quinta. ea. nisi esset meritoriū non eēt in p̄cepto: ergo timor dei est virtus cū eius motus sit meritori⁹ vite eterne. ¶ Forte dicit q̄ timor dei non est virt⁹ Euasio. a deo quia est passio. Cōtra. spes z amor eodē modo sunt passiones sicut timor dei procedit ex consideratione potentie dei: ita spes a consideratiōe largitatis dei. z amor a consideratione bonitatis dei: ergo si timor non est virtus est passio: eadē rōne nec spes nec amor erunt virtutes cū sint passiones. ¶ Ad hoc dicunt quidā q̄ tria dona ptinen Opinio aliquorum. tia ad effectū sunt virtutes. s. timor pietas: fortitudo. Quattuor autē pertinētia ad intellectū nō sunt virtutes. s. scientia: consiliū: intellectus: z sapientia. ¶ Sed contra. habitus regitiuus virtuptra hāc af tum cardinalium est virtus cardinalis. s. prudentia. ergo eadē ratione habitus regitiu⁹ virtutum spūalium est virt⁹ specialis. vt scientia que regit pietatem: z cōsiliū q̄ regit fortitudinē. ¶ Preter Secundo. ea. melior est cōtēplatiua q̄ actiua z magis grata deo. sed opa actiue sunt meritoria vite eterne. ergo opera vite contēplatiue sunt meritoria vite eterne: ḡ sapientia z intellectus sunt habit⁹: quo-

rum opera sunt meritoria vite eterne. ḡ sapientia et intellectus sunt virtutes. ḡ quattuor dona ptinentia ad intellectū sunt virtutes: et sic oia dona

ptra hoc af Secundo. sunt virtutes. ¶ Sed ptra. septē dona distinguūtur a virtutibus in matheo. ¶ Itē. Brego. distinguit illa a virtutib⁹ theolo. z a virtutib⁹ cardinalibus in principio Job: dicens q̄ per septez filios Job: intelligūtur septē dona per tres filias virtutes theolo. s. fides: spes: caritas. per quattuor angulos domus. quattuor cardinales ḡtutes. z ita septem dona nō sunt virtutes theologice: nec virtutes cardinales. ḡ septē dona non sunt virtutes

Tertio. ¶ Item. Arist. dicit q̄ virtus z scientia sunt duo genera cōtenta sub prima specie qualitatis ḡ nulla scientia est virtus. z nulla virtus est scientia. ḡ scientia donū non est virtus. pari rōne nec consilium neq; sapientia nec intellectus. q; ista consistunt in speculatione. z ita sunt in speculo intellectus z non sunt in practico. ḡ non sunt virtutes: sz potius scientie. qm̄ in intellectu speculatiuo sunt scientie. in practico sunt virtutes tm̄. ¶ Solutio

Solutio. Dicimus q̄ oia septem dona spūssancti sunt virtu

Ad primū. tes rationib⁹ dictis in opponēdo. ¶ Ad primo ḡ obiectum dicimus q̄ septem dona distinguūtur a virtutibus q̄ enumerātur in matheo. sz non ab oībus. z ideo non seq̄tur q̄ non sunt virtutes: sed sequitur q̄ non sint ille virtutes a q̄bus distinguuntur. ¶ Ad scōo obiectuz dicimus q̄ hec est falsa.

Ad scōm. Omnes ḡtutes sunt cardines vel theologice. sz q̄ theologice dicuntur stricte tm̄ ille tres. spes: fides: caritas. sunt tñ virtutes spūales que nō sunt ille tres: nec sunt virtutes cardinalū fm rationē: sunt tñ fm essentiā eedē cuz cardinalibus: vt postAd tertiū. dicetur. ¶ Ad tertio obiectū dicim⁹ q̄ ppie loquendo nulla scientia est virtus. cognitio enī faciendoz z scientia que est cognitio non est virtus: sed electio faciendoz virtus est donū. ḡ scientia non est cognitio faciendoz: sed electio faciēdoz que iperat vt fiant que per scientiā rō discernit eē

Donū scientie q̄re noiatur. facienda. vñ propter nimiā affinitatē que est illi⁹ cognitionis ad illā electionē. illud donū scientia noiatur. ¶ Qualiter aūt respondendū sit ad vlti

Ad vltimū dicem⁹ post mo obiectū inferius patebit: quando agemus de sapientia z intellectu que videntur esse in speculatione. scientia vero z consiliuz potius ponuntur in

Alia opio. operatiōe: q; imperāt factenda. ¶ Aliorū est opinio q̄ nullū donū est virtus: sed dona sunt abilitationes virtutū. p dona ei virtutes expediūt facillime suos actus. vnde glo. que dicit sup matheū. q̄ per dona venitur ad virtutes. fm eos sic est exponenda. p dona venitur ad virtutes. i. ad merita virtutū. s. ad bona opa quibus puenitur ad btitudines: igitur fm eos dona sunt effectus virtutū z sunt a ḡtutib⁹ sicut z opa bona. z ideo dicūtur dona. ne videātur esse a libero arbitrio p hoc q̄ sunt

ptra hāc af a virtutibus sicut z opa ¶ Sed q̄ hec opinio nulla sit multipliciter ostēditur. primo: q̄a si dona sūt effect⁹ virtutū imediate: ergo quelibz virt⁹ potēs

Secūdo. est producere ex se aliquod bonū: ergo quot sunt virtutes tot sunt dona. sed multo plures sunt virtutes q̄ septē: ḡ multo plura dona q̄ septē ¶ Itē dona sunt a virtutib⁹: ḡ nō sunt imediate a spiritu sancto. sed virtutes potius imediate a spiritusancto ergo virtutes potius debent dici dona spūssancti q̄ illa dona que sunt ab eis. ¶ Itē. virtus est q̄ su Tertio. um subiectum bonū facit. z opus eius bene reddit vt virtus oculi z virtus equi: ḡ similiter virtus aīe est que bonam aiam facit. z opus eius bene reddit. sed quodlibet septem donoz ū aiam bonā facit et opus ei⁹ bene reddit cū abilitet eā ad bonū operādū: ergo quodlibz donū est virtus. ¶ Itē. virQuarto. tus est habitus. habitus aūt nihil aliud est q̄ abilitas: ergo si virtus generat donū vna abilitas generat aliā abilitatē. z sic scōa tertiā eadē rōne sic in infinitū z ita i infinitū erūt dona ¶ Itē si virt⁹ Quinto. abilitat ad bona opera: ḡ pfecta virtus pfecte abilitat: z quanto est intensior virt⁹ tanto magis abilitat: ergo vna virt⁹ magis abilitat ad opa q̄ alia. hoc est maiori sua intensione: ḡ hoc nō est per abilitatem aliā a virtute. ¶ Propter has rationes videt nobis nō esse cōsentiēdū prime opinioni. magiSolutio. ster Symō tornacēsis dicebat q̄ dona nec erāt Symon Tornacēn. virtutes nec effectus virtutū: sed seminaria virtutum ponebat enī q̄ remissio pcti precedit infusionem virtutis. illius aut̄ remissionis ponebat causam septē dona que mūdant aiaz a contagio pcti et ita sanctificant ac pfecte preparant eā ad susciPiendas virtutes. z propter hoc z dona z sanctificationes dicuntur a sanctis. ¶ Sed ptra. virtus ptra hāc af fm se potēs est expellere quodlibet vicīū sine adiutorio alteri⁹ ḡ nō indiget aliqua alia causa pri⁹ mūdante. z ita illa septē dona superflu it. ¶ Itē Secūdo. nichil contrariatur pctō ppie z per se nisi virt⁹: sed septez dona cōtrariant propie z per se pctō. quia per se mundant aiam a peccatis vt ipsi dicūt ergo dona sunt virtutes. contra hanc opinionem sunt omnes predicte rationes que probant dona Ultia resoesse virtutes. ppter hoc nobis videtur omnia dolutio doctona esse septem virtutes. ris.

¶ De numero donorum.

¶ Scōa questio huius capituli.

Queritur de numero donorū. videtur enī Af q̄ sint q̄ plura sint dona septē. ḡ dicit ei btūs plura. Jacobus Omne datū optimū et oē donū. zc. ḡ oēs virtutes sunt dona spūssancti. sed plures sunt virtutes q̄ septem. ḡ plura dona q̄ septem. ¶ Item. iuxta vnā virtutē cardinaSecundo. lem que est fortitudo sumitur vnū donū. scz donuz fortitudinis. ergo pari ratiōe iuxta alias tres sumuntur alia tria. s. donū iusticie: donum temperātie: donū prudentie. z ita erūt decem dona ad minus. ¶ Itē. timor de penis: z dolor de pctis sunt Tertio. due passiones vtiles. z vna est donū spūssancti. s. timor. ḡ pari ratiōe. z alia erit donū. scz dolor de pctis. ¶ Itē. alia dona a timore combinantur vt Quarto. sapientia: intellectus: consiliū: fortitudo: scientia pietas. ḡ pari ratione timor cōbinabit alij dono. et ita ad min⁹ erunt octo dona. ¶ Solu. sicut suSolutio. pra monstratum est septē dona sufficiūt ad regnū vite spiritualis. tā in opibus actiue: q̄ in opibus contemplatiue. ¶ Ad primū ḡ obiectū dicimus Ad primū. q̄ reuera omnes virtutes sunt dona spūssancti. sz ista septem dicūtur dona per quēdam appropriētatem. quia propter prerogatiuā quā habent mū

Sufficiētia donorū.

dandi aiam. primo z principaliter a septē capitalibus vicijs dicuntur specialiter dona. ¶Timor enīz per hoc q̄ humiliat expellit ſuperbiam. pietas aūt per hoc q̄ gaudet honorare primū expellit iuidiam. scientia qua cognoscim⁹ proximos esse filios dei vel posse esse de facili expellit irā. fortitudo q̄ impedimenta mūdi excludit: expellit accidiā. cōſilium quod docet nos mercari eterna p̄ transalibus remouet auariciam. intellectus per quē delectamur in bonis ſpūalibus excludit gulaz. sapientia qua pure delectamur in deo z in qua est ſūma delectatio ſpūalis excludit luxuriā: in qua est ſūma delectatio carnalis. que sicut dicit Greg. gustato

Differentia virtutū et donorum.

ſpū desipit oīs caro ¶Et alia est ratio ꝓpter quā illa septē dona dicūtur dona ſpūſſancti. ſ. q̄ faciunt hoīes ſpūales. politice enī virtutes bene operari faciunt ex ſuppoſitione p̄ceptoꝝ iuris naturalis. z ꝓpter hoc dicūtur aliq̄n naturales virtutes. z angulis domus cōparant in Job. ideo q̄ ſicut fortitudo dom⁹ conſiſtit in angulis. ita fundamentum virtutū conſiſtit in quattuor virtutibus

Adaptatio virtutes cardinales initūtur rōni naturali dona vero rōni fidei.

politicis rationes ſuas ſumentib⁹ a iure naturali ſeptem aūtē dona ſpūſſancti facūt bene operari per ſuppoſitionem ſpūalium rationū fidei. verbi gratia: prudentia politica dicit. non eē iniuriādū proximo per hoc q̄ ſupponit nullū debere facere quod ſibi non vult fieri. scientia aūtē donū dictat non esse iniuriandū primo q̄ filius dei est. z non esse trascenduz proximo. q̄m qui trascitur primo: reus erit iudicio. q̄ frater est z coheres huius. q̄ ergo ille septez virtutes ex ſpūalibus virtutibus

q̄re appellātur dōa ſpiritusſancti.

mouent ad operationē: meritovirtutes ſpūales z dona ſpūſſancti appellātur ſpecialiter. ¶Ad ſecundo obiectum dicim⁹ q̄ ſicut iuxta fortitudinē cardinalem est donū fortitudinis parū differens ab illa. ſic iuxta prudētiā est donū ſcientie z iuxta

Ad ſcōm.

iuſticiam est donū pietatis. tēperātia vero reducitur ad timorem dñi. q̄ timor dñi tēperat incētivum carnis. vñ in ſalmo. confige timore tuo carnes meas z ꝓpter hoc non oportuit diſtingui iſtō

Tēperātia et timor.

donum iuxta tēperantiā cardinalē. ¶Ad tertiuz dicimus q̄ nō est ſimile de dolore z timore. timor enī ſpecialiter expellit vnū de vicijs capitalibus ſcz ſuperbiā. ſed dolor nullū viciū expellit: ſed ſatiſfactorius est p̄ peccatis iam dimiſſis. vt ꝓpz i queſtione de iuſtificatione impij. ¶Ad vltimū dici-

Ad tertiū.

mus q̄ timor non obuiatur alij dono ꝓpter duas

Ad vltimū.

cauſas. Prima est: quia duo dona cōbinant ideo quia vnum est cauſa alterius. intellectus enī quo intellgimus ſpūalia bōa quibus dei⁹ replet ſctōs et ſibi aſſimilat: ducit nos ad delectandū in ſuauitate dei vt experimento cognoſcamus ſuauitatē dei: que cognitio est ſapientia. z intellecus generat ſapientiā. z ideo combinat ei. ſimiliter conſilium quo penſat hō q̄ nō ſunt ꝑdigne paſſiones. tē-

Prima cā.

est generatiuuz z regitiuū fortitudinis z pietatis timor aūt dñi regitur immediate a trib⁹ virtutib⁹ theologicis. qui enī vere credit ſperat ac diligit de neceſſitate timet offēdere iſm z ſeparari ab eo z ideo non habz comparē. nō enī opz iſm regi niſi a fide. ſpe caritate. cū non habeat circūſtantias alterius difficultatz. ¶Scōa ratio est quia ſicut

Scōa cā.

dicit eccleſiaſticus. xxv. timor dñi ſuper oīa ſe ſuperponit vel ſuper ſapientiam. quanto enim aliquis magis guſtat delectationem dei tanto magis timet ſeparari ab eo. vñ ſemp timor quaſi ſuppoſitus comꝓmitt z tenet alia dona. quia q̄ est ſuper alia dona p̄ ſe poſitus est. nec hz comparem.

¶Sed videtur poſſe p̄obari q̄ pauciora ſunt dona q̄m septē. q̄ſ dilectio qua diligit deus z qua diligunt hoies est vnica virtus: q̄ a ſimili est vnica virtus qua cognoſcit deus z qua cognoſcunt hoines ſiue humana. ſed cognitio qua cognoſcit dei⁹ est ſapientia. cognitio qua cognoſcunt hoies ſiue humana est ſcientia. z talis cognitio est donū: ergo idē donū est ſapientia z ſciētia. z ita pauciora ſunt dona q̄m septē. ¶Itē origen. dicit ſup cantica q̄ idem est diligere deū z diligere bona q̄ eiuſdem virtutis est diligere bona ſpūalia. ſcz virtutes z diligere deū: ergo eadē ratiōe eiuſdē virtutz est cognoſcere deū z cognoſcere bona. z ita eadē virtus est ſapientia z intellectus. z ita idē donū. z ita pauciora ſunt dona q̄m septem. ¶Solu. Ad primū dicimus q̄ non est ſimile de amore z cognitione. q̄ſ amor volūtas est ſummi boni. amor enī quo diligimus deū est volūtas qua volum⁹ ei ſūmum donū quod hz per naturā. amor aūt quo diligit proximus est volūtas qua volumus ei ſummū donū q̄ gram. quia q̄ idem est ſm ſevolūtas in dilectione proximi z dei. ideo eadem est virtus dilectio dei z dilectio proximi. ſed aliud est cognitio i deo. z aliud est cognitio in primo. z ideo nō est ſimile in dilectione z cognitione vt dictū est i queſtione de caritate. ¶Ad ſcōo obiectum ſimiliter dicimus q̄ non est ſimile. q̄ſ virtutes diligere est velle eis frui deo. z ideo dicit Augu. q̄ idē est diligere deū z diligere virtutes. q̄ſ idez est volitū in dilectione dei z in dilectione primi: ſed nō est idē cognitum in cognitione dei. z cognitiōe virtutū. ideo ptz q̄ non valz vltima argumentatio.

Iterū aſſ q̄ ſunt pauciora q̄m septez

Secundo.

Solutio ad primum.

Ad ſcōm.

Augustin.

¶De differentia donorū ad virtutes.

¶Tertia queſtio huius capituli.

Nõ duo exempla sacra propter qõ lazarus suscitatus ligat⁹ erat institis. et cecus videbat hoies quasi arbores ambulãtes istas reliqas repellit timor initialis. & ita per fidẽ a macula pcti mundato palato cordis per penitẽtiã que ex timore dei ꝯcipitur & a reliquijs ꝑ timorem sentit cor saporem dulcedinis dei: & sic sapiẽtia generatur in corde hois: sicut causa febris expulsa & reliquijs ei⁹: cibi dulcedinem sentit sanatus a febribus. & ita patz quare specialius ꝯ alie virtutes ꝺr fides initium sapientie. et similiter timor. vñ bene dicit ecclesiastic⁹. Timor dei initiũ dilectiõis eius. fides aũt. &c. Itẽ timor initialis dicitur habere oculum ad gr̃iam siue ad amorem Cõtra. diligere caritatis est: timere timoris. ꝑ timor non hz oculũ ad amorẽ dei. ¶ Solu. Timor dicit habere oculũ ad amorẽ dei: qz habz oculum ad sepationẽ ab amato timẽs ab illo separi ¶ Sz videtur ꝙ due sunt spẽs timoris. due eni sunt spẽs cupiditatis. Cupiditas qua cupit ꝙs delectari in cibo & potu plus iusto. & illa qua cupit luxuriã in coitu licet ad idẽ tendant: ꝑ pari rõne. timor pene et timor separatiõis erũt diuersaꝝ specieꝝ. sicut eni diuerse sunt volũtates si volita sunt diuersa. ita diuersi debẽt esse timores quib⁹ diuersa timẽtur ¶ Ad illud supradictũ est ꝙ timore initiali nõ timet pena inꝯtũ pena sed inꝯtuz separatiua et ita ꝓprie idẽ timet vtroqz timore initiali. s. filiali et separatio: & ꝓpter quod idẽ sunt in spẽ. ¶ Sed obijcitur. Sicut fides informis duplicẽ habz oculum. s. ad penas eternas ꝙs credit esse ad summaz bonitatẽ dei quã credit eẽ. sic & fides formata. ꝑ sicut fides informis motu directo precise in penas eternas generat seruilẽ timorẽ quo pure & precise timetur pena nõ habito respectu ad bonitatẽ dei sic̃iter fides formata poterit generare aliquem timorẽ illo motu quo mouet precise per viã merorꝝ in penas eternas non habito respectu ad summaz bonitatẽ dei. sed si hoc erit aliqs timor in caritate quo pena eterna timetur inꝯtũ pena & alius quo timetur sepatio: ꝑ due sunt spẽs timorꝝ. ¶ Solu. Omnis speculatio prius est de fine ꝙz de his que ad finẽ. ergo cũ fides sit quedaz speculatio primo primo respicit finẽ: ꝙz ea que sunt ad finẽ. sz bonũ est finis oim: ergo primo mouet fides in bonuz ꝙz in id quod ẽ ad bonũ. vñ intuitu sũmi boni primo de necessitate gr̃iat caritatẽ ꝙz intuitu penarũ generet timorẽ. quare is est ordo vt caritas sit i fide timor aũt in caritate. ex quo ptz: impossibile est ꝙ fides formata generet timorẽ pene ꝑ ꝙ pena: sz credens deũ esse summũ bonũ in se. & sic̃iter sibi videns ꝙ ꝑ penas separari posset generat timorem pene. non inꝯtũ est pena: sz inꝯtũ separat. et ita ptz ꝙ non erunt in caritate diuerse spẽs timoris. ¶ Sed obijcit iterũ Bonũ est finis oim virtutũ: ergo ꝙ fides credit penas eternas eẽ vel deũ punire ipenitentes pena eterna: nõ est nisi ꝓpter bonuz. Esto igitur ꝙ ꝑ viã ista generet timorẽ quo timeat quis penas eternas ꝓpter bonũ siue vt nõ separetur a bono. constat ꝙ hmõi timoris finis siue materia circa quã est ipsa pena. licet vltim⁹ finis eius sit bon⁹. sicut Aug. dicit ꝙ volũtas qua volo ad fenestrã ire vt videã transeuntes. primus finis est ire ad fenestrã. vltimus est timere transeuntes. initialis ergo timoris quem fides sic generat est ipsa pena primus finis. filialis aũt timoris primus finis est separatio. sed ꝑ primos fines distinguũtur virtutũ opa & ipse virtutes. ꝙ cũ diuersi fines primi sunt hmõi timoruz: isti timores sunt diuersi in spẽ: ergo in habẽte caritatẽ sunt diuersi timores in spẽ: qõ prenegatuz est. nec potest dici ꝙ hec argumẽtatio non teneat. diuersi sunt fines huius primi timoris & illi⁹: ergo diuersi sunt timores in specie. ideo: quia in fide habet instantiam. Fides enim duos primos fines habet. scz penas eternas et bona eterna: nõ tamẽ sunt due species fidei. aliud enim est de fide aliud de timore. qm̃ fides vna est eo ꝙ vna est ratio omniũ faciendoruz: & ꝓpter hoc virtutes que sunt in affectu necessariũ est distingui ꝙ primos fines siue per materias primas. ¶ Item. timere penã eternã ꝓpter deum bonum est & meritoriũ. ꝙ alicuius virtutꝭ: nõ nisi timoris initialis: vt ptz inspicienti per singulas virtutes. ergo pena inquantũ pena timetur timore initiali. separatio aũt timetur timore filiali. et inde vt prius. ¶ Solutio. Sicut dictũ est: impossibile est ꝙ fides ꝓ⁹ moueatur in penas eternas ꝙz in bonũ eternum eo ꝙ necessariũ est: ꝙ primo speculetur finem suum bonũ. s. vnde prius generat caritatẽ: ꝙz timorẽ. & inde sequitur ꝙ nunqz ꝑm hancviam generabit timorem pene inꝯtũ est pena. sed si timorẽ pene generet. hoc erit inꝯtum est separatiua a bono ¶ Dicimus ꝙ non timetur pena vt non separet a bono hec dictio vt: non est nota vltimi finis: ꝙz dispositio primi finis pene. s. quia pena timetur: non inꝯtum pena: sed inꝯtuz separatiua. ¶ Preterea. timere penam inꝯtum pena siue inꝯtum destructoria vel nociua: nõ est quid spirituale: sed inꝯtũ separatiua a summo bono spirituale est: & ꝓpter hoc primo modo nõ potest timeri pena ad imperium virtutis spiritualis. sicut sunt fides/spes/caritas. sed scõo modo. s. inꝯtum separatiua ¶ Per hoc patz solutio ad oia obiecta: quia soluẽdũ est ꝑ interẽptionẽ. ¶ Itẽ. esto ꝙ aliquis perfecte considerãs ꝙ pena purgatorij retardat a gloria abstineat a venialibus peccatis. Querit cuius modi timor sit iste timor non est naturalis aut mundanus: aut hũanus: aut seruilis: aut initialis. quia sic timẽs pfectus est: nec filialis. quia habz oculũ ad penaz. ergo iste timor non est aliquis predictorũ. ꝙ insufficiens est diuisio timoris superius posita. qõ multi concedunt ¶ Nos autẽ dicim⁹ ꝙ iste timor põt eẽ naturalis vel initialis. naturalis quidẽ si ꝑ imaginationem configentẽ apprehendatur pena purgatorij tãꝙz nociua. si voro secundũ rationez apprehendatur illa pena inꝯtuz dilatoria gloriesiue separatiua ad tempus timor est initialis. vnde dicimus in tali casu & perfectus timet ad modum incipientis.
¶ Item. eadem est virtus qua diligit aliquis cõiungi eterne glorie & separari a pena eterna: ꝙ pari ratione. idem erit timor quo timetur separari a gloria et quo timetur coniungi eterne pene. sed timor separationis a gloria est timor filialis. timor separationis a pena est timor seruilis: ergo idem

Exemplũ.

Solutio.

Augustin⁹

ꝓtra aliõs dictum af.

Solutio.

Iterꝫ aſ cõtra dicta.

Solutio ꝓz ex dictis.

Iterum aſ.

Replica.

De fide & timore aliter dicendum.

Iterum aſ.

Solutio. Pẽa timet inꝯtũ separatiua.

Ad rõnem.

Iterum aſ.

Ad omnes rõnes.

q̃stio icidẽs

Opinio aliquorum.

Opinio doctoris.

Iterum aſ.

Solutio. Duplex timor.

Alr ꝓt dici.

Iterum aſ.

Solutio. Duplex dilectio charitatis.

Amor mercenarius.

ꝓpter capit equoce.

Probatio ꝑ euãgeliũ

Amor & timor proportionantur:

est timor in essentia filialis ꝙ seruilis. quod prenegatum est. ¶ Solutio. Timor quo aliquis timet cõtigi pene eterne duplex est: qz si timeꝭ sic pena inꝯtũ destructoria vel nociua. timorẽ seruilis. sed inꝯtũ separatiua a deo timor est initialis Primo modo non est verũ qõd sit idẽ in essentia timor quo timetur coniunctio cum pena eterna. secũdo modo verũ est. ¶ Soluẽdũ igitur ꝑ distinctionẽ. Similiter posset hec distingui. Qadẽ ẽ virtus qua quis diligit cõiungi eterne glorie & separari a pena eterna. qz forte separatio a pena eterna non põt diligi a virtute que est spũalis nisi inquãtũ pena separat a gloria. ¶ Dictũ ẽ ꝙ timor initialis vel timẽs initialiter nõ timet penã eternam nisi inꝯtũ separatiua est a deo nec timet offendere deũ nisi inquãtũ offẽsa dei separat a deo. & sic de alijs nichil ergo timet nisi inquãtũ separat a deo. nec etiã tẽptationes diaboli timet nisi inquãtũ separãt a deo sed ꝓpter hoc ꝺr timor initialis habere oculũ ad gloriã: qz timet ea q̃ separant a gr̃ia: ergo cũ nichil time at nisi quod a gr̃ia separat non habet oculũ nisi ad gr̃iam. falsum est ergo qõd cõiter dicit ꝙ timor initialis duos habz oculos. vnũ ad penã. aliũ ad gr̃iam. ¶ Solutio. Dupler est modus diligẽdi deũ ex caritate. Est esti vnus amor filialis. alius mercẽnarius. Amor filialis est quo diligim⁹ deũ ꝓpter se. non habito respectu ad aliquã vtilitatẽ nostrã puenientẽ ex amore illo. sicut filius diligit patrẽ nõ habito respectu ad aliquã vtilitatẽ proueniẽtẽ ex amore illo. & si nulla accideret vtilitas. tamẽ diligeret. ¶ Mercẽnarius a mor ex caritate est quo diligimus deũ. non tantũ ꝓpter se: sed habito respectu ad mercedẽ. s. ad beatitudinẽ creatam quã habit nobis in futuro. & etiã habito respectu ad tẽporalia bona q̃ dat nobis in presenti. tñ illo amore cuz dicimus diligimus deũ ꝓpter se & ꝓpter beatitudinẽ creatam. & ꝓpter bona temporalia que dat nobis. dissimiliter sumit hec ꝓpositio ꝓpter. cum enim dicimus diligimus deũ ꝓpter se. hec ꝓpositio ꝓpter notat finẽ in quo quiescitur. Cuz dicimus diligimus deũ ꝓpter beatitudinẽ creatam: notat finẽ quo quiescitur. cũ aũt dicimus diligimus deũ ꝓpter tẽporalia nõ notat finẽ: sz causam motiuã & prouocatiuã & quodãmodo augmẽtatiuã dilectiõis dei. ꝙ aũt iste amor mercẽnarius sit ex caritate patet in euãgelio luce vbi dictũ Quãti mercẽnarij i domo patris mei abũdãt panibus. ego aũt hic fame pereo. nõ essi abũdarent panibus nec essent in domo patris mei nisi haberent caritatẽ. Iste aũt amor mercẽnarius imperfectus est. amor vero filialis pfectoriũ ẽ. ¶ Istis duobus amoribus respõdent duo timores. vn⁹ filialis alius initialis. filiali timore timemus separari a deo tm̃ ꝓpter se nõ habito respectu ad aliquod incõmodũ extrinsecũ quod ex seperatiõe accidit. & hmõi timor pfectoriũ est: initialis timor ẽ quo timem⁹ separari. nõ tm̃ ꝓpter deũ: sed etiam propt incõmoda q̃ accidũt ex separatiõe a deo. s. propt separationẽ angelicã q̃ est beatitudo creata. & etiã propt penas eternas q̃ infligũtur his q̃ separantur a deo. Sed amor dei & amor gr̃ie create proprie generãt timorẽ initialẽ. & propt hoc ꝓprie & ꝙ se timor initialis fugit separationẽ a deo & separationẽ a gloria. Pena vero eterna non est ꝓprie generatiua timoris initialis sed ẽ quasi stimulus prouocatiuus & augmẽtatiuus timoris. si cut bona talia prouocãt & augmẽtant timorem mercẽnarij. Quãdo ergo ꝺr timor initialis habere duos oculos non intelligitur ꝙ eodem modo & equalitate habeat illos. habet eñ oculũ ad penã tanꝙz ad stimulũ suũ ad gloriã aũt tanꝙz ad illud cui⁹ separationẽ ꝓprie & per se fugit ¶ Itẽ. queritur de intensione & remissione siue de augmẽto et diminutiõe timoris initialis. Augn. dicit ꝙ caritas minuit timorẽ: ergo nõ diminuit. ¶ Solutio Sine dubio caritas nõ minuit timorẽ ꝙtũ ad eẽntiã. & Aug. in predicta auctoritate nõ loquitur de caritate & timore ꝙtũ ad essentiã: sed ꝙtũ ad statum. quẽ timens initialiter in principio caritatis habet conscĩam peccati: & ita sentit morsus & pũctiones conscientie in illo statu: sed in postea qñ incipit toeũdari non ita sentit. tamen eque timet cautele timore vt prius. vel magis: caritas ergo minuit timorẽ ꝙtũ ad tormentũ conscientie: sed non ꝙtũ ad cautelã nec quãtũ ad essentiã ipsi timoris. ¶ Sed iterꝫ obijcit. Quãto aliquis magꝭ diligit magis sperat: & quãto magis sperat magꝭ cõfidit. & quãto magis cõfidit tãtomagis est securus & quãtomagis est securus tanto minus timet ergo a primo quãto aliqs magis diligit tanto minus timet. ¶ Cõtra. caritas scõm se est gr̃atiua timoris: ergo maior caritas maioris timoris: ergo quãtomagis magis timet. ¶ Item. oẽs virtutes sunt pares: ergo crescente caritate crescit timor: ergo quãtomagis diligit aliquis tãtomagꝭ timet. ¶ Solu. Utraqz istarũ est vera quãto aliquis magis diligit tãtominus timet: & quãto magis diligit tantomagis timet. vt sumam⁹ hoc verbum timet in habitu non in actu: qz quãtomagis diligit aliquis tanto abilis est ad magis timendũ & minus timendũ: sed scõm diuersas vias. qm̃ secundũ viã spei abilis est ad minus timendũ. Ille eñ qui magis diligit si mouet motu spei considerando largitatẽ dei minus timet ꝙz ille qui minus diligit & minus sperat. sed ꝺm viam scientie q̃ magis diligit magis timet. quoniã consideratis eisdem periculis penitus ille qui magis diligit magis timet dum modo alie circũstantie sunt pares.

Solutio. Pena quomodo gñat timorem.

Alia q̃stio incidens. Augustin⁹. Solutio.

Ad augustinum.

Iterum aſ.

In oppm.

Secundo.

Nota.

¶ De filiali timore. Tertium capitulum.



Icto de timore initiali dicẽdũ est de filiali. circa quẽ primo videndũ vtrũ sint diuerse species timoꝛ filialis. Scõo q̃ sit differentia inter timorẽ initialẽ & timorẽ filialẽ. Tertio de timore christi et qualiter sit timor in angelis & in patria.

¶ Prima questia huius capituli vtrum timor filialis sit vnus tantum in specie.



Irca primũ capitulũ ꝓbatur ꝙ diuerse sunt species timoris filialis. qm̃ timor filialis timet offendere deũ. & timet separari a deo: ergo diuersa sũt scõm speciẽ ea que timentur timore filiali: ergo timor filialis diuersos habet fines primos et immediatos siue

Aſ ꝙ non.

diuersas materias. Jn talibus eñ materia vocat finis: sed secūdū diuersitatē primorū finiū distinguūtur virtutes: ergo diuersē sūt timores filiales scōm speciem. ¶ Itē. filius carnalis timet offendere patrē suū. q̄uis nō timet separari ab ipo. ꝛ in infinitū magis diligit filius spūalis patrē spiritualē q̄ filius carnalis patrē carnalē. ergo filiꝰ spūalis timet offendere vel pōt timere offendere deū: ꝛ si nō timeat separari a deo. aliud igitur est timere offendere deū. aliud est timere separari a deo: ꝛ ita timore filiali timētur diuersa scōm speciem. ꝛ indeut primus. ¶ Sed contra. idē est amor quo diligimus deū scōm speciē et quo diligimus deū habere siue beatitudinē creatā. ergo idem ē timor scōz speciē quo timemꝰ opposita illoꝝ duorum. sed timor offense dei: respōdet amori gratuito dei: ꝛ timor separatiōis rñdet amori quo diligimus habere deū. ergo idē est timor in specie quo timemus offendere deū: ꝛ quo timemus separari a deo. ꝛ ita timor filialis nō habet diuersas species. ¶ Item eiusdē virtutis in specie est volūtas qua volo habere deū ꝛ q̄ volo seruire deo. vtraq; eñ volūtas caritaꝛ est. q; caritatis vel amicicie est velle facere quod placet deo: ꝛ hoc est seruire deo: ergo eiusdē ꝑtutis in specie est velle seruire deo ꝛ velle habere deū. ergo eiusdē virtutꝫ in specie est timere opposita. sed offendere deū est oppositū ei qđ est seruire deo ꝛ separari a deo ē oppositum ei quod est habere deū. ergo timere offēdere deū ꝛ timere separari a deo: sūt eiusdē virtutis in specie. ergo timor filialis non habet diuersas species. ¶ Ad cōcedimus. ¶ Ad primū dicimus q̄ filialis timor timet diuersa. sed non vt diuersa. sed vtonū. timet eñ offendere deū inquantum separatiuū est a deo. ꝛ propter hoc nō valet prima argumentatio. ¶ Ad scōm dicimꝰ q̄ nō ē simile de filio carnali ꝛ de filio spūali: q; filius carnalis pōt offendere patrē carnalē: ita q̄ nō separetur ab eo nec pater subtrahat ei bona sua. sed filius spiritualis nō potest offendere deum quin separetur ab eo: quia offendere deū ē peccare mortaliter. et peccare mortaliter est separari ex deo vel causa illius. ꝛ ꝓpter hoc non est simile.

¶ De differentia timoris filialis ad initialem.

¶ Secunda questio huius capituli vtrum illi duo timores differant specie.

Quaeritur de differētia timoris filialis ad initialē ꝛ videtur q̄ differant scōz spēz. qñ Aug. dicit q̄ quattuor sūt diligēda ex caritate. primo deus. scō nos. tertio quod iuxta nos est. s. proximꝰ. quarto corpus propriū ꝛ primi: sic ergo stola corporis diligenda est ex caritate. ꝛ ita stola corpis est quedā materia per se caritatis: ergo eius oppm est p se materia timoris. sed eiꝰ oppm ē pena eterna q̄ affligit corpꝰ: ꝧ pena eterna est pse materia timoris: sed nō ē per se materia filialis timoris: q; timor filialis nō timet per se penas eternas: sed solū separari a deo ergo pena eterna est per se materia alterius timoris non nisi initialis: ergo timor initialis ꝛ timor filialis habent diuersas materias ꝓprie ꝛ per se: ergo ꝛ proprios fines ꝓprie ꝛ per se. materia eñ in talibus finis appellatur. sed scōz diuersos fines ꝓprios distinguūtur ꝑtutes: ergo initialis timor ꝛ filialis differūt scōm speciem. ¶ Sed si hoc cōceditur videtur q̄ aliqua virtus habeat tres fines. qm timor initialis timet penas eternas ꝓpter hoc quia separatiue sūt a deo. ꝛ hoc ꝓpter deū. quelibet eñ virtus mouet ꝓpter deū. Sic igitur timor initialis tres fines habet. s. penas eternas. ꝛ separationē a deo. ꝛ ipm deū. hoc aūt nō cōtingit in aliqua alia virtute. qm caritas nō habet nisi vnū finē. sed habet illū duplicatum caritas eñ diligit bonū: q; bonū. Alie ꝑtutes duos habent fines: q; ꝓpter materiā quā habēt pro fine habent finē caritaꝫ. s. bonū. Nulla ergo virtus debet habere tres fines vt videt. et ita timor initialis nō debet habere penas eternas vt ꝓpriam materiā. ¶ Itē. caritate ꝑtute nichil aliud a deo diligitur nisi inḡtū ꝓiungit nos deo: ergo timore virtute nichil timemus nisi inḡtū illud qđ timet separat a deo: ergo quicqđ timet timor initialis timet inḡtum separat a deo: ergo ꝓprie ꝛ per se timet separationē a deo. sed hoc ꝓprie et per se timet timore filiali: ergo timor filialis ꝛ timor initialis nō differūt scōm speciē. cū nō differunt scōm ea q̄ per se ꝛ ꝓprie timētur qđ concedi mus hac rōne. ¶ Ad istud qđ obijcitur dicimus q̄ stola corporis nō est per se materia caritaꝫ nisi inḡtū augmentat stolā aie. vnde nō sequitur q̄ pena sit per se materia timoris virtutis. Notandū tamē q̄ pena eterna in duplici opatione se hz ad timorē initialē. s. vt materia ꝛ vt stimulus. ꝛ licet se habeat vt materia: non tamē tres habet fines. qm cū ōr timet penas eternas vt separatiuas a deo nō denotat duos fines: sed primū ōr vt finis. secūdū vt dispositio finis. ¶ Quaeritur postea vtrū ꝺo incidens perfectꝰ timeat penā eternā. ꝓbatur q̄ sic. q; Jero. ōr. Prudenter timet q̄cqđ pōt accidere. hz perfectus pōt incurrere penā eternā: ergo debet timere eā ꝛ cōstat q̄ perfectus facit quod debet: ꝧ timet penā eternā. ¶ Itē. ꝑfectus timet peccare: nō alia rōne nisi quia pōt peccare. quia si sciret se nō posse peccare nō timeret: ergo eadē rōne timet se posse incurrere penā eternā cū sciat se posse incurrere illā. ꝛ ita timet penā eternā. Si cōceditur. ¶ Cōtra. Hiero. ōr. Qui timet: penam hz ꝛ loquitur de timore pene. ꝛ qui penā habet nō ē perfectus: ergo qui timet nō est perfectus: ergo si est ꝑfectus nō timet. ꝛ ita perfectus non timet penā eternā. ¶ Itē. indirecte. si perfectus timet penā eternā. cū perfectus nō habeat nisi timorē filialē: ergo timor filialis timet penā eternā. ꝛ ita habet oculū ad penā eternaz: ꝛ habet oculum ad gl̄iam. Hoc ꝓstat: ergo habet duos oculos sicut initialis. ergo nō differūt scōz hoc timor filialis ꝛ timor initialis. ¶ Solutio. Timor pene eterne ꝙ stola corporis nō est per se materia caritaꝫ timor pūgitiuus qui dupler est. s. timor cautele: timor pūgitiuus qui penā habet. Timens eñ initialiter pūgitur ꝛ angustiaꝫ intra se ex conscientia peccati: de quo nescit an sit dimissum sibi. hmōi timor pene eterne. scz pungitiuus nō est in perfecto: sed timor cautele ibi est: q; cauet penas eternas sicut cauet peccare mortaliter. ¶ Ad istā aucto. Qui timet: penā

Secundo.

Jn oppm.

Secundo.

Secundo.

Solutio ad primum.

Ad scōm.

Af ꝙ sic ꝙ augustinꝰ.

Jn oppm ꝙ

Secundo.

Solutio.

Ad rationē

Notandū.

Ad auctoꝝ

tatem post oppositum. habet dicimus ꝙ intelligitur de timore pūgitiuo nō de timore cautele. ¶ Ad scōm obiectū dicimꝰ ꝙ ḡuis timor filialis timore cautele timeat penam eternā. nō tamen ōr habere oculū ad penam eternā: quia nulla bona opera facit intuitu pene eterne: sed amore solo: quoniā solus amor sollicitat ipm in operibus. vñ pro sola acquisitiōe gl̄ie laborat: sed cū hoc accidit ꝙ vitaꝫ pena eterna.

¶ Utrū christus habuit timorē filialem.

¶ Tertia questio huius capituli.

Af ꝙ sic.

Secundo.

Tertio per glosam.

Quarto ꝙ ieronimum

Jn oppm.

Secundo.

Tertio.

Solutio.

Diffinitio reuerentie.

Ad rationē

Patientia pauperum.

Ad aliud.

Ad aliud.

Quaeritur vtrū xp̄s habuit timorē filialē. ꝓbatur ꝙ sic Jn psal. ōr. Timor dñi sanctus ꝑmanet in scm̄ sc̄lm: ergo timor dñi sctūs est in patria. Sed timor dñi sctūs est timor filialis: ergo timor filialis est in patria ꝛ ita est in sanctis qui sūt in patria ꝛ in angelis. eadem ratiōe fuit in christo. ¶ Itē. ecclesiasticus. xxiij. Nihil melius ḡ timere deū. Sed oīa bona optima fuerūt in christo ergo timor dei fuit i xp̄o ¶ Itē. dicit glo. gilberti sup illud ad Roma. Nō accepistis spm̄ seruitutis. ꝛc. timore seruili ꝛ timore filiali timet sponsus. sed timore seruili timet ne veniat iudicatur⁹. timore filiali timet ne tardet: ꝛ cum venerit timebit ne discedat. ergo in patria erit timor separatiōis: ꝛ ita timor filialis. ḡ timor filialis fuit in xp̄o. ¶ Itē. sup illud Jsaie. Egredietur virga. ꝛc. dicit Jeronimus. mutatur ꝙ dū qñ venitur ad timorē ꝓpter minores ne desperēt si timeant cū audiāt xp̄m fuisse repletū timore. ergo xp̄s fuit repletus timore quo timent minores. sed minores timet timore initiali. ḡ ꝛ xp̄us timuit timore initiali: multomagis filiali: ergo christus habuit timorē filialē. ¶ Sed cōtra. christus sciebat ꝙ impossibile erat ipm separari a deo: ergo nō timuit separationē a deo. fatuum eñ esset timere quod scitur impossibile esse accidere. sed timor separationis est timor filialis. ḡ timor filialis non fuit in xp̄o nec erit in patria: cū quilibet sctūs sciat impossibile esse se separari a deo. ¶ Itē. spes est de futuro bono: timor de futuro malo. sed i patria spes penitus euacuabit. qm nullū futurū bonum expectabit. ergo eadē rōne timor penit⁹ euacuabitur in patria. qm nullū futurum timebitur. ¶ Itē. timor separationis ex imperfectione ē ita ex parte. sed cū venerit qđ perfectū est euacuabitur quod ex parte est. ḡ timor separatiōis euacuabitur penitus in patria. ḡ et timor filialis: ꝛ ita timor filialis non fuit in christo nec erit in patria. ¶ Solutio. timor filialis duas species habet. s. timorē separationis ꝛ timorē reuerentie. Est aūt reuerentia resilitio ab altitudine dei in propriam paruitatē. iste timor erit in patria et fuit in xp̄o. hz timor separatiōis nō fuit in xp̄o nec erit in prima ¶ Ad illud qđ obijcitur. Timor dñi sctūs ꝑmanet in seculū seculi. ꝛ cū dicit glosa ꝙ ille timor dicitur ꝑmanere in seculū seculi: q; effectus eiꝰ permanet in essentia. sicut ōr. Patiētia pauperū nō peribit in finem. i. effectus patientie pauperū nō peribit in finē. ¶ Ad illā auctoritatē nihil melius ḡ timor dei. dicimus ꝙ intelligitur de timore reuerentie qui sine dubio fuit in xp̄o. ¶ Ad auctoritatē gilberti dicimus ꝙ sic debet intelligi. cum spōsus venerit timebimus ne recedat. i. ad modū timentiū nos habebimus. sicut illud exponitur. Tremebūt angeli. i. ad modū trementiū se habebunt. ¶ Ad vltimo obiectū dicimus ꝙ ḡuis xp̄s repletus fuerit timore ꝓpter minores. nō tamē sequitur ꝙ christus eundē timorē habuit quem ꝛ minores. sed sequitur ꝙ timorem habuit. ¶ Alia tamen pōt ratio assignari preter rōnē Jeronimi. quare xp̄s dicit fuisse repletus timore. s. q; timor reuerentie maximū habuit effectū in xp̄o. Ex timore eñ reuerentie humiliauit seipsū ad passionē ꝛ mortē. vnde ap̄lus dicit de christo. In oīb⁹ exauditur pro sua reuerentia. ꝛ ita reuerētia in xp̄o maximū effectum habuit. vnde dicitur fuisse repletus spiritu timoris domini.

Tremebūt angeli exponitur.

Af pt dicit.

Paulus.

¶ De dono quod est pietas.

¶ Capitulum quartum.

Dicto de dono timoris. dicendū ē de dono pietatis. Pietas eñ imediate sequit donū timoris. Qui eñ timet deū ꝓpter se ꝛ sup oīa ipm sicut debet honorat: et scripturā ipsius. ꝛ proximū ꝓpter ipsum ꝛ in hoc honorare cōsistit pietas. ¶ Queritur ergo qualiter sumit pietas scōm qđ est donū. videt ꝙ ides sit precise quod mia. qm sup metū adaptatur pietas scōz ꝙ est donum: beatitudini q̄ est māsuetudo que significatur cū dicitur. Beati mites. quoniā ipsi possidebūt terrā. Sed cōstat ꝙ māsuetudo non est nisi in respectu ad proximū: ḡ nec pietas scōz ꝙ est donum. aliter eñ incōpetens esset adaptatio. sed pietas que nō est nisi ad proximum idem est precise ꝙ mia: ergo pietas donū idez est precise ꝙ mia. ¶ Item. Grego. sup Job. in principio dicit: ꝙ pietas docet misereri. ꝛ iterꝫ ōr. pietas sine scientia nescit misereri. ꝛ ita videt ꝙ pietas donū idem sit precise ꝙ mia. ¶ Sed contra. Super matheū dicit glo. ꝙ pietatis est venerari sancta: sed venerari sctā pertinet ad aliquā speciē iusticie. qm quādo veneramur sctā reddimꝰ deo quod debemus ei. qm deꝰ sctūs est. Similiter ei cū reddimus ꝓlatis qđ suū est veneramur sctā: quia ꝓlati sūt sancti. Eodē modo cū reddimus proximo quod suū est veneramur sctā: q; proximꝰ sctūs est in xp̄o factꝰ est ad imaginē dei: ergo cuz qualibet spē iusticie veneremur sctā pietas: scōz hoc ꝙ cōprehendit oēs species iusticie. ꝛ ita pietas idē est ꝙ iusticia. ¶ Item. oīs honor deo debitus ꝛ ipsi exhibitus reducitur ad latriā. ergo eadem ratione. oīs honor primo debitꝰ ꝓ xp̄o exhibitus reducit ad dulīā. sed qñ do elemosinā. proximo honorꝫ ipm: q; prepono ipm ꝛ palibus q̄bꝰ ꝓponendus est qđ est ipm honorare. sic igitur nō est motus aliquis alicuius spēi iusticie qui nō sit pietatis cuius est honorare sctā. ꝛ ita pietas donum cōprehēdit oēs spēs iusticie. ¶ Itē. eiusdez virtutis est velle esse iustū et velle assimilari deo in iusticia: q; eadē est causa relationis ꝛ qualitatꝫ scōm illam qualitatē: ergo eadē ratione. eiusdem virtutis est velle dare alicui tēpoꝛalia debito modo ꝛ velle ipm preponere tēpoꝛalibus debito modo. sed primū est iusticie: ergo ꝛ scōm. Sed cōstat ꝙ scōz est pietatis: ergo idē est pietas ꝙ iusticia.

Scōo per gregorium.

Jn oppm.

Secundo.

Tertio.

Quarto. ¶ Itē. fortitudo simpliciter sc̄m oēs spēs suas est donū spūssancti: ergo eadē ratione. iusticia secundū oēs species suas est donū spūssancti. Sed nullū aliud vel maius ḡ pietas: ergo pietas donum. idē est q̄ iusticia. ¶ Sed contra. Vilificare aliquē totaliter est motus vis irascibilis: q̄ tendit ad victoriā: ergo velle honorare aliquē est motus vis irascibilis: q̄ contraria sūt in eadē vi. sed pietas est velle honorare sc̄m oēs species suas: ergo pietas sc̄m oēs species suas est in vi irascibili. sed nō est ita de iusticia: ergo nō est idē pietas q̄ iusticia. ¶ Solutio. Dicim⁹ q̄ pietas sc̄z q̄ est donū p̄ncipalius idem est in essentia q̄ iusticia. sed ab illo dicitur illa virtus iusticia. s. inq̄tū procedit ex p̄ncipijs iuris naturalis. pietas v̄ eadem virtus inq̄tum procedit ex p̄ncipio fidei.

Solutio. Huic astipulat̄ dīus thom̄.

Ad p̄imū. ¶ Ad primo obiectū dicimus q̄ illa adaptatio q̄ adaptatur donū pietatis mānsuetudini facta ē nō pietate gr̄aliter: sed p̄o quadā specie pietatis.

Ad dictum gregorij. ¶ Similiter auctoritas gre. intelligit̄ nō de pietate gr̄aliter: sed de quadā spē pietatis. s. de mia.

Ad augustinum. Simili modo loquit̄ Aug. de iusticia cū dicit. iusticia cōstit in subueniendo miseris q̄m sic nō ponit diffinitionē vl descr̄iptionē iusticie. ꝛ est quedam exēplificatio de quadā specie iusticie ¶ Ad vltimū. obiectū dicim⁹ q̄ nō valet hec argūmētatio velle vilificare zc̄. ḡ velle honorare zc̄. q̄ velle vilificare z velle honorare non sūt contraria. q̄m velle vilificare aliquē est velle ipsum facere vilē. sed velle honorare aliquē nō ē velle statuere ip̄z in honore: sed velle facere opera quibus ostenditur eius dignitas. sed velle statuere aliquē in honore est contrariū ei quod est velle vilificare aliquē: z vtrūq; illoꝝ est in vi irascibili. ergo cū idē sit pietas q̄ iusticia z superius dictū sit de speciebus iusticie. patet quod dictū est de speciebus pietatis: propter quod transeūdum est ad tertium donum: sc̄z donum scientie.

¶ De scientia dono z primo de contrarietate eius ad prudentiam equus.

¶ Capitulum quintum.

Sonū scientie idem est in essentia q̄ prudentia: q̄ prudentia est regitiua operum iusticie. similiter z sciētia regitiua ē operum pietatis. q̄m opera pietatis nō placent deo: nisi fiant ex discreti oē. vnde in leuitico p̄ceptū est q̄ in omni sacrificio sal apponat. sc̄z discretio. Est ergo sciētia donū idem in essentia q̄ prudentia: q̄ est virtus politica. sed differunt in rōne agendi vt dictū est supra. q̄ prudētia procedit ex principio iuris naturalis. scientia donū ex principio fidei. z licet supertus dictū sit de prudētia: z propter hoc de scientia tamē duo restant determinanda de scientia. primū est de cōtrarietate sciētie doni ad prudentiā carnis siue ad sapiētiā mūdi. sc̄m ē de differentia sciētie z consilij.

Diffinitio sciētie q̄ est donum.

¶ Prima q̄stio vtrū sciētia sit idē q̄ prudētia.

Af q̄ non. Arca primū sic obiscitur. scientia donū z prudentia carnis sūt cōtraria. sed sciētia donū est electio faciēdoꝝ z fuga nō faciendoꝝ. ergo prudentia carnis ē electio nō faciendoꝝ z fuga faciendoꝝ. sed hoc ē peccatū. ergo prudentia carnis est pctm̄. ergo nō est a deo. ¶ Itē. A post. dicit. prudentia carnis est mors: sed nō corporis. ergo anie. sed omnis mors aie est pctm̄. ergo prudētia carnis est pctm̄: ergo non est a deo. ¶ Cōtra. ois sapiētia a dño deo ē. prudentia carnis est aliqua sapiētia: q̄ ē sapiētia de carnibus. ergo est a deo. ¶ Item. in prudētia carnis duo sūt. vnū est electio fugiendoꝝ. aliud est iudiciū quo aliquis iudicat secundū prudētiā carnis de fugiendo q̄ō sit eligendū. z tale iudiciū pōt appellari indiscretio vl error. ſz vltraq; illoꝝ sc̄z electio fugiendoꝝ z illud iudiciū est pctm̄: ergo illa duo que sūt in scientia q̄ rident istis duobus tanq̄ cōtraria aut sūt virtutes aut opa virtutum: ergo discretio que est in sciētia dono qua iudicamus qui sit faciendū aut est virtus aut opus virtutis. z dictū est supius oppositū. ¶ Preterea bene dicit. discretio nō tam est virtus q̄ auriga virtutū. est em̄ dirigens opa virtutū. Itē. prudentia carnis est electio oim carnaliū z abominatio oim spūaliū: q̄ eiusdē virtutis est appetere aliquid z abominari oppositū eius: ḡ per locū a contrarijs scientia donū est abominatio oim carnaliū z electio oim spūaliū: ergo est electio omniuꝝ credendoꝝ z oim diligendoꝝ. q̄ō falsū est. q̄m illud est fidei quod discernit quid credendū q̄d nō. et eligit credendū. sīc discernit q̄d diligendū q̄d nō: q̄ ipsa est lux illuminans aiam. ¶ Item prudentia carnis est mors anie: ergo prudentia spūs que est scientia donū est vita aie. z hoc est falsum Fides em̄ est vita aie. sicut dicit abacuch. Justus ex fide viuit. ¶ Preterea. q̄ fides sit vita anie in pñti patet. q̄m cognitio que succedet fidei in futuro erit vita aie. sicut dīt in euangelio Johannis. Hec est vita eterna. zc̄. ¶ Solutio. Concedim⁹ q̄ prudentia carnis est peccatum z non est a deo.

¶ Ad primo obiectū soluimus per interēptionē huius. prudentia carnis est aliqua sapientia. non em̄ est prudentia carnis sm̄ q̄ dicitur mors aie: ē prudentia de carnalib⁹. q̄m illa bona: z a deo est. sed prudentia carnalis est electio carnaliū volutatū. ¶ Ad scōm obiectū dicimus q̄ dupliciter ē discretio faciendoꝝ. vna naturalis. alia gratuita. Naturalis discretio est q̄ habet sc̄z principia turis naturalis. q̄m naturalis ratio dictat q̄ nō est furandū. nō est mechādū: q̄ nemini est iniurandum. hec naturalis discretio nō est virt⁹ nec op⁹ virtutis. discretio aūt gratuita est q̄ fit sm̄ principia fidei sicut illa qua discernim⁹ primū esse honorandū z eidē non esse iniurandū: q̄ imago dei est. z hec discretio est opus virtutis. s. fidei. z inde discretio q̄ est in prudētia carnis est malū. q̄ est cōtra discretionē fidei. Auctoritas beati intelligit de discretione naturali. ¶ Ad tertio obiectū dicimus q̄ prudentia carnis est electio oim carnaliū operū. sed nō est abominatio oim spūaliū operum: sed tantū illoꝝ q̄ sūt cōtraria carnalib⁹ verbi gratia. Aliquis delectatur in cibis delicatis: talis abominatur ieiunū. Sīc aliq̄s delectatur in mollicie z preciositate vestiū talis abhominat̄ ciliciū. z sic patet q̄ prudētia carnis nō est abhominatio oim spūaliū. ¶ Ad vltimo obiectū dicimus q̄ scientia donū est vita aie z quelibet ꝑtus est vita aie. Sed fides est prima vita q̄ est p̄ma virtutū. vnde magis attribuitur vita aie ipi fidei q̄m alijs virtutibus. vnde ista argumētatio est bona ꝑudentia carnis est mors aie ergo scientia donum est vita aie. sed ista nō valet. Prudentia carnis est prima mors aie: ergo donū est prima vita. cuius ratio est hec. q̄m bonū est finitū et ordinatum: sed malū infinitū et inordinatū. Ideo in vicijs nō est determinatū primū. Vñ prudētia carnis aliq̄n est primū vicioꝝ aliq̄n infidelitas. aliq̄n aliud. ¶ Per hoc p̄z q̄ hec argumentatio nō valet. Fides est prima vita: ergo infidelitas est p̄ma mors. Per predicta patet solutio ad hm̄oi argumentatiōes q̄ solent fieri. Nulla sciētia est opposita scientie ergo nulla prudētia est opposita prudentie. prudentia carnis nō est opposita prudentie spūs: sed scientia donū z prudentia spūs idem sūt: ergo prudentia carnis non est opposita scientie dono. ¶ Cōtra. Prudētia carnis est pctm̄: ergo est opposita alicui virtuti. nō nisi prudētie spiritus. z ita est opposita scientie dono. ¶ Itē. deo⁹ mortē nō fecit. sicut v̄ in libro sapi. sed prudētia carnis est mors. sicut v̄ apl's. ergo deus nō fecit prudentiā carnis. ¶ Sed cōtrariū habetur in baruch. vbi v̄ deꝰ adinuenit oēs viā discipline. z ita oēm disciplinā z oēm prudentiā: ḡ prudentiā carnis. ¶ Solutio. In oibus hijs argumētationibus est fallatia sm̄ q̄d ad simpl'r. q̄m prudentia carnis nō est simpl'r prudētia: q̄ determinatio illa diminuit rōnē prudētie. z ideo nō sequitur. illa prudentia est opposita alicui prudentie: ergo prudentiā carnis. ¶ Sed q̄ritur vtrū sapiētia mūdi q̄ est aliud q̄ sapiētia cuius sit cōtraria scientie dono. videtur q̄ sic. q̄ Aug. dicit. nō q̄quid sciri ab hoīe pōt in rebus humanis vt plurimum supuacue vanitatis est z nocte curiositatis huic scientie tribuo. sed illud tantū quo fides saluberrima q̄ ad verā beatitudinē ducit gignit: nutritur: roboratur. defendit: qua scientia nō pollent plurimi fideles q̄uis pollent ipsa fide plurimum q̄ aliud est scire tantū modo q̄d homo debeat credere ꝓpter adipiscēdā bonā vitā siue beatā aliud est scire quomodo hoc ipsū z pijs opituletur z cōtra impios defendant q̄ ꝓprio vocabulo appellatur sciētia. Hec aucto. ḥz multa disputabilia. q̄m videt esse falsū q̄ō v̄ hic. s. q̄ illud tribuit sciētie dono quo fides saluberrima gignit: ergo sm̄ hoc donū scientie gr̄aliter fidē: ḡ vel fides non est prima virtus. vel sciētia donū nō est virt⁹. quoꝝ vtrūq; est falsum. ¶ Obiscitur etiā contra hoc q̄ō v̄ q̄ scientia dono defendit fides. q̄m videt q̄ dono sapientie vel intellectus defendat fides. q̄ sapientie est causas dicere fidei secūdū q̄ fides est tātū de deo: z intellectus est causas dicere fidei: sc̄m q̄ fides est de deo z de diuinis. sed eiꝰ est fidē defendere cuius est causas fidei dicere. ergo sapientie z intellectus est fidē defendere. nō ergo donum scientie. ¶ Itē obiscitur cōtra hoc q̄ō dicit q̄ scientia non pollent fideles plurimi: q̄uis polleant plurimi fide. Cōtra. oēs ꝑtutes sunt pares. ḡ qui pollet fide: pollet sciētia dono. ¶ Itē. per illam auctoritatē ꝓbatur q̄ sapiētia mūdi: z sciētia donum sūt cōtraria. q̄ per donū scientie defenditur fides. per sapientiā mūdi impugnatur fides. quia sapientia mūdi dicit q̄ deus nō potuit esse homo ergo sapientia mūdi z donū scientie sūt cōtraria. ¶ Sed contra. fides asserit deū esse hoiem. sapientia mūdi asserit deū nō esse hoiem. ergo sapientia mundi z fides sūt cōtraria: sed tm̄ vnū vni ē cōtrariū. ergo sapientia mūdi z scientia donū nō sūt cōtraria. ¶ Solutio. ꝓcedimus q̄ donū scientie generat fidē nō in eodē subiecto in quo est donum scientie: sed in alio. vnde q̄uis simpliciter loquēdo fides precedat scientiā donū: tm̄ scientia donū precedit fidē quā generat in alijs subiect̄. q̄m donum scientie idē est q̄ prudentia. de qua v̄ in euāgelio. Fidelis seruus z prudēs. ꝓdicatores em̄ q̄ prudentiā suā generāt fidē in cordibus auditoꝝ.

Hec argumētatio nō valet. Per hoc ad alias. In oppm̄. Secundo. ꝑtra istō af Solutio. ḡo incidens Af q̄ sic p augustinū. Scdo contra aliud.

Ad idem. ꝑtra hoc af Solutio. Ad p̄imū. Ad scōm. Ad tertiū. Ad vltimū.

¶ Ad scōm obiectū dicimus q̄ scientia dono defenditur: q̄uis sapientia vel intellectu defendat. q̄m sapientia z intellectu defenditur fides mediate. sed scientia dono immediate. sapientie em̄ z intellectus est dicere causas fidei. etiā in vniuersali nō descēdendo ad speciales casus in quibus defenditur fides nō cōsiderando speciales circūstātias. sed scientia donū considerat spāles casus et speciales circūstantias q̄ō est alterius difficultatis: z ideo alterius virtutis. vnde per ipsū defenditur fides immediate. ¶ Ad tertio obiectū dicimus q̄ hec argumētatio nō valet. Sciētia donū z fides sūt equales: ḡ qui pollet fide: pollet scientia. q̄m equalitas virtutū respicit essentias ꝑtutum: sed pollere respicit vsum. vsus aūt sciētie donī longe maiorē difficultatem habet q̄ vsus fidei. q̄m fides innititur soli prime veritati p̄incipalit. z hoc non est multū difficile. sed scientia donū cōsistit in defensione fidei ab oibus partibus philosophie q̄m supponit oia q̄bus ꝓbatur ꝓbabiliter vel necessario id quod est fidei vel quod pertinet ad bonos mores. ideo non tm̄ supponit ea q̄ scripta sūt libris theorice: sed etiā ea q̄ scripta sūt in tota philosophia quibus vtitur ad ꝓbandū q̄ sic z sic credāt homines. vel q̄ sic z sic imperant homines. Alio tamē modo argumentatur. alio modo prudentia. q̄m scientia argumētatur cōcludēdo verum directe vel falsum ducendo ad impossibile. scientia vero donū siue prudentia concludit oſonē imperatiuā siue imperiū quo imperat actū fidei recte vel actū recte operatiōis. z ad talē cōclusionē faciendā supponit oia ꝓdicta. vñ Isa. Erit nobis liber iste sicut visio oim. vñ Hieron̄. Quid loquit̄ de physica/ethica/theologia: q̄c̄q̄d sanctarū scripturarū. q̄c̄q̄d pōt humana lingua ꝓferre z mortaliū sensus ꝑcipere: cōtinetur i libro Isaie. ꝓpter hoc est vsus scientie difficillim⁹. vñ multi pollent fide qui nō pollent sciētia. ¶ Ad vltimo obiectū dicimus q̄ sapientia mundi triplicit accipitur. Q̄ñq; em̄ sapientia mūdi v̄ astutia ad quirendi tē poralia quocūq; modo z delectādi in eis. z sic est cōtraria scientie dono. q̄ñq; sapiētia mundi v̄ astutia impugnādi fidē que est in here-

Jeronim⁹. Sapientia mūdi capit tripliciter.

ticis. et hec similiter est contraria scientie dono. qñq; dicitur sapiẽtia mũdi opinio falsa qua asserit aliquis cõtra fidẽ. sicut illa que asserit deũ nõ esse hoiez. hec est ꝓtraria fidei. ꝓ istã distinctionem ꝓdi. aſ ꝓtra ꝓdictã sic obijcitur. sed prudẽtia carnis ẽ cõtraria scientie dono z sapiẽtia mũdi. similiter cũ prudentia carnis z sapientia mũdi sint diuersa: plura scõm hoc sũt cõtraria vni. qõ est cõtra Aristo. q̃ dicit q vnũ vni est cõtrariũ. ¶ Forte dicit q prudentia carnis z sapientia mũdi sũt cõtrarie scientie dono. nõ scõm suas speciales rationes: sed secundũ q cõuenũt in quodã cõi quod scõz se ẽ cõtrariũ dono scientie: z sic vnũ vni est cõtrarium. verbi gra. Prodigalitas z auaritia sũt ꝓtrarie largitati. nõ scõz spãles rõnes: sed scõz q cõuenũt in rõne generis. sit a. nomẽ illius gñis qõ est cõe proximũ ad pdigalitatẽ z auaritiã. qõ pz in iniusticia z iusticia. iniusticia eñ cõmunis est ad suꝑfluitatẽ z diminutionẽ inter quas iusticia est media. Est igit vtraq; vicii actuale p se. ¶ Sz contra. Prudentia carnis z sapientia mũdi non sic se habent vt vnũ sit suꝑfluitas reliquũ vt diminutio. Est igitur vtraq; vicii actuale per se: q̃ vtraq; per se z secũdũ specialẽ rationẽ est ꝓtraria alicui virtuti: ergo cũ vtraq; sit ꝓtraria dono sciẽtie accidit vel plura per se esse cõtraria vni vel sciẽtiã donũ habere plures species. sed plura per se nõ sunt cõtraria vni: ergo sciẽtia donũ habet plures species ergo nõ est species specialissima: sed genus subalternũ. z potest ꝓbari per rõnẽ. Aug. di ꝓbat rõne. cit in premissa auctoritate q scientia dono defenditur fides: ergo scientie doni est defendere fidẽ. Secunda. ¶ Itẽ. Aug. sumit auctoritatẽ Job secũdũ aliã translationẽ q̃ dicit. Sapientia est pietas. scientia vero est abstinere a malis. Sic igitur scientia donũ diuersas habet materias circa quas est. sz scõm diuersitatẽ materie diuersificat species virtutũ: ergo diuerse sũt species sciẽtie doni. ¶ Forte dicet q oẽs ille materie cõtra quas est scientia vniũtur in quadã rõne cõi. s. in rõne faciẽdi. Sciẽtia eñ circa facienda est et imperat q faciẽda fiãt vnde non oportet scientiã donũ diuidi in multas species. cũ oẽs attingat sub vna ratione. s. sub ratione faciendi. ¶ Sed scõm hoc ꝓbatur q scientia donũ nõ differat a fide. qñ cũ sit prima ꝛtutum habet imperare oibus. z ita habet imperiuz circa oẽs materias aliarũ ꝛtutũ: ergo circa oĩa facienda. scõm hoc ergo nõ differt fides a sciẽtia dono. ¶ Forte dicit q fides habet imperiũ circa facienda in vniuersali nõ descendendo ad speciales casus z speciales circũstãtias. Scientia vero descendit ad casus spãles z spãles circũstantias. ¶ Scõm hoc ꝓbatur q plures sũt scientie doni. qñ certũ est q alij casus z alie circũstãtie considerande sũt circa carnẽ: et alie circa opa mundi. Videt ergo q sciẽtia debet habere diuersas species scõz diuersas circũstãtias z diuersos casus sed ꝓpter hoc cõcedit q sciẽtia donũ hz diuersas species. prudentia aũt habet diuersas spẽs scõm diuersa facienda z diuersa fugiẽda. z ita erit alia

ꝓtra ꝓdi. aſ

Euasio.

ꝓtra hoc aſ

ꝓtra hãc aſ

Alia euasio

ꝓtra hoc aſ

ꝓtra hãc aſ

prudentia circa ea q̃ sũt gule. alia circa ea q̃ sunt luxurie. z sic de alijs q̃ nec scti nec philosophi dixerũt. ¶ Preterea. quod regit scõz principia alicuius scientie ꝓtinet ad illã sciẽtiã circa quãcũq; materiã sit. sicut circularia vel quadrata vel oblonga circa geometricũ sũt in ☞tũ ꝓbatur ex principijs geometrici: ergo ad vnã ☞tutẽ ꝓtinet oẽ illud quod regitur ex principijs eiusdẽ virtutis circa quancũq; materiam sit. quoniam circa quancunq; materiam negocietur scientia donum semper procedit ex principijs fidei. ergo ad eandem virtutẽ speciale pertinent oĩa opera scientie circa quãcũq; materiã sint. ergo scientia donũ ẽ species specialissima. ¶ Q̃ cõcedimus. qñ donuz scientie siue prudentie se habet ad donũ pietatis in hoc q ꝓbat vt dictũ est. ¶ Ad primũ dicim9 q prudentia carnis z sapientia mũdi sũt cõtrarie scientie dono inquãtũ cõuenũt in quadã ratione cõi. s. inquantũ iperant actũ difformiter deo: vel contra rationẽ. sciẽtia eñ donũ dirigit opera ad normã rationis: z ad cõformitatẽ dei dictat oñi q hoc fiat. q̃ sic dictat ratio z fic agere est agere cõformiter deo. vñ Ysaias. Redite preuaricatores ad cor. in quo. s. inuenietis scriptũ quid facias. quid nõ. vñ in euãgelio Johã. voca virũ tuũ id est cõsule sinderesim. scõm hoc plura sũt cõtraria vni inquãtũ sunt vnita in vno cõmuni. sicut sanitas est cõtraria oibus speciebus morborũ inquã tum sũt morbi. tñ sanitas est specialissima. Eodẽ modo licet prudentia sit species specialissima opponitur tñ pluribus spẽbus viciorũ. s. prudentie carnis: sapientie mũdi. z in prima z in scõa significatione: tñ secũdũ q illa cõmunicãt in rõne cõi vt dictũ est. ¶ Ad illud quod obijcitur. q scientia donũ ẽ circa diuersas materias. z ideo debet habere diuersas species. dicendũ q nõ sequitur. qñ non est circa diuersas materias: ꝓprie loquẽdo: nisi scõm q cõuenĩũt in rõne faciendi z ad illas materias se habet per modũ imperandi z nõ per modũ exequẽdi. imperiũ aũt suum exercet in quacũq; materiã scõm eandẽ rõnẽ: scz q rõnẽ fidei: z licet illud imperiũ in diuersis materijs habeat diuersas difficultates: tñ quia per easdẽ rõnes explicãtur quãtũ ad imperiũ. ideo nõ est nisi vnica virtus imperãdi in oĩbus illis materijs. sz exequẽdi plures sunt virtutes. qñ in executione proprie consistit difficultas in qualibet materia. ¶ Ex predictis patet q scientia donũ ad tria se habet. s. ad defensionẽ fidei ad administrationez temporaliũ cõpetentẽ et ad abstinere a malis. sumit eñ Aug. hanc auctoritatẽ Job. scõm aliam translationẽ. scientia est abstinere a malis. quod proprie loquẽdo falsum esset. ipsa eñ scientia nõ est ipsuz abstinere. sed sciẽtia sollertia est qua abstinemus a malis. abstinere vero a malis est vt dicit Augu. in medio ꝓaue z puerse nationis prudenter conuersari. tamẽ oĩa illa tria cõprehendunt sub eodẽ quod est prudenter conuersari in medio ꝓaue et puerse nationis. qui enim defendit fidẽ prudenter conuersatur in medio ꝓaue z peruerse nationis. similiter qui bene administrat temporalia prudenter cõuersatur. zc. z similiter qui ab-

Secundo.

Ad aliud.

vnica ẽ prudentia scm speciem.

Ad aliud.

Conclusio ex dictis.

Augustin9.

Augustin9.

Diffinitio scientie.

stinet a malis. vnde conuenienter diffinitur scientia cum sic dicitur. ¶ Scientia est sollertia qua prudenter conuersamur in medio ꝓaue z peruerse nationis. ¶ Secunda questio.

¶ Que differentia sit inter donum scientie et donum consilij.

Af q non differunt.

Queritur que sit differentia inter donuz scientie z donũ consilij. videt q nulla. qñ similiter se habet scientia donũ ad opera pietatis. sicut cõsilium donũ ad opa fortitudinis. scientia eñ donũ regit opa pietatis z cõsiliũ opa fortitudinis. ¶ Q̃ pater p auctoritatẽ Gregorij. qui dicit q pietas sine sciẽtia nescit misereri. fortitudo sine cõsilio ꝓcipitat. sed eadẽ specialis prudentia politica regit opera prudentie politice z opa fortitudinis politice: q̃ eadẽ prudentia spũalis regit opa iusticie spũalis siue pietatis z opera fortitudinis spũalis. q̃ scientia donũ z cõsiliũ donũ sũt eadẽ prudentia spũalis z nõ differunt. ¶ Ad hoc dicũt quidã q scientia donũ est scientia quedã qua homo scit. qd scit. z a quo scit z ad quid scit. qñ sciẽtia dono scit homo se esse aial rationale mortale. z scit se eẽ a deo et se accepisse a deo talenta que debet multiplicare. vt ad beatitudinẽ puentat. Cõsiliũ aũt quo homo cauet pericula q̃ sũt in hoc exilio z que sũt in bello spũali quod hõ hz cõtra mũdũ z carnẽ z demonia z que sunt in hoc mari huiꝰ seculi ꝓ que necesse est nos sapienter nauigare. Et qõ ita sit: videt per Aug. qui dicit in libro de doctrina xpiana. q scientia dono cognoscũtur oẽs fines diuinarũ scripturarũ. sed q hoc sit falsum ꝓbat multis modis. primo q nulla cognitio ẽ virtꝰ vt ostẽdetur inferius. nisi cognitio fidei z intellectus sapientie. sed donũ scientie nõ est aliqua istarũ trium cognitionũ: ergo vel donũ scientie non est virtus vel nõ est aliqua cognitio. z ita nõ est sciẽtia qua homo scit quid sit et a quo z ad quid. ¶ Itez ois virtus semp facit subiectũ suũ laudabile z donuz scientie est virtus. ergo zẽ. sed scientia qua homo scit quid sit z a quo z ad quid nõ semp facit subiectum suũ laudabile imo aliqñ vituperabile. quoniã seruus sciens volũtatẽ sui dñi z nõ faciẽs vapulabit plagis multis: ergo scientia illa nõ est donum scientie. ¶ Itẽ scientia consistit in speculatione. virtus aũt in agere sed donũ scientie ẽ virtus: ergo consistit in agere nõ in speculatione. ẽ ergo donũ scientie qõ imperat facienda sicut dictũ est supra. ¶ Q̃ cõcedimus z quod dicit Augustin9 q sciẽtia dono cognoscũtur oẽs fines diuinarũ scripturarũ vez est hoc per suppositionẽ qñ donũ scientie supponit quecũq; docenẽ in sacra scriptura vñ etiã per modũ istuz dicitur scire sicut geometer scit q linea est longitudo sine latitudine. z q a quolibet puncto ad quẽlibet pũctũ põt duci recta linea. tñ nescit hoc probare inquãtum est geometer. sed ꝺ: scire hoc quia supponit istud. cũ igitur predicta differẽtia scientie doni z consilij ostensa sit. nulla esse: remanet predicta obiectio qua ꝓbatur eandẽ prudentiã spiritualẽ cẽ et donũ scientie z donũ cõsilij. ¶ Itẽ. ad scientiam donũ ꝓtinet abstinere a malis. ad consiliuz aũt pertinet cauere pericula huius mũdi siue sũt peccata: ergo idẽ est cauere pericula z abstinere a malis. ergo idẽ donũ facit cauere pericula z abstinere a malis. ergo donũ consilij et donũ scientie idẽ sunt. ¶ Itẽ. si donũ ꝓsilij facit cauere oĩa pericula: tũ in bello spirituali: tuz in nauigatiõe spirituali: tũ in exilio presentis miserie. cũ istis diuersa sũt genera periculoꝝ debent sibi esse diuersa genera cõsiliorũ ad vitanda huiusmodi pericula. qñ alia est scientia belladi: alia nauigãdi. z sic de alijs. ergo diuerse sũt species cõsiliorꝝ. ¶ Itẽ donũ consilij aut regit opa fortitudinis scõm rõnes iuris naturalis aut scõz rõnes fidei. si primũ z hoc facit prudentia politica. ergo donũ cõsilij idem est q prudẽtia politica quia prudentia politica regit opera aliarũ virtutũ scõm principia iuris naturalis que inuenit scripta in corde: siue in sinderesi. vnde Ysaias: redite preuaricatores ad cor in quo. s. inuenietis scriptũ quid facere debeatis. z in euangelio Johã. dicit. dñs samaritane voca virũ tuũ. s. sinderesim. si vero cõsiliũ regit opa fortitudinis scõm rõnes fidei. hoc idẽ facit scientia donũ. qñ regit opa pietatis scõm rationes fidei. idẽ ergo videtur esse donũ consilij z donũ scientie. ¶ Forte dicit q scientia donum in ipso opere pietatis nõ inuenit difficultatẽ. sed solum circa circũstantias. facile eñ est scire qd deo z nobis z proximo debeamus. sed in ipso ope fortitudinis difficultas est nõ solũ in circunstãtijs. ardua eñ z difficilia sũt opera fortitudinis: z propter hoc aliud bonũ est regitiuum fortitudinis: z aliud opez pietatis. ¶ Sed cõtra. dictũ ẽ supra q q̃uis donũ scientie diuersas difficultates inueniat in operibus pietatis. tamen q scõm principia eiusdẽ virtutis. s. fidei explicat oẽs illas difficultates remanet donũ scientie vnũ donũ secundum speciẽ. ergo licet donũ scientie z donũ consilij diuersas inueniant difficultates. tñ q: oẽs illas explicãt secũdũ principia eiusdẽ virtutis. s. fidei debẽt esse vnũ donũ scm speciẽ. z ita donũ ꝓsilij z donũ scientie nõ differunt scõz spẽm. ¶ Solutio. põt dici q̃ consiliũ qñq; large qñq; stricte sumitur. Large scõm q est deliberatio de rebus que a nobis sũt. rebus dico valẽtibus ad finẽ quẽ intendim9. sicut si aliquis velit esse epus. deliberat de rebus que ad hoc valent: z hu iusmodi deliberatio cõsiliũ est tale cõsiliũ est in omnibus rebus que deliberatione indigent. z ꝓtinet ad prudentiã. vel est idem cũ prudentia. qñq; ꝺ: cõsiliũ deliberatio de rebus excellentibus ad que nõ tenemur scõm q hoc dicitur esse cõsiliũ. si vis ꝓfect9 esse vade z vende oĩa que habes z da paupe. z sic stricte sum9 cõsiliũ. Itẽ. stricte sum9 cõsiliũ secundũ q est deliberatio de operibus arduis: siue ad que tenemur: siue ad que non tenemur. z hoc ẽ prudentia excellens. z sic accipitur donũ cõsilij. prudentia eñ excellens: siue donum cõsilij est in cõsilio actionis. z cõtemplationis. q: est inter sapientiã z intellectũ ex vna parte. z fortitudinem: scientiam pietatẽ: z timorẽ ex alia parte. ꝓtinet eñ sapientia z intellectus ad cõtemplationẽ. et alia quattuor ad actionẽ z cõsiliũ est prudẽtia ex

Ad idẽ aſ.

Tertio ad idem.

Euasio.

In oppm.

Solutio. Cõsiliũ capit duplr

Stricte etiam sumitur

Cõsiliũ vbi situatur.

Tertio.

Solutio ad augustinũ.

Iterum aſ.

celleus siue ꝓuidentia valde exercitata est in medio cõtemplatiuoꝝ duoꝝ z actiuoꝝ. ꝑ hmõi exercitiũ de facili ascẽditur ad ꝓtẽplationẽ. vnde
Gregorius. Gregorius. ¶ Qui ad arcẽ cõtẽplatiõis ascendere desiderat ꝓius necesse est vt in cãpo actiõis se exerceat. scõm hoc recipim⁹ primã argumẽtationem
Ad primũ. ¶ Cõcedimus eñ q̃ idẽ sũt in essentia prudẽtia z cõsiliũ. sed cõsiliũ importat quoddã accidẽs sz
Confirmat ꝓa prudentiã. z q̃ ita dicendũ sit videtur. Multi illõ ꝑ phõs eñ philosophi direrũt q̃ prudentie est cuncta ad
normã rõnis dirigere. z hũanis actibus quasi diuinis prouidere. prudentia ergo regit opera nra
ad conformitatẽ diuinoꝝ operũ. hoc eñ intende
Dionysius. re debemus vt simus cõformes dco. vñ. d. b. dionisierarch. i. prelati officiũ est hoies facere deiformes. ¶ Prudentie eñ sũt ista quinq; ratio intel-
Quinq; ꝑtes prudentie. lectus/circũspectio. prouidẽtia cautela. ratio in
administratiõe tpaliũ. intellect⁹ quãtũ ad cõformitatẽ diuinoꝝ. circũspectio. i. cõsiliũ. prudentia. de bonis adipiscẽdis in futurũ. cautela ꝑ quã
Alr ꝑt dici. vitant mala. Per hoc eñ videt q̃ cõsiliũ sit quedam prudẽtia. potest etiã solui sicut dicebat q̃ q̃
opera fortitudinis in se ardua sũt z difficilia propter aliud totũ regitiuũ habent q̃ opa pietatis.
z nõ valet ista argumẽtatio. Cõsiliũ ꝓuidũ est se
cundũ principia fidei z prudentia similiter: g̃ ꝓu
Falla ꝑtis. dentia est idẽ q̃ consilium. z est fallatia ꝑtis. qñ cõmune est ad multas ꝓtutes prouidere scõz principia fidei. nõ ꝓpter hoc multe ꝓtutes sũt vna
virtus. sed scõm hoc prudẽtia politica nõ erit species specialissima: sicut dictũ est supra: imo alia
species prudentie erit per quã regetur fortitudo
z alia species iusticie per quã regetur iusticia vel
temperantia. ideo ꝓia solutio magis placet no-
Notandum his. ¶ Item notandũ q̃ q̃tus volũtas dandi elemosinas z imperiũ dandi elemosinas sũt diuersa
Solutio. rum virtutũ. primũ eñ est mie. scõm prudẽtie. tñ
q̃ incidens cõmunis volũtas ꝓuidendi sibi z imperiũ quo ꝓ discretionẽ homo ꝓuidet sibi necessaria eiusdem
sũt virtutis. z hoc est q: volũtas ꝓuidendi sibi necessaria rõnis est. sicut z istud imperiũ. nec habet
aliã difficultatẽ q̃ istud imperiũ. sed volũtas dãdi elemosinã z imperiũ dãdi elemosinã sũt diuer-
Exemplum sarũ virtutũ z diuersaꝝ difficultatũ. sicut dr q̃ logica theorica z logica practica sũt eiusdẽ scientie:
q: eandẽ difficultatẽ habent z circa cõia z trãscẽdẽtia. tñ demõstrata theorica z demõstrata practica nõ sũt eiusdẽ scientie. qñ cõtingit scire ex q̃
dus z qualib⁹ z qualiter sũptis fiat demonstratiuus sillogismus qõ docetur in posterioribus analeticis. tñ ꝓpter hoc nesciet natura trianguli. vñ
diuerse sũt scientie: demõstratiua docẽs demonstrare z demõstratiua demonstrãs agere. z hoc ẽ
qñ diuerse sũt difficultates theorice demõstratiIterum aſſ. ue z practice demõstratiue. ¶ Itẽ. videt posse ꝓ
bari q̃ ipsa scientia ꝓprie sumpto vocabulo sit virtus ꝓpter hoc: quia alia est scientia faciendorum
siue operãdoꝝ. z alia ẽ scientia operandi qõ patet in architectore: qui scit qñ sic z sic faciẽdũ ẽ ipe
tamen nescit operari: sed manuales artifices executioni mãdat qõ ille ꝑcipit. z sic ꝑz q̃ alia ẽ scientia operandoꝝ z alia scientia operandi. Sic igit
quedã scientia est eoꝝ que debent fieri. et alia est scientia faciendi illa: sed habitus a quo exeũt bona opera est virtus: quia virtus se habet ad operationẽ: sed scientia faciendi faciẽda est habitus
a quo bona opera exeũt: ergo hmõi scientia virt⁹ est. z sic scientia donũ scõm q̃ propriẽ est scientia
virtus est. qõ est cõtra ꝓdicta. ¶ Solutio. Cum Solutio.
dicitur iste scit natare scõm q̃ vsus intelligit illã
locutionẽ. hoc verbũ scit nõ solũ copulat scientiã
sed abilitatẽ quandã scõm quã iste dicitur abilis
ad natandũ. Eodẽ modo cũ dicit iste habet scien- Sciẽtia nõ
tiam operandi faciendo. nõ tantũ ponit scientia: est ꝓtus sed
sed etiam habitus quidam quo habilis est iste ad habitus in-
operãdũ ea q̃ debent fieri: z ab illo habitu exeũt clusus.
bona opera. nõ ab ipsa scientia. vnde ipa scientia
nõ est virtus: sed habitus ille est virtus. qñ ille
habitus reddit subiectũ suũ bonũ z bene reddẽs
opus suũ. hoc aũt appellat Aristo. in ethicis: virtutẽ sicut virt⁹ oculi facit bonũ oculũ z facit ipz
bene videre. z virtus equi facit equum bonum et
bene ferentem ascensorem.

¶ De differentia inter sapientiam et intelligentiam et fidem. Aliud capitulum.

Iecto de donis per que regitur vita actiua. dicẽdũ est de donis per que regitur vita cõtemplatiua. s. de intellectu z sapientia. Circa que primo videndũ ẽ q̃d
sit intellectus et quid sit sapientia. Scõo vtrum
sint virtutes. Tertio vtrũ alie sint virtutes cõtẽplatiue quibus cognoscatur deus q̃s iste tres. s.
fides/sapiẽtia/intellectus. Quarto vtrũ vita cõtẽplatiua sit melior q̃s actiua: vel ecõuerso. Quinto z vltio vtrũ ꝓtuti ꝓtẽplatiue aliq̃d sit ꝓtrariũ.

¶ De sapientia.

¶ Prima questio vtrũ sapientia et intellectus sint diuersa dona.

Arca primũ sic obicitur. Augu. dicit q̃ Aſſ q̃ non.
sapientia est cognitio solius creatoris. Intellectus aũt est cognitio creatoris z quarũdam rerũ creaturarũ. s. sctõrum
angelorum et sanctarũ animarũ. scõm hoc: ergo
sapientia z intellectus eandẽ habent materiã. s.
deũ: sed scõz materias habent distingui virtutes
ergo cũ sapientia z intellectus habent eandẽ materiam sunt eadem virtus. z ita idẽ donũ. ¶ Itẽ. Secundo.
fides est cognitio creatoris z quarũdã rerũ creaturarũ. s. angelorũ z sanctaꝝ animaꝝ. z etiã multorũ aliorum: ergo quicq̃d est materia sapientie z intellectus est materia fidei: ergo fides nõ differt a
sapientia z intellectu. ¶ Solutio. Sapiẽtia z in- Solutio.
tellectus differũt: q: sapientia est cognito dei absolute. sed intellectus est cognitio dei collatiue.
scz in cõparatione ad creaturas. vnde sicut alia ẽ Exemplum
cognitio nois absolute que traditur in maiori volumine ꝓficiant. et alia est scientia vel cognitio
nois in cõparatione ad verbũ que traditur in minori volumine. ita alia est cognitio dei absolute
que dr sapiẽtia. z alia cognitio dei collatiua que
dicit. intellectu essi cognoscimus deũ inquantus
beatificat angelos z alias gubernat et mouet. vñ
cognitio dei que est intellectus. q̃si cognitio phi- Cognitio
sica: q: phisica siue naturalis phisica agit de im- phisica.

mobili z cognoscit deũ in quãtũ dat cũcta moueri. vnde in fine octaui phisicoꝝ cõcludit q̃ primũ
principiũ motus est immobile z nullã habẽs magnitudinẽ. sed cognitio dei absoluta est metha-
Cognitio methaphisica. phisica. qñ methaphisica agit de deo absolute: cõsiderando proprias dispositiones ei⁹ patet
ergo differentia inter sapientiã z intellectũ q̃uis
eñ eandẽ habent materiã non tamẽ in rõne eadẽ
fides aũt differt ab intellectu sicut scientia quia
differt a scientia ꝓpter quid. fides eñ innitit primeveritati sup omnia z propter se. vnde cognitio
dei q̃ est fides est quasi cognitio principioꝝ. sicut
eñ in hoc principio. Omne totũ est maius sua pre: inuenitur causa sue cognitionis nec alia causa
queritur. ita anima fidelis in ipsa ꝓitate q̃ credit
Intellect⁹ reddit rationem fidei. inuenit causam fidei nec aliã causam q̃rit. intellectus aũt reddit causam eoꝝ q̃ fides credit. verbi
gratia. fides credit deũ remunerare bonos supra
cõdignũ huius reddit causam intellect⁹. hoc modo. deus est largus plus q̃s potest intelligi: ergo
remunerat bonos plus q̃s potest intelligi. intellectus eñ reddit rationẽ de ea que in nobis est. fide
spe. caritate. et ad hoc debent esse parati prelati
vt reddãt oñi poscẽti rationẽ de ea que in eis est
fide spe caritate vt dicit beatus petrus in ꝓia canonica sua. sicut eñ differt naturalis scientia ab
Astrologia et phisica differunt. astrologia. ita differt fides ab intellectu. illi enim
qui habent naturalẽ scientiã de quadã stella sciunt q̃ ẽ imobilis. de quibusdã alijs sciũt q̃ nũq̃
occidunt. sed ꝓpter quid ita sit nescĩt astrologi aũt sciunt ꝓpter quid ita est. fides scit q: deus
remunerat bonos. intellect⁹ aũt scit ꝓpter q̃d.
Fides z sapiẽtia drãt. ¶ Fides aũt differt a sapientia eo modo quo scientia alicuius rei per gustũ. verbi gra. aliq̃s scit
q̃ hoc vinũ est bonũ. z hoc ꝑ auditũ. alius scit q̃
idẽ vinũ est bonus. z hoc scit per gustũ: z iste due
scientie diuerse sũt. hoc modo differt fides a sapientia fides eñ ẽ cognitio ꝑ auditũ. quoniã fides
ex auditu dicit apẽus. sapientia vero est cognitio
dei per gustum. vnde sapientia dicitur sapore virtutum cõdita scientia. quia per sapientiã gustat
dulcedo siue suauitas dei. vñ in psalmo. gustate
z videte quoniã suauis est dñs. z hoc est maxima
cognitio dei: cognitio per sapientiam. si eñ creatoꝝ cognoscitur per effectũ. per maximũ effectus
Maxie cognoscit deꝰ ꝑ sapiẽtiã. maxime cognoscitur. z maxim⁹ effectus est delectatio quã habem⁹ in deo ꝑ caritatẽ et intellectũ
ꝑ quã delectationẽ habet sapiẽtia. z hec ẽ in sapientia dono. vnde ꝑ donũ sapiẽtie maxime cognoscitur deus.

¶ De intelligentia.

¶ Secũda questio vtrũ intellectus sit virtus.

Aſſ q̃ non. Idetur ꝙ ꝓdicta q̃ intellect⁹ nõ sit ꝓtus q: auctoritas dicit. fides nõ hz meritũ cui hũana ratio prebet experimentũ: g̃ nulla cognitio hz meritũ cui hũana rõ ꝓbet experimẽtũ sed intellect⁹ ẽ cognitio cui humana rõ ꝓbet experimẽtũ vt habitũ est: g̃ intelle
Scõo ꝙ aũ gustinum. ctus nõ hz meritũ: g̃ nõ est ꝓtus. ¶ Itẽ. Aug. dr q̃ intellectu cognoscit creator z creatura quedã
Itẽ aſſ ꝓa augustinũ. sine delectatiõe. sed ois ꝓtus ẽ cũ delectatiõe: g̃ intellectus nõ est ꝓtus. ¶ Itẽ. ꝓbatur q̃ Aug. dr falsũ. dicẽs intellectũ esse sine delectatiõe. eñ delectatio in visione pulchri ꝓati: ergo multo fortius in visione dei ẽ delectatio: g̃ cũ intellectu videam⁹ deũ. delectatio ẽ i intellectu. ¶ Itẽ. Quarto ad
bonũ est perfectio cui⁹ apprehensio est delectatio. multo fortius cognitio boni z precipue oꝑati est delectatio. z ita in intellectu dono cũ sit cognitio ẽ delectatio. ¶ Itẽ in intellectu dono est Quinto.
cõuenientia cõuenientẽ: g̃ delectatio.

¶ Solutio. dicimus q̃ intellectus donũ ẽ ꝓtus. Solutio.
z sapiẽtia similiter. z fides similiter. qñ fides apprehendit primã veritatẽ cũ assentione z intellectus z sapientia similiter assentiũt prime veritati
ꝓpter se z tale assentire meritoriũ est: cũ nõ imitatur naturalibus rationibus. sed tantũ primeveritati. ¶ Ad primo obiectũ dicim⁹ q̃ intellectui Ad primũ.
non prebet experimentũ humana ratio. i. naturalis. quia ille rationes quas habet intellectus nõ
sũt humane: sed diuine. quia sumũtur a fide. vnũ
saltem intellectus acquiescit per cõsequens prie
veritati propter se z super oĩa. ¶ Ad scõm dici- Ad scõm.
mus q̃ intellect⁹ dicitur esse sine delectatione. i.
sine fruitiõe. q̃a nõ est fruendũ creaturis quarum
cognitio est intellectus delectari tñ possumus in
eis: sed in cõparatione ad deum sicut dr in psal.
Delectasti me domine in factura tua.

¶ Utrum sint alie virtutes contemplatiue q̃s sapientia et intellectus.

¶ Tertia questio huius capituli.

Ueritur vtrũ sint alie virtutes cõtẽplatiue q̃s sapiẽtia z intellectus. ¶ Videt Aſſ q̃ sic.
q̃ sic. q: fides: spes: caritas. nõ habent
motus exteriores: sed interiores. ergo
non sũt virtutes actiue: sed cõtemplatiue. cũ habent tñ motus interiores. Si dicit q̃ fides: spes
caritas: imperãt opa virtutũ actiuarũ z ꝓpt hoc
nõ sunt virtutes cõtemplatiue: eadẽ rõne posset
dici q̃ sapientia z intellectus nõ sunt virtutes cõtẽplatiue. qñ imperant z dirigunt opera actiue.
¶ Qõd probat. qñ apostol⁹ dicit ad colocenses. Probatio.
In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. ergo sapientia diligit opera exteriora. ergo diligit
opera actiue. ¶ Item. sapientia est cognitio dei Secundo.
sed secundum q̃ cognoscimus de deo. debemus
nos habere in operibus exterioribus. ergo sapientia dirigit opera exteriora: et ita dirigit opera
actiue. ¶ Item. intellectus bonus omnibus fa- Tertio.
cientibus eũ. intellectus ergo dirigit nos ad opera. ¶ Item. in ezechiele. Sub pennis eorũ ma- Quarto.
nus hominis. per pennas intelligitur cõtemplatio. per manus operatio. manus ergo sub pennis
operatio sub contemplatione. igitur operatio regitur a contemplatione. cum igitur sapientia et
intellectus que sunt virtutes contemplatiue dirigant opera actiue: q̃ fides spes: caritas: regant
opera actiue non impedit quin sint virtutes contemplatiue. ¶ Contra. magistri dicunt q̃ contẽ In oppm.
plationis tres sunt species. lectio: oratio: meditatio. nullum istorũ est fidei vel caritatis vel spei: g̃
fides: spes: caritas. non sunt virtutes cõtemplatiue. ¶ Item. videtur q̃ plura dona contempla- Secundo.
tiua debent esse q̃s ista duo. s. sapiẽtia z intellect⁹
q: in sacra scriptura quadruplex est intelligentia

prima historialis. secūda moralis. tertia allegorica. quarta anagogica. prime intelligentie. s. historiali. non subseruit virtus. secunde: scz morali subseruit donū scientie per quod prudenter conuersamur in medio praue z puerse natiōis. quarte intelligētie: scilicet anagogice subseruūt duo dona. s. sapiētia et intellectus quia ista sūt de eis que sunt in triūphanti eccl'ia. z anagogicus intellectus est de eisdē. vnde dicitur anagogic⁹ quasi sursū ductiu⁹. tertie ergo intelligētie. s. allegorice debet subseruire aliquod donū ppriū. quia ea que sunt in allegorica intelligentia sūt imitanda aut fugienda. illud vero donū debet esse prudentia spūs: q̄ de spiritualibus et interioribus debet esse allegoricus intellectus. z prudentia spūs debet esse aliud cū scientia donū. qz scientia donū in exterioribus est prudētia spūs in interioribus. et ita videtur q̄ plura sunt dona cōtemplatiua cū sapientia z intellectus.

Tertio. ¶ Item. salomon in puer. omni custodia custodi cor tuū. igit̄ si omni custodia seruandū est cor. sicut vnū donū ppriū est ad seruandū opa exteriora ita vnū ppriū donū debet esse ad seruādū cor. z ita debet esse cōtēplatiuum cū sit de interioribus. z hoc videt̄ quia abraham abigebat aues a sacrificio suo. p quod significatur q̄ nos debemus abigere muscas mouentes. i. immūdas cogitationes a sacrificio nr̄e oīonis ne perdant suauitatē vnguēti. i. deuotionem oīonis. necesse igitur est esse aliquod donū quod mundet cor. et tranquillū reddeat a cogitatiōib⁹ imundis z quietis. hoc autē debet esse prudentia spūs. de qua dicit Apostolus. quia ipsa est vita z pax vita inquantū mundat. z mouet suo modo ad spūalia opera exteriora. pax inquantū facit cor tranquillū abigendo inquietas cogitationes: sic igitur plura sunt dona cōtemplatiua cū sapiētia z intellectus.

Figura.

Quarto. ¶ Item. Aristo. diuidit v̄tutes intellectuales in sophiā. intelligentiā: fronesim. intelligentia autē idē q̄ intellectus: sophia idem q̄ sapiētia: ergo preter sapientiā z intellectū ponit Aristo. tertiā v̄tutē intellectualē. s. fronesim que debet esse prudentia spiritus. z ita tria sunt dona cōtemplatiua.

Solutio. ¶ Solutio. dicimus q̄ fides spes caritas nō sunt actiue propie nec cōtemplatiue sed cōmunes. qz necessarie sūt oībus siue inciptibus siue pficientib⁹ siue pfect̄. vnde actiue sūt sed nō proprie: z cōtemplatiue. sed non proprie: nec valet hec argumentatio. nō habent mot⁹ nisi interiores: ergo sūt ppie contemplatiue.

Ad primū. Ad scōm. ¶ Ad aliud dicimus q̄ hec argumentatio nō valet: moralī intelligentie subseruit donū scietie z nō anagogice subseruūt sapientia z intellect⁹: q̄ allegorice intelligētie subseruit ppriū donū. tamē bene cōcedim⁹ q̄ ei subseruit donū. sed nō ppriū. idem em̄ subseruit morali intellectui z allegorico. qm̄ intellectu allegorico semp dicitur aliq̄d q̄ imitādum ē vel fugiendū scōm moralē intellectū. v̄bi gr̄a scōm allegoricū dicēdū em̄ lr̄a vicit goliā. i. christ⁹ diabolū. p hoc instruimur q̄ nos debem⁹ vincere diabolū z vicia in nobis. z sic allegoric⁹ intellectus inducit ad moralē. per ipm̄ em̄ instruimur ad puersandū prudēter in medio praue et puerse nationis. z ppter hoc idē donū. s. subseruit morali intellectui z allegorico.

Ad alias rationes. ¶ Ad oia vero sequentia argumenta eadē est solutio. q̄ donū scientie quod idē est q̄ prudentia sufficit ad custodiendum cor. z abigendū immūdas cogitatiōes a sacrificio nostro. qm̄ eadē virtus est cuius imperio homo ꝓformat se deo in exterioribus opib⁹. que scōm hoc dicitur prudentia politica. z cuius imperio conformat se hō deo opibus interioribus scz q̄ eadē virtus v̄: prudentia spūs. tamen prudentia magis se habet ad opa exteriora cū ad opa interioza. quia ad oia opera exteriora que virtut̄ sūt necessaria est prudentia. qz in oībus talibus opibus cōsiderantur circūstantie. sed non semper in omnibus motibus interioribus ꝓsiderātur circūstantie. quia credere in deum z sperare z diligere semp bona sūt z vbiq̄. sed vbi cautela opus est in credendo sperando. diligendo. vt quādo insurgit tētatio vel alia rebellatio necessaria est prudentia. verbi gr̄a si tentetur aliquis de infidelitate. prudentia est necessaria ad docēdū qualiter muniat se homo z defendat contra infidelitatē. ergo nō semp dirigit motus interiores: sed semp dirigit motus exteriores. propter hoc plus dicit actiua cū cōtemplatiua.

Ad aliud. ¶ Ad istud quod obijcit̄ de auctoritate Aristo. dicim⁹ q̄ Aristo. vocauit fronesim virtutē intellectualē: qm̄ aliquādo dirigit motus interiores sicut dictū est. z quia multū necessaria est contemplatiuis ad abigēdum muscas ne perdant suauitatem vnguenti.

¶ De comparatione cōtemplatiue ad actiuā.

¶ Quarta questio huius capituli.

Af q̄ cōtēplatiua. ¶ Queritur de cōparatione vite contēplatiue ad actiuā. z queritur vtra illarū sit melior. videtur q̄ cōtēplatiua. qm̄ Ezechiel. dicit super ezechielē. q̄ melior est vita cōtemplatiua q̄ actiua. z hoc dicit ppt̄ hāc auctoritatē. Animalia ibant z reuertebātur. alia lia sunt predicatores qui ibant ad actiones et reuertebantur ad cōtēplationē: sed nō reuerterent̄ nisi melior esset cōtēplatio q̄ actio. q̄ melior est cōtemplatiua q̄ actiua.

Secundo. ¶ Item. sup illud luce. Maria optimā partē elegit z̄. dicit glosa. Non vituperat pars marte. sz laudatur pars marie. i. prefertur sed pars marie est vita cōtemplatiua: pars marte actiua. ergo z̄.

Tertio. ¶ Item. in gene. lya erat lippa oculis: rachel aūt pulchra facie. z Jacob magis diligebat illā q̄ lyam. Jacob significat christū: rachel cōtēplatiuā: lya actiuā. ergo cōtemplatiua pulchrior est q̄ actiua. sed pulchritudo illa attenditur scōm v̄tutes. q̄ meliores habet virtutes cōtemplatiua q̄ actiua. ergo melior est.

Quarto. ¶ Item christus elegit magis contēplatiuā q̄ actiuam. sicut Jacob magis diligebat rachel q̄ lyā. sed xp̄s magis bonum magis diligit. ergo cōtemplatiua est melior q̄ actiua.

Quinto. ¶ Item. in fine Johā. sup illud. Cōuersus petrus vidit illū dilectū quē diligebat iesus sequētem. z̄. dicit glo. Petrus magis diligit: z Johā. magis diligit. sed Johānes significat virū cōtēplatiuū: petr⁹ actiuum: q̄ xp̄s magis diligit virū cōtēplatiuū q̄ actiuū. q̄ melior est cōtēplatiua q̄ actiua.

Sexto. ¶ Item. quō

propinquius est fini: magis est eligēdū. sz viri cōtemplatiui sunt propinquiores fini q̄ viri actiui. probatio. sancti angeli qui sūt cōiunctissimi deo: sunt in pura cōtemplatione. ergo viri cōtēplatiui propinquiores sāctis angelis q̄ viri actiui. cū ergo viri contemplatiui ppinquiores sūt sanctis angelis qui sunt propinquissimi ipsi fini q̄ actiui. ipsi sunt ppinquiores fini. z ita cōtēplatiua ē propinquior fini q̄ actiua ergo magis eligēda simpliciter. ergo melior simpliciter.

In oppm. ¶ Si cōcedit. Cōtra. terra que fructuosior est: melior est simpliciter. ergo vita actiua est fructuosior q̄ cōtemplatiua. quoniā fecūdior fuit lya q̄ rachel. ergo actiua melior est simpliciter q̄ contemplatiua.

Secundo. ¶ Item. operib⁹ actiue promittitur vita eterna: z nō operibus cōtēplatiue qz actiuis dicetur in iudicio. venite benedicti patris mei percipite regnū. Esuriui enī et dedistis mihi manducare z̄. propter hoc dicit Apostolus. pietas valet ad oīa. pbationē habēs vite q̄ nunc est z fuit. actiuis igit̄ promittitur vita eterna: nō contēplatiuis. ergo actiuis ppie debetur vita eterna. ergo actiua ppie est ad vitam eternā. z ita vtilior est simpliciter: q̄ vita cōtemplatiua. sed quod vtilius est simpliciter hoc nūq̄ fallit. sed aliquid potest esse vtilius alicui quod tamen non est melius simpliciter. ergo melior ē simpliciter actiua q̄ ctemplatiua.

Tertio. ¶ Item. optimū opus actiue melius est optimo opere cōtēplatiue. scz predicatio vel martiriū quoniā dicit iniuriam facit martyri qui orat pro ipo. z hoc non dicitur de contemplatiuo: ergo simpliciter melior est actiua q̄ cōtemplatiua quia sic optimus equs optimo asino melior est.

Quarto. ¶ Itē. dictū est q̄ petr⁹ magis diligit q̄ Johannes. et Petrus significat vitā actiuā Johānes cōtēplatiuā: ergo vita actiua magis diligit q̄ cōtemplatiua: ergo maiorem habet caritatē q̄ contemplatiua. sed oēs v̄tutes sūt pares: ergo actiua habet maiores virtutes q̄ contēplatiua: ergo melior ē simpliciter.

Quinto. ¶ Itē. spōsus in cāticis egrediamur in agrū ꝓmoremur in villis. si reuocatur aīa a cōtemplatiōe ad actionem. sed nō reuocatur a magis bono ad min⁹ bonum: ergo melior est actio q̄ cōtēplatio. z ita melior est actiua q̄ cōtēplatiua.

Solutio. ¶ Solutio. ꝓparatio contēplatiua ad actiuā dupler pōt fieri. prio secundū status vt cōparetur status cōtēplatiue statui actiue. z dicit̄ scz hoc vir cōtemplatiuus qui est abilis ad cōtemplandū z de facili cōtēplatur. actiuus qui de facili agit. sed nō est abilis ad contemplādū. z sic scōm hunc statū dicit̄ cōtemplatiuus habere v̄tutes purgati animi actiu⁹ virtutes politicas z purgatorias. scōm hoc cōtemplatiua melior est q̄ actiua. qm̄ lya habebat lippos oculos. i. virtutes nō bene purgatas. sed rachel erat pulchra facie. i. v̄tutes habebat purgatas.

Ad primū. ¶ Ad primo ob. dicim⁹ q̄ hec ē dupler. vita actiua ē fructuosior q̄ contēplatiua. qm̄ pōt dici fructuosior. i. maiorē fructū afferens. vel fructuosior. i. pluri⁹ fructū afferēs. primo modo fla. qa cōtēplatiua maiorē fructū affert suo subiecto. secūdo modo vera ē. z tūc non sequitur q̄ actiua sit melior q̄ contemplatiua. nō est simile qđ adducit pro simili. quoniam terra dicitur fructuosior in alia significatiōe. s. quia maiorem fructum affert.

Ad scōm. ¶ Ad secūdo obiectū dicimus q̄ nō rantū actiuis debetur vita eterna. sed etiā cōtemplatiuis. sed primo ꝓmittitur actiuis. qa facilior est actio q̄ cōtemplatio. quoniā si ꝓmitteretur cōtēplatiuis: desperarent homines nō valentes ascendere ad arcē cōtemplationis. vt ergo nullus possit se excusare. ꝓmittitur vita eterna actiuis vt saluē tur in segor. cū loth qui ardua mōtiū. i. ad eminētiam cōtēplationis ascēdere nō possūt. segor. essi interpretat parua. similiter alia rōne ꝓmittitur vita eterna eis qui faciunt opera mie. quia p misericordiā maxime assimilamur deo cuius ppriū est misereri et parcere et cum homo sit factus ad ymaginē dei de facili cōpatitur z misereatur. quia homo est animal mansuetū natura z magis se habet ad opa māsuetudinis z pietat̄ q̄ ad opa crudelitatis.

Figura de loth.

Ad tertium ¶ Ad tertio obiectū dicim⁹ q̄ hec argumentatio nō valet: optimū opus actiue. z̄. ergo actiua melior est q̄ contēplatiua. z hoc est: qz optimū opus actiue nō est solius actiue: imo est cōtemplatiue secūdū auctoritatē. quia q̄ predicatores hauriūt de sciētia dei in otio cōtēplationis effundunt in opere predicationis ꝓpter hoc habent episcopi domos extra ciuitatē z tumultū q̄re epi. z̄. hom in ū vt vacent cōtemplationi et hauriunt ibi quod debent effundere in opere predicationis. sz si optimū opus solius actiue esset melius optimo opere cōtemplatiue: tūc actiua melior esset q̄ cōtemplatiua.

Ad quartū ¶ Ad quarto obiectū dicim⁹ q̄ hec auctoritas: petr⁹ magz diligit q̄ Johānes: quātum ad presens exponēda est sic: petrus magz diligit. i. in pluribus magis diligere se ostēdit. etiā hoc nō sequitur q̄ habeat maiorē caritatē.

Ad vltimū. ¶ Ad vltimo obiectū dicim⁹ q̄ auctoritas illa nō intelligit̄ de reuocatiōe a statu in statū. sed de reuocatione ab ope cōtemplationis ad opus actionis: que in aliquo casu faciēda est. quoniā vtilius ē aliquī in aliquo casu esse in operibus actiue q̄ cōtēplatiue: cōtēplando igitur statū contēplatiuorū melior est cōtēplatiua q̄ actiua. Pōt autē aliter fieri cōparatio vt cōparetur opus cōtēplationis in eodē homine manente in eadē caritate ad op⁹ actiōis eiusdē hois habentis eandē caritatē: z secundū hec. questio est.

Solutio.

Alr pt fieri cōparatio.

¶ Utrū op⁹ actiue in eodem hoīe ex eadem caritate: sit melius opus contemplatiue: aliis paribus.

Alr ponit questio. Af q̄ sic.

¶ Videt q̄ sic. qz sup illud canti. Surge ppera amica mea. dicit glo. q̄ melius fit per opationē. ergo secundū hoc melius itur ad deū per operationē q̄ per cōtemplationē. ergo melior est operatio q̄ contemplatio.

Secundo. ¶ Item. si aliquis abbas in aliqua religiōe q̄ videat homines mori fame verbi dei: et nō sit aliq̄s in illa religione qui sciat eos docere. pbatur q̄ tenetur illis predicare. quia Johan. dicit in epistola canonica. Si quis viderit fratrē suum necesse habere z clauserit viscera sua ab eo q̄ caritas dei nō manet in eo. sz maior est necessitas spūalis q̄ necessitas corpalis. igit̄ si iste abbas clauserit viscera sua ab istis q̄ moriūtur fame v̄bi dei caritas

non est in eo: ergo tenetur predicare istis. ergo re
Tertio. netur dimittere opera contẽplationis: pro opere
actionis. sed non tenetur dimittere maius bonũ:
pro minus bono vel eque bonũ pro eque bono: er
go opus cõtẽplatiue nõ est magis bonũ ꝙ opus
actiue: vel eque. ergo opus actiue melius est ꝙ
Quarto. opus cõtemplatiue. ¶ Itẽ in isto hoie op⁹ actiue et opus cõtemplatiue sũt eque meritoria vite eterne cũ ex eadẽ caritate fiant. ergo sũt eque vtilia facienti. sed opus actiue vtilius est alijs. ergo opus actiue vtilius est simpliciter ꝙ cõtemplatiue. ergo melius simpliciter. ¶ Itẽ. Aristo. dicit
In oppm. Cuius cõsequens est magis bonũ: illud est magis eligendũ. sed maius bonũ sequit ex operib⁹ actiue ꝙ ex operibus cõtemplatiue. ergo magis est eligẽda actio ꝙ cõtemplatio. ergo melior ẽ actio ꝙ cõtẽplatio. ¶ Sed cõtra. beatus martinus dixit q̃ maior virt⁹ fuit ei ante episcopatũ ꝙ in epi
Secundo. scopatu. qm̃ ante resuscitauit duos mortuos: in episcopatu tãũ vnum. ergo maior virtus fuit ei in cõtemplatione dũ esset monachus ꝙ in actione dũ esset epus. ergo maioris virtutis sũt opera cõtemplatiue ꝙ opera actiue. ergo meliora sunt simpliciter. ¶ Itẽ. in canti. laui pedes meos &c. pedes sũt affectus mẽtis. ergo puriores sũt affectus in cõtemplatiue ꝙ in actiue. ergo puriora &
Tertio. mundiora sunt opera contemplatiue ꝙ actiue: et alta sũt paria. ergo meliora sũt: q̃que mundiora sũt: melhora sũt: alijs paribꝫ. ¶ Itẽ. operib⁹ cõtẽplatiõis delectamur immediate in deo. operibus actiue tm̃ mediate. ergo opera contẽplatiue ppinquiora sũt optimo ꝙ opera actiue: ergo me
Quarto. lioza sũt. ¶ Itẽ. ꝙ diuturnius est magis est eligẽdum. sed opera cõtemplatiue sunt diuturniora ꝙ opera actiue. hoc patet ꝙ euãgelium quia maria optimã partẽ elegit que nõ auferet ab ea. & Aristo. vocat virtutes: cõsuetudines morales intellectuales immorales. ergo opera ꝓtẽplatiue sũt
Quito per origen. magis eligẽda ꝙ opera actiue. ergo meliora sũt simpliciter. ¶ Itẽ Orig. dicit. ꝙ periculosior est actiua vita ꝙ contemplatiua. Est em̃ vita cõtemplatiua in vi rationabili. actiua in ira scibili & concupiscibili: in quibus multũ est excessus. q̃ in ira scibili est perturbatio in cõcupiscibili est ardor. ꝙ
Tamen ar. vita cõtemplatiua est tutior ꝙ actiua. ergo magis eligenda. & ita melior. sed videt ꝙ contemplatio sit periculosior: ꝙ actio. quoniã in ratione est
Cõfirmat. error: et ita in contemplatione potest esse error. ¶ Et preterea otiositas que parit fastidiũ et accidiam sicut contigit in iudeis qui in deserto in q̃
Solutio. erant otiosi. dixerũt oculi nr̃i non vident nisi mãna. anima nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. sic ergo periculosior est vita cõtẽplatiua ꝙ actiua. ¶ Solutio. cõcedimus ꝙ consideratis operibus cõtemplatiue in se et operib⁹ actiue in se melioza sunt opera contemplationis ꝙ actionis. cũ enim operibus cõtemplationis immediate delectemur in deo magis sunt augmentatiua caritatis & cõfirmantia ꝙ opera actiue. sed consideratꝫ operib⁹ illis. quoniã ad speciales casus & ad speciales circũstãtias: habent se tũc vt excedẽtia et excessa. qm̃ in aliquo casu vtilius ẽ alicui et melius esse in operibus actiue ꝙ in operibus cõtemplatiue aliq̃n aũt ecõuerso. ſz simpliciter loquẽdo melior est ꝓtemplatio ꝙ actio. ¶ Ad primũ dicim⁹ ꝙ hec auctoritas ꝙ melior sit per expositionẽ loquitur in casu & verũ est ꝙ in aliquo casu melior ẽ operatio ꝙ cõtemplatio. cũ sponsus hoc dicat cuius imperio & iudicio standũ est. sed non sequitur ex hoc ꝙ simpliciter sit melior. Similis est obiectio de ſcõo obiecto. quoniaz in illo casu tenetur predicare abbas et dimittere opera ꝓtemplatiue & melior est in illo casu operatio ꝙ cõtemplatio. nõ tamẽ simpliciter melior. ¶ Ad tertio obiectũ soluimus per interemptionẽ. quoniã dicimus ꝙ hec est falsa opus cõtemplatiue & opus actionis sũt eque vtilia. cũ ex eadẽ caritate procedãt. qm̃ nõ sequitur ꝙ sint eque vtilia simpliciter. quoniã sicut dictum est opus cõtemplationis magis valet ad augmentũ & radicationẽ caritatis ꝙ opus actiue. ¶ Ad quarto obiectũ dicimus ꝙ regula Aristo. cuius cõsequens. &c. intelligenda est sic. cuius cõsequẽs est magis bonũ ipsi eligẽti istud est magis eligendũ. sed cõsequens operũ actiue nõ est magis bonũ ipsi facienti ꝙ cõsequens operum cõtemplatiue. quia opus cõtemplatiue magis prodest ipsi facienti ꝙ opus actiue alijs paribus: ꝙuis opus actiue plꝰ psit alijs. vtilitas enĩ operum magis habet cõsiderari scõm vtilitatem facientis ꝙ aliorũ quoniã quilibet magis tenet diligere se ꝙ alios. ¶ Ad vltimo obiectũ de auctoritate Origen. dicimus ꝙ sine dubio periculosior est vita actiua ꝙ cõtemplatiua. qm̃ quecũq̃ pericula sũt in cõtemplatiua sunt in actiua. quoniã in actiua est error: perturbatio ardor. & quod obijcitur ꝙ cõtemplatiua est fastidiũ et accidia. hoc est ex debilitate humane nature & fragilitate libert arbitrij. vnde non magis pertinet ad contemplatiuam ꝙ ad actiuam.

¶ Utrum cõtemplatiua habeat cõtrarium.

¶ Ultima questio huius capituli.

Ad primũ. Ad secũdũ similiter. Ad tertium Ad quartũ Ad vltimũ.

Vltimo q̃ritur vtrũ virt⁹ ꝓtẽplatiua habeat ꝓtrariũ. ¶ Videt ꝙ nõ. q̃ sapiẽtia & intellect⁹ sũt quedã scientie. scientia aũt nõ hz ꝓtrariũ. ignoratia em̃ nõ ẽ ꝓprie ꝓtraria scientie ꝓcipue scientie que ẽ hꝰt⁹ qm̃ ignoratia ꝓprie loquẽdo nõ est vitiũ: ꝙ sapientia & intellectus nõ habent ꝓtrariũ. & ita virtus ꝓtẽplatiua nõ hz cõtrariũ. ¶ Itẽ. delectationi que ẽ cõsiderare ꝙ diameꝰ ẽ assimeꝰ coste nichil ẽ cõtrariũ. q̃ diametrũ esse assimetrũ coste nõ hz ꝓtrariũ. ꝙ eadẽ rõne delectatio que ẽ in deo & a deo nichil hz cõtrariũ: qm̃ deo nichil est cõtrariũ. sed sapiẽtia donũ cõsistit in hoc ꝙ per sapiẽtiã delectamur in deo. vñ dicit sapientia a sapore. ꝙ sapiẽtia donuz nõ habet ꝓtrariũ. Si cõcedit. ¶ Cõtra. cuilibet virtuti aliquod viciũ est cõtrariũ. ꝙ contẽplatiue virtuti aliq̃s viciũ est ꝓtrariũ. & ita sapiẽtie & intellectui aliq̃d est ꝓtrariũ. ¶ Itẽ. error in deo viciũ est. qm̃ asserere de deo aliquid q̃s nõ est pctm̃ mortale est. ergo huiusmodi errori aliqua virt⁹ ẽ cõtraria: nõ nisi sapientia & intellect⁹. qm̃ asserũt de deo quod verũ ẽ. ergo sapiẽtie & intellectui aliquid ẽ cõtrariũ. ¶ Itẽ. sicut sapientia gustando

In oppm. Secundo. Tertio.

bonitatẽ dei inuenit ipsum dulcẽ et delectatur in eo: ita accidia inuenit ipm̃ amarũ et abominatur ipsum. sicut ipse dñs dicit. Posuerũt me abominationẽ sibi. est autẽ accidia tediũ boni per quod contristatur homo male se habens in ipsa dei bonitate. cũ ergo sapientia delectet in eo quo tristetur accidia: & ex hoc accidit tristicia. videtur ꝙ sapientia & accidia sũt cõtraria. ¶ Item. grego. dicit ꝙ sapientie contraria est stultitia: siue insipiẽtia: intellectui ebetudo. cõsilio temeritas: fortitudini remissio: sciẽtie error: qui est prudẽtia carnalis vel sapientia mũdi: pietati impietas: timori pusillanimitas vel timiditas. sic igitur sapientie & intellectui aliquid ẽ cõtrariũ. ¶ Sed videt ꝙ sapientia nõ sit cõtraria insipientie. qm̃ Apo. dicit. Non plus sapere ꝙ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. & puerbi. prudentie tue pone modum. sic igitur sobrietas est necessaria ĩ cognitiõe eorum que de deo sũt: & illa est sobrietas specialis cuius oẽs motus simpliciter intentiones sũt. ei autẽ cõtraria est sapiẽtia que est in excessu vel in diminutione. ergo sapientia & insipientia non sũt cõtraria. ¶ Itẽ. sicut necessaria est sobrietas in sapientia siue in cognitione eoꝝ que de deo sunt: ita necessitas est sobrietas in intellectu: siue i cognitione dei & sanctorũ angelorũ: & sanctarũ animarũ: & sicut sapientia & intellectus diuersa sunt: ita sobrietas que est in sapiendo & sobrietas que ẽ virtus contemplatiua. qm̃ motus virtusq̃ tm̃ interiores sunt. Quattuor igit sũt virtus cõtẽplatiue & hoc est cõtra ysaiam q̃tm̃ duas ponit: & cõtra Aristo. qui ponit tantũ tres. ¶ Solutio. dicimus sicut dicit Grego. ꝙ sapientie cõtraria est insipientia: & intellectui ebetudo excessus in intelligendo. ¶ Ad primo obiectũ dicimus ꝙ sapientia & intellectus ꝓprie loquẽdo nõ sũt scientie: q̃a scientia ꝓprie loquẽdo est cognitio ꝙ causam & per naturales rationes hũtes principiũ ex per se notis simpliciter siue naturaliter. & ita soluit̃ prima obiectio per interẽptionẽ. ¶ Ad scõm dicim⁹ ꝙ licet delectationi q̃ est in sapientia nichil sit cõtrarium. tamen sapiente aliquid est cõtrarium quoniã sapientia nõ tm̃ cõsistit in delectatione. sed etiã in cognoscẽdo deũ. nec est ex vno solo effectu dei: imo ex excellentissimis dei: intellectus em̃ dicit ꝙ deꝰ sũme quietat alias sctãs: & ex hoc habet sapientia ꝙ deus summe suauis est. & sic de consimilibus effectibus sicut dictũ est. ¶ Ad tertio obiect⁹ dicim⁹ ꝙ accidia et sapientia non sũt cõtraria. sapientia em̃ cũ sit cognitio nõ cadit ꝓprie supra bonũ. sed supra verũ. est enim sapientia cognitio prime veritatis. accidia vero est tantum mde bono scõm ꝙ bonũ. est autẽ accidia tediũ boni. vnde potius est ꝓtraria caritati q̃ est de bono secũdũ ꝙ bonum ꝙ sapiẽtie q̃ magis est de cognitione boni. ¶ Ad vltimo obiectũ de sobrietate dicimus ꝙ sobrietas spiritualis que est in sapiendo & in intelligendo non est alia virtus ꝙ sapientia & intellectus. imo est cõmunis ad sapientiam et intellectũ. quoniã ipsa sapientia cõsistit in medio nec plus sapit ꝙ oportet nec minus vnde ipa est sobrietas spiritualis. similiter intellectus sobrietas est: patet ergo ꝙ non est necessariũ quattuor contemplatiuas virtutes esse.

Quarto p gregorium. Ad primũ. Ad scõm. Ad tertium Diffinitio accidie. Ad vltimũ. Solutio.

¶ De beatitudinibus.

¶ Tractatus duodecimus.

Dicto de donis dicendũ est de beatitudinib⁹. i. de ꝓtutib⁹ que appellãtur bñtudines de quibus habet in euangelio mathei & luce. de quib⁹ hoc ordine tractabimus. primo dicendũ est de ipis bñtudinib⁹ secũdo de adaptatione donorũ spũs sancti & petitionũ que sunt in oõne dñica ad ipsas beatitudines. ¶ Prio de prima que est paupertas de qua dicit glo. sup matheũ. ꝙ pauptas spũ est principiũ beatitudinũ. sed hoc videt esse falsum. qm̃ fides est prima virtutũ: ergo est principiũ ꝓtutũ: ergo est principiũ beatitudinũ cũ bñtudines sũt virtutes. paupertas aũt spũ nõ ẽ fides: ergo paupertas spũ nõ est principiũ bñtudinis. ¶ Itẽ timor dñi est initiũ sapientie. sed per sapientiã maxime sumus beati: ergo timor dñi est principium beatitudinũ. nõ ergo paupertas spũ est principium bñtudinũ. ¶ Itẽ. queritur vtrũ pauptas spiritu sit aliqua ꝓtus. & dicũt quidã ꝙ non. sed ẽ abilitas ꝓtutis sicut dicũt de donis spũsancti ꝙ nõ sũt ꝓtutes. sed abilitates ꝓtutũ. ¶ Sz ꝓtra pauertas spũ est abilitas alicuiꝰ ꝓtutz: aut abilitat ad aliquẽ actũ aut ad nullũ. si ad aliquem: aut ad eundẽ actũ ad quem est illa virtus cuius est abilitas. aut ad aliũ. si ad eundẽ: ergo est illa virt⁹ cuꝰ dicitur esse abilitas. & idẽ act⁹ erit abilitatz eiusdem habitus: qd̃ est falsum. duo em̃ habitus non sunt ad eũdẽ finẽ. si ad aliũ & ille est bonus: ꝙ pauertas spũ facit subiectũ suũ bonũ & bene reddit op⁹ eius q̃ est virtus. ¶ Si dicit ꝙ ad nullũ actũ abilitat. sed dicit esse abilitas virtutis. q̃ reddit ipsam promptã & expeditã ad eliciendũ actũ suũ. ¶ Cõtra. hoc facere est essentiale virtuti. illõ ei ꝓprie õi virtus qõ potentiã naturalẽ abilitat ad suũ actũ. sed hoc facit pauptas spũ: ergo pauertas spũ est virtus. ¶ Itẽ intensio ipsius virtutis facit ipsam potentiã promptã & expeditã ad actũ: q̃ propter hoc nõ oportet ponere aliũ actũ. ¶ Itẽ Aug. dicit ꝙ ꝓtutis est vti vtendis et frui fruendis: ergo virtutis est vti tẽporalibus. hoc aũt cõtingit fieri dupliciter. aut pfecte aut imperfecte. imperfecte qm̃ aliqs erogat tpalia paupib⁹ & aliq̃d proprijũ retinet. pfecte aũt cũ nichil proprijũ retinet: ergo si hoc facere est virtutis hoc autẽ facit. pauptas spũ: ergo pauptas spũ est virt⁹. ¶ Itẽ contẽpt⁹ terrenoꝝ est mot⁹ ꝓtutis. sed pauptate spũ ꝓtenim⁹ terrena. q̃ glo. õt ꝙ pauperes sũt qui nichil habent & oia possident: q̃ pauertas spũ ẽ virtus que facit cõtẽnere terrena. ¶ Si cõcedit: sequitur ꝙ pauptas spũ nõ sit principiũ bñtudinis. qm̃ talis cõtẽptus nõ ẽ sine fide magna & caritate magna que antecedũt hmõi contemptũ. & hmõi pauptas nõ ẽ principiũ bñtudinũ. ¶ Itẽ. dicit glo. sup matheũ. Beati pauperes: hũiles deũ timẽtes. q̃ pauptas spiritu est humilitas siue timor dei. ergo nõ est cõtẽptus diuiciaꝝ. ¶ Solutio. sine dubio fides ẽ principiũ bñtudinũ mediatũ. sed pauptas spiritu est principiũ imediatũ.

De pauertate q̃ritur primo. Aſ ꝙ non. Secundo. Tertio inq̃ sitiue. Aſ ꝙ non. Ad idem. Ad idem ꝙ augustinũ. Ad idem. Solutio. Ad ꝓtra hãc aſ Ad idem. Ad idem ꝙ augustinũ. Ad idem. Solutio. Ad ꝓtra hãc aſ Paupertas

spū est imediatū prīcipiū beatitudinum.

sine actu z efficatia. qñ immediate liberat aiam a spīnis diuitiarū z aliarū rerū terrenarū. qñ cñ aliquis habet tantā fidē et tantam caritatē dei q̄ omnia naturalia reputet cū Apostolo. tanq̄ ſtercora vt cristum lucri faciat: tunc primo est beat⁹. qñ tunc habet quietē mentis z serenitatē cōsciētie absq̄ pctiōibus diuitiarū. oīs em̄ amor diuitiarū angustiat hoiem et pungit ipm̄ z est in multis qui fidē z caritatē habent: diligūt em̄ temporalia: tamē citra deū: z ppter hoc fides est prīcipiū beatitudinū mediarū. z pauptas spū est prīcipiū imediatū: iste em̄ btitudines sunt virtutes purgati animi. fides aūt z caritas sūt ⁊tutes purgatorie. ¶ Eadē est solutio ad scām obiectū de timore. ¶ Ad solutionē sequentiū: sciendū q̄ cōtemptus mūdi dicitur dupliciter. Primo secūdū q̄ est estimatio mūdanorū tanq̄ vilium respectu spiritualiū bonor: z sc̄z hoc est motus fidei. qñ fides est certa estimatrix oīm rerū. Secūdo dicitur contēptus mūdi cōtēptus amoris mundi. Et sm̄ hoc quadrupliciter accipitur. primo cōtēpt⁹ amoris mundi dr̄ estimare vel arbitrari amorem mundi tanq̄ vilē z nociuū sic. z hec arbitratio fidei est. vnde hec est victoria que vincit mūdū fides nostra: mūdū. i. amorē mūdi. secūdo dr̄ contemptus mūdi imperiū quo prudētia imperat fugere mundū: z huiusmodi imperiū est in ratione. tertio modo dr̄ contēptus mūdi motus quo insurgimus in amorē mundi ad destruēdū ipm̄ z huius modi motus est in irascibili. qñ videtur esse idem quod ira per zelum. quarto modo dicitur cōtēpt⁹ mundi: abstinentia ab amore mūdi cū displicētia z secūdum hoc est idem q̄ paupertas spiritualis. et sic continet multas species. qñ amor mundi diuiditur in amorē carnaliū voluptatū z amorē diuitiarū et amorē proprie excellentie. abstinentia vero ab amore carnaliū voluptatū est temperantia. abstinentia ab amore diuitiarū est pietas: abstinentia ab amore excellētie est humilitas: z sic paupertas spū continet tēperantiā: pietatē: humilitatē. z hoc patet p glosam qñ glo. que dicit super lucā. q̄ pauperes sūt q̄ nō q̄rūt illecebrosa: loquitur de paupertate scām q̄ est tēperātia. sed illa que dicit sup matheū. pauperes spū sūt humiles deū timētes. loquit̄ de paupertate scāz q̄ est humilitas. illa que dicit q̄ pauperes sūt q̄ nichil habent z oīa possident. loquit̄ de pauptate scām q̄ est pietas. Et sic patet solutio ad oīa obiecta.

Tripler amor mūdi.

Paupertas spū cōtinet sub se tripli cem virtutē

Ad omnes rationes.

¶ De adaptatione donor̄ spīritussancti.

¶ Secundum capitulum.

Dicto de paupertate spūs. dicendū ē de adaptatiōe eius ad donū spīritussancti z ad petitionē que est in oratiōe dñica.

Adaptat̄ autē beatitudo que est pauptas petitioni que est prima secundum naturam: z aptatur. prīo dono. s. timori. qñ glo. dicit sup matheū. q̄ p petitiones venitur ad dona: per dona ad virtutes. Est autem prima petitio qua petim⁹ a malo liberari: z hoc est petere q̄ deus det nobis spīritum timoris per quem abstineamus a malo phibito: hoc est ab amore mūdi: z sic fiamus pauperes spiritu. vt tandem habeamus regnum celorum. qñ iustū est vt qui diuicias z regnū terrenū abiciunt ppter deū ab eo ecclestes diuicias et regnum celor̄ consequant. ¶ Sequitur de adaptatione secunde beatitudinis ad donū z ad petitionem. Est autē secunda beatitudo mansuetudo de qua dr̄: beati mites qñ ipsi possidebunt terram. at adaptatur autē secūdo dono. s. pietati. ¶ Sed vī detur q̄ male. qñ māsuetus. inquātū mansuetus est pius: ergo mansuetudo est pietas. sed nichil adaptat̄ sibiipsi: ergo mansuetudo nō dr̄ adaptari pietati. ¶ Ad hoc pōt dici q̄ māsuetudo ē spēcies pietatis. sed prout adaptat̄ adinuicē cōsiderantur scām diuersos status. accipitur em̄ pietas secundū q̄ est virtus purgatoria. qñ per opa exteriora. scz per largitatem elemosinarū z hmōi que siunt ex pietate purgatur anima. māsuetudo autē accipitur prout est virt⁹ purgati animi. qñ mittis vt dicit Aristoteles est qui nec patitur nec deducitur. z ex glo. sup matheū habet̄. q̄ māsuetus est qui nullā amaritudinez animi sentit. pius z pius drīt autē licet nō deducatur. aliquādo tamē patitur. Job. z hanc differentiā notauit Job. cū dixit nōne dissimulaui. nōne silui. scz nō vindicādo me de iniurijs illatis mihi q̄uis motus fuerim interi⁹. postea subiungit: in me quieui. scz non vindicādo nec etiā primū motū interius sentiendo. sic igit̄ scām cōsiderationē diuersoꝝ statuum potest adaptari pietas mansuetudini. vel pōt dici q̄ mansuetudo nō est species pietatis. sed potius fortitudinis mediante patientia. ¶ Differūt tamen māsuetudo z patientia alio modo. qñ patientia est in sustinentia molestiarū corporaliū: māsueto vero in sustimentia contumeliarū. adaptat̄ aūt mansuetudo secunde petitioni. qua petim⁹: et ne nos inducas in tentationem. i. da nobis spīm̄ pietatis quo sciamus honorare proximū cogitando q̄ ipse est ymago dei. vt non reddamus ei malū pro malo. z sic erimus mittes z hoc modo possidebimus terram cordis nostri: z dominabimur nobis ipsis et tandē possidebimus eternā terrā ¶ Sequitur de tertia beatitudine de qua dicit beati qui lugent quoniā ipsi cōsolabuntur. z adaptat̄ ista virt⁹ tertio. s. dono scīētie. ¶ Sed videt̄ q̄ potiꝰ adaptāda esset dono intellectus. quoniam intellectus ē cognitio bonorum spiritualium. ergo z malorum spūaliū. sez pctōr̄. cū contrariorū sit eadē disciplina: intellectu igitur dono cognoscim⁹ qua de causa lugere debeamus. scientia donum ad interiores operationes se habet cū doceat cōuersari prudenter in medio prauę z peruerse nationis: q̄ hec virtus que est luctus magis adaptāda est intellectui dono q̄z scientie. ¶ Solutio. z fidei z intellectui et scientie pōt adaptari virtus ista. fide em̄ credimus q̄ deus puniat eternaliter p pctis vñ lugēdū ē. intellectu cognoscim⁹ q̄ qz peccam⁹ in deū eternū puniendi sumus eternaliter vñ lugendū est. scientia vero scz cognitionē sic factā per opationē intellect⁹ imperat lugere. vñ quātum ad hoc est quasi practic⁹ intellect⁹. practica em̄ opatur scām iudiciū practicū. qz ergo scīētia impat lugere: ppter hoc imediate se habet ad luctū. intellectus vero mediate. et ppt hoc magis

Potest ōrī virtū māsuetudo debeq̄ adaptari

Af q̄ non.

De tertia beatitudine

Ptra hoc af

Solutio.

Af pt dici.

Patiētia et mansuetudo differūt.

Alia q̄stio. Af q̄ sic.

adaptat̄ luctus scientie cz intellectui. ¶ Postea queritur vtrū luctus sit alicuius virtutis specialis: qō videtur p auctoritates sanctoꝝ qui dicūt

In oppm.

¶ Ad secundo obiectũ: cũ dicit vsurarius: accõmodo tibi pecuniã hanc hac cõditione: vt tu des michi tñ ex vi mutui in quo transfertur dñium: vult transferre dñium in se rei aliene manẽtis aliene. ¶ Quere illa q̃stio ꝓstea iuxta hoc: vtrũ liceat dare mutuũ hac conditione q̃ accipiẽs det aliq̃d pauꝑibus: videt q̃ sic: q: dare mutuũ bonũ est: z dare pauꝑib⁹ bonũ: ergo totũ q̃ ibi est licitũ est. ¶ Sed si hoc: ergo licitũ est michi dare mutuũ: vt accipiẽs det aliq̃d pri meo in digẽri: eadẽ ratione z michi: magis eĩ diligo me q̃s alios: g̃ sicut nõ licet michi ex vi mutui trãsferre dominiũ rei aliene in me: ita nec in alterũ. vñ nõ valet hec argumẽtatio: licitũ est dare mutuũ/ et licitũ est dare aliq̃d pauꝑibus: g̃ licitũ est. rc. sicut nõ sequit licitũ est acquirere tẽpozalia: ergo licitũ est ꝓdicare ꝓ acq̃sitiõe tẽpozaliũ. ¶ Item licitũ est mihi dare mutuum isti ne ledat me aut vineã meã: g̃ licitũ est dare mutuũ ꝓ hac re tẽpozali: pari ratiõe ꝓ qualibet alia re tẽpozali: z ita ꝓ pecunia. ¶ Solutio. Prima argumentatio nõ valet: q: cũ datur mutuũ ne ledatur vinea/ nichil accipit ꝓter sortẽ: sed redimit ius suũ ille q̃ dat mutuũ: hoc aũt licitũ est: sed si daret ꝓ pecunia: daret vt acciperet aliq̃d ꝓter sortẽ: q̃ autem dictũ est q̃ nõ trãsfertur dñiũ in vsura: itelligendum

est de dominio illius rei q̃ accipitur ꝓter sortẽ: hoc aũt quia dñs supior non approbat illũ contractum: sed cõtractum ad mutuũ: z in hoc transfertur dominiũ: mutuũ eĩ est de meo tuum: vt dictum est supra.

Dicta ar. ¶ Sed nõ videt q̃ trãsfertur dominiũ: q: dñs supior nõ approbat cõtractũ illũ: ergo nõ trãsferꝫ dominiũ pecunie accomodate: z ita nõ est ibi mutuum.

Solutio. ¶ Solutio. In hmõi ꝓtractu duo sunt/ vnũ licitũ. s. dare mutuũ: aliud illicitũ. s. intẽtio accipiẽdi aliquã superexcrescentiã: primũ approbat dñs: z quãtũ ad illud

Augustinus dat transfertur dominiũ. Dicit eĩ augustin⁹. Nihil ita est cõuenies equitati q̃ aliquis de ꝓpria volũtate sua exequatur: sed hoc intelligendũ dño approbante: scõm non approbat. vñ quantũ ad illud non

Itex arguit transfertur dñium. ¶ Itẽ iste mutuũ potest dare alicui vt ipse q̃ accipit impleat hoc preceptũ. Non furtum facies: non mechaberis: eadẽ rõne põt et dare mutuũ vt quodlibet aliud ꝓceptũ impleat: g̃ vt impleat hoc ꝓceptũ: mutuũ date nihil inde sperãtes ergo potest dare mutuũ isti. vt iste mutuum det alijs

In oppositũ ¶ Contra. Mutuũ date nichil inde sperãtes: nec ante: nec post: sed ille sperat aliquid post: ergo peccat.

Solutio. ¶ Quod cõcedimus: nec est simile de hoc ꝓcepto. Nõ furtũ facies: z de hoc mutuũ date: quia in primo ex vi mutui nichil accipit ꝓter sortẽ: nec i se nec in alio: ꝛ i scõo accipiat aliq̃d ꝓter sortẽ vel i se vel i alio.

¶ Secunda questio principalis.

¶ Utrum ille qui accipit ad vsuram peccet.

Aſ q̃ sic. ¶ Queritˀ/ vtrũ ille q̃ accipit advsurã peccet: videt q̃ sic. ¶ Qui eĩ dat alicui occasionẽ fornicãdi peccat mortaliter: sicut si introducta esset ab aliq̃ mulier fornicaria si recederet socius de domo vt daret socio locũ fornicãdi peccaret: imo nõ debet recedere: g̃ si aliqs dat occasionẽ alicui ad vsurã dãdi/ peccat mortaliter: sed q̃ accipit advsurã dat vsurario occasionẽ dãdi advsurã: g̃ peccat mortaliter.

Secundo. ¶ Itẽ magis debeo diligere aiam ꝓximi q̃s cozp⁹ ꝓꝓriũ: g̃ ꝓ nulla necessitate cozpali licet accipere ad vsuram: ergo q̃ accipit peccat mortaliter. ¶ Itẽ in euangelio. Ue hoi illi ꝑ quã scãdalũ venit: z dicit ibi glosa q̃ virtũ est scãdalũ vbiq̃ exceptis tribus casibus. s. vbi est ꝓpitas vite/ z iusticie/ z doctrine: sed si ille nõ accipit advsurã: nõ amittit ꝓpter hoc ꝓpitas vite/ nec iusticie/ nec doctrine: ergo in hoc casu vitare debet scãdalũ: g̃ peccat si accipit ad vsurã.

Tertio.

Quarto. ¶ Itẽ sit hic aliqs sacerdos indigẽs z petat mutuũ ab aliquo vsurario subdito suo: videt q̃ peccet. ipse eĩ ꝓdicat nõ esse dandũ ad vsurã: z ꝓhibet dare/ z ipe facit q̃ iste det ad vsurã: ergo facit cõtra id q̃ ꝓdicat: ergo peccat mortaliter: z ita videtur q̃ peccatum sit

In oppositũ accipere advsurã: qõ si concedaꝫ. ¶ Cõtra. Beatus hieronymus commendat beatam paulam de hoc q̃ multa exꝑpendit in vsuris: vt pasceret pauꝑes: ergo non est pctm accipere ad vsuram: quod cõcedimus.

Solutio. ¶ Et ad primo obiectũ dicimus: q̃ non est simile de

Ad primũ. fornicatione: q: in fornicatione nichil est licitũ: sed in datione mutui ad vsurã aliquid licitum est. s. dare mutuum: sed residuũ est illicitũ. iste vero qui accipit ad vsurã nõ petit nisi q̃ ei detur mutuũ. hoc aũt licitum est: sed q̃ detur ad vsurã. hoc est cõtra volũtatẽ rectã accipiẽtis. ¶ Ad. scõo obiectũ dicim⁹ q̃ hec ẽ falsa. Iste q̃ accipit ad vsurã scãdalizat primũ. scandalizare eĩ est facto vel dicto minus recte peccãdi occasionẽ ꝓstare. ꝓtere aũt mutuũ nõ est factũ: vel dictũ minus rectũ: imo iustũ est q̃ petat mutuum: z iustũ est q̃ detur ei gratis. z q: nõ vult vsuram reddere gratis redimit accipiẽs ius suũ dando aliquid ꝓter sortẽ. ꝓter hoc patet solutio ad tertio obiectũ. ¶ Ad quarto obiectũ dicimus: q̃ sacerdos nõ peccat petẽdo mutuũ/ nec facit ꝓtra id q̃ ꝓdicat sed si daret mutuũ ad vsurã/ tunc faceret cõtra id q̃ ꝓdicat: nec cõpellit/ nec facit q̃ vsurarius det advsurã sed petit ius suũ z redimit si nõ põt habere gratis hoc aũt nõ est pctm. ¶ Cõcedim⁹ q̃ licitũ est in necessitate accipere ad vsurã: sed ꝓ ꝓtra necessitate sit pctũ ꝓ q̃ta nõ. hoc nõ determinat ars/ vsus/ sciẽtia: sed charitas. vnctio eĩ docet nos de oib⁹ hmõi ꝛt⁹ eĩ oĩ arte certior z melior est: vt dicit aristo. ¶ Ex ꝓ dictis patet q̃ est licitũ accipere advsurã: vt pascant pauꝑes. eadẽ ratione licitũ est accipere advsuram vt fiant alia opa mie. Sed opus mie est dare mutuũ gratis: ergo licitũ est accipere ad vsurã vt iste q̃ dat vsurã: det mutuũ gratis. ¶ Cõtra. Iste ꝓter necessitatẽ vel suã vel alterius ꝓuocat vsurariũ ad dãdum ad vsurã: ergo scãdalizat istũ: g̃ peccat. ¶ Ꝺ cõcedimus: si ꝓter necessitatẽ/ vel suã/ vel alteri⁹ det aliquid vsurario vt det mutuũ gratis. Tale ei dare vel accipere est factũ vel dictũ minus rectũ. vñ scãdalizat: sed cũ accipit ad vsurã in tpe necessitatis: vt pascat pauꝑes petit q̃ sibi est pauperi: z est petitio recta. z si nõ põt habere gratis licet redimere ius pauꝑũ.

¶ Tertia questio principalis.

¶ In quibus contractibus sit vsura.

¶ Queritur in quib⁹ cõtractibus sit vsura. potnatur g̃ q̃ aliqs det mutuũ alicui familiari regis hac cõditiõe vt defendat eum ab exactionib⁹ taliaꝫ. z iste defendat ipsum

¶ Queritˀ/ vtrũ in hoc cõtractu sit vsura: videt q̃ sic Aſ q̃ sic. dat eĩ mutuũ ꝓ re tpali: g̃ ibi est vsura. ¶ Sed ꝓtra In oppositũ Non grauat. primũ sic dando mutuũ: g̃ nõ est vsura. Solutio.

¶ Solutio. Quedã talia sunt debita/ q̃dã indebita si ergo dat mutuũ hac cõditiõe vt defendat ipm a debitis taliꝫ vsurarius est: ꝓtractus grauat primum nõ illũ cui dat mutuũ: sed principẽ cuius dãno ꝓcurat ab absolutione debite talie: si ꝛo dat mutuũ hac cõditionevt ipse defendat a taliꝫ indebitis: adhuc distinguendũ est. vtrum ille qui defendat ipsum solo verbo defendat ipsum aut per dationẽ aliquam pecunie: sivltimomodovsura est: si hoc sciat iste qui dat mutuum/ grauat igitur ꝓximum: si primo modo Ad rõnem. non est vsura: necvalet: dat mutuũ ꝓ re tpozali: ergo est ibi vsura: cum eĩ dicit mutuũ dare ꝓ re tẽpozali est vsura: intelligitur de re tpozali de qua percipit aliquod emolumẽtũ iste qui dat mutuũ: sed verba vel preces non dicuntur esse emolumentum.

¶ Item ponaꝫ q̃ aliquis det mutuũ ꝓ pignore: z sit ita q̃ iste q̃ accipit mutuũ equũ habet ociosum quez locare nõvelit z tradit illi ꝓ pignore a quo mutuum accipit hac conditione vt pascat ipsum z eqtet ipm: sine grauamine. ¶ Queritur: vtrum in hmõi contra q̃stio incidẽs ctu sit vsura: videt q̃ sic. Quia ꝓter sortẽ habet vsum Aſ q̃ sic. rei aliene: ergo ꝓter sortem accipit aliquod emolumentum: ergo ibi est vsura. ¶ Preterea. iste equus

Ad secundũ dimittius suum.

Ad tertium. Ad quartũ.

Correlariũ.

Itex arguit

Arguit in oppositũ. Solutio.

Ad rõnem.

Secundo.

Ad tertiũ. Justinianus ꝓmisit vsuras.

Ad vltimũ

Notandum. Dis vsurarius est fur.

q̃stio incidẽs

Ad primum

Secundo

In oppositũ

q̃stio incidẽs

poteſt locari quolibet die. xij. denarijs ⁊ tm̃ valet res quãtum haberi põt de ipa: g̃ ſi dans mutuum teneat equũ per. xx. dies perinde eſt ac ſi p̃ter ſortẽ accipe-

In oppoſitũ ret. xx. ſol. ergo ibi eſt vſura. ſi concedat. ¶Contra. Nõ grauat p̃primũ: immo iuuat: paſcit em̃ equũ ſuũ

Eodemmõ de domo. quẽ inutiliter paſcebat pri⁹ ille q̃ accepit mutuũ: ergo nõ eſt ibi vſura. ¶Eadẽ eſt q̃ſtio ſi accipiatur domus p̃ pignore q̃ inutilis eſt accipiẽti mutuũ nec velit eã locare/ ille vero q̃ dat mutuũ cuſtodit domũ a

Solutio ruina/ põt p̃bari q̃ ibi eſt vſura: põt p̃bari q̃ nõ: ſicut ⁊ prius. ¶Solutio. In talibus caſib⁹ cõſiderãdum eſt. vtrum p̃ter mutuũ pares ſint vtilitates circũſcripto mutuo non eſt ibi vſura: ſicut em̃ in ꝓpoſito caſu circũſcripto⁹ mutuo/ deberet velle iſte cui⁹ eſt equ⁹ q̃ alius haberet vſum eq̃ ſui ex quo inutilis ẽ ei equ⁹ habet em̃ aliquã vtilitatẽ de equo ſuo q̃ alius paſcit

Ad rõnem eũ ⁊ ſine grauamine eq̃tat. vnde pares ſunt vtrobiq̃ vtilitates vñ nõ eſt vſura: ⁊ nõ vꝫ hec argumẽtatio/ iſte habet vſum rei aliene p̃ter ſortem: g̃ ibi eſt vſura: deberet addi ⁊ p illo vſu non facit recõpenſationem ⁊ hoc falſum. vnde patet ſoluto ad primo obiectum

Ad ſecundũ ¶Ad ſecundo obiectũ dicimus: q̃ non eſt reſpect⁹ ad illud quod habeti põt de equo: ſed ad illud q̃ põ principaliter habet: vel ad illud q̃ de ipo faceret dñs ei⁹.

Alia q̃ſtio incidens. ¶Queritur poſtea de caſu iſto in quo aliq̃ participant vel cõſentiunt vſure/ vtrum peccent? ponat ergo q̃ aliquis vſurarius det alicui conuentui generalem refectionẽ q̃ dicitur pitantia: ⁊ totũ quod dat eſt de vſura: ſed cõuẽtus neſcit illud eſſe de vſura/ excepto vno ſolo monacho qui bñ ſcit iſtud eſſe de vſura.

Aſſ. q̃ ſic. ¶Queritur vtrum cõuentus peccet mortaliter comedendo illã refectionẽ: videtur q̃ ſic: quia dñs precepit in leuitico: oẽ morticiniũ ⁊ raptũ a beſtia ne comedas: ſed raptũ beſtura eſt morticiniũ infert enim mortem et raptũ a beſtia. i. a beſtiali homine: ergo q̃ comedit de vſura: facit cõtra p̃ceptũ dñi: ergo peccat mortaliter. q̃ aũt morticiniũ ſit paret p illud q̃ dixit thobias. Videte ne forte furtiuus ſit: quia non

Probatur minor. licet nobis aut edere aliq̃d ex furto/ aut contingere

Secundo. non licet ergo cõuentui comedere aliquid de vſura: ergo mortaliter peccant comedendo. ¶Itẽ abbas vel diſpenſator abbatie tenebatur querere an furtũ eſſet quod eis dabat: ſicut q̃ſiuit thobias/ ⁊ nõ q̃ſiuit

In oppoſitũ ſit ita: ergo peccant mortaliter. ¶Contra. Iſte conuentus neſcit hoc eſſe de vſura: ⁊ de quolibet hoſe p̃ ſumẽdũ eſt q̃ ſit bonus niſi p̃betur in cõtrariũ: ergo

Secundo non peccat comedendo illã refectionẽ ¶Itẽ ap̃lus dicit loquẽs de comedẽdis. nichil interrogãtes pro

Alia q̃ſtio incidens. pter cõſcientiã: ergo diſpẽſator nõ tenetur iterroga re an furtiuum ſit/ an de vſura. ¶Queritur poſtea de iſto q̃ ſcit illud eſſe de vſura/ vtrũ debeat comedere. videt q̃ non: q⁹ cũ ſciat illud eſſe morticiniũ ſi comedat ſcienter facit cõtra preceptũ dñi: ergo ſi comede

Aſſ. q̃ nõ. ret peccaret mortaliter: ergo tenetur nõ comedere.

In oppoſitũ ¶Si concedat. Contra. Si nõ comedat ſcãdalizat alios ⁊ tenet nõ ſcandalizare: quia ve hoi illi p quem

Secundo. ſcãdalũ venit: ergo tenet comedere. ¶Item ſi nõ comedat facit cõtra p̃ceptũ abbatis: abbas em̃ p̃cipit: ſit ita: ne aliq̃s faciat ſingularitatẽ aliquã: ergo tenetur comedere: ⁊ tenet nõ comedere: ſicut p̃batũ eſt:

Alia queſtio incidens. ergo tenet ad duo oppoſita q̃ eſt impoſſibile. ¶Queritur etiã de vſore feneratoris/ vtrũ peccet comedẽdo de vſura?

Aſſ q̃ nõ. ¶Videt q̃ nõ: quia tenet cohabitare cũ viro ſuo: quia vt dicit apoſtolus. Mulier non habet poteſtatem corporis ſui: ſed vir: nec ecõuerſo. ¶Itẽ

Secundo. dicit dñs in euangelio. Non licet vxori dimittere virum ſuũ niſi p̃pter cauſam fornicationis: ergo tenet cohabitare cum viro ſuo: ſed non poteſt cohabitare cũ viro ſuo niſi comedat de vſura: ergo poteſt licite comedere. ¶Contra. Comedit morticiniũ ⁊ ſcienter

In oppoſitũ ergo facit ſcienter cõtra p̃ceptũ dñi: ergo peccat mortaliter. Eadẽ eſt ratio de ſeruientib⁹ feneratorũ ⁊ de

Eodemmõ de ſeruito. illis q̃ colunt vineas ⁊ agros feneratox. ¶Solutio. Ad p̃mũ dicimus: q̃ ſi ſit vehemẽs ſuſpitio q̃

Soluto. iſte q̃ dat pitãtiã ſit vſurarius/ ſicut ſi ſit ciuis alicuius ciuitatis in qua fere ſunt oẽs vſurarij interroga

Ad primum re debet diſpẽſatorẽ abbatis/ an ſit furtiua ⁊ funebris illa pecunia quã dat p̃ pitantia/ ⁊ diligẽter inq̃rere: ⁊ ſi credat funebre nullo modo debet recipere. Nõ

Ad dictum apoſtoli. vero dicit apoſtolus. Nichil interrogantes p̃opter cõſcientiam: intelligitur vbi nõ eſt p̃ſona ſuſpecta: ⁊ p̃eterea apoſtolus loquebatur de ydolaticis q̃ ſim-

Aliter dicit. pliciter licet comedere oĩa em̃ munda mũdis: ſed illud quod eſt de vſura non: ſi vero nulla ſit ſuſpitio q̃ iſte q̃ dat ſit vſurarius nõ eſt iterrogãdus an furtiuũ ſit: nec peccat cõuẽtus comedẽdo/ nec valet illa argumentatio: iſte comedit morticinum: ergo peccat mortaliter comedẽdo: ſicut iſte cognoſcit vxorẽ alterius: ergo peccat cognoſcẽdo: põt em̃ aliq̃s cognoſcere vxorẽ alterius ſine peccato: ſi adhibeat diligentiam quã poteſt adhibere ⁊ debet ⁊ credit eſſe ſuam.

Nota. ¶De illo vero ſolo q̃ ſcit totũ quod dat eſſe de vſura

Ad aliud. Dicimus q̃ in illo caſu ne ſcandalizet fratres debet comedere: tñ cũ cõſcientia et p̃poſito reſtituẽdi. debet em̃ hoc ſignificare abbati/ vt abbas reſtituat/ et abbas debet reſtituere. etiã em̃ volũtatis debent eſſe oẽs fratres etiã de cõuẽtus. vt q̃ bñ vult vn⁹ bene velit alius. ⁊ nõ valet: comedit ſcienter morticiniũ: ergo peccat. nõ em̃ eſt morticiniũ ei i hoc caſu. ſicut ſi aliq̃s vſurari⁹ peniteat ⁊ obuiat alicui in extrema neceſſitate cõſtituto: ⁊ ſi nõ habeat ad manũ niſi denarũ quẽ habuit de vſura: tenet illũ dare cum p̃poſitio reſtituẽdi eq̃pollẽte. ¶De vxore feneratoris dicimus: q̃ nullo mõ comedere debet de vſura: niſi habeat alia de q⁹ poſſit reſtituere: ⁊ tũc põt comedere cũ p̃poſitio reſtituẽdi. aliter nõ: immo pri⁹ debet dimittere virũ ſuũ q̃tum ad cohabitationẽ. nõ em̃ tenetur cohabitare ſi vir ſuus cõpellat eã ad peccãdũ

Ad obiectum apoſtoli. Quod ꝓ dicit ap̃ls. Mulier nõ habet ptãtẽ corpis ſui: ſed vir: bñ cõcedimus: cui⁹ em̃ nõ cohabitet: tamen tenetur reddere debitũ ei pro loco et tempore.

Ad aliud. ¶Et de iſto quod obiicit q̃ alter nõ debet dimittere alterũ niſi p̃pter fornicationẽ: bñ cõcedimus. ſed dñs nõ intellexit tm̃ de fornicatiõe corpali: ſed etiã de ſpirituali. ſic patet i gloſa. Fornicatio aũt ſpualis in

Ad aliud omni pcto mortalis eſt. tenet aũt mulier obedire viro ſuo ſaluo dño ſuptoris dñi. ¶Idẽ p̃cedim⁹ de ſeruientibus ⁊ colentib⁹ vineas feneratox: q̃ nullo mõ

Aliꝫ dicunt. debẽt ſcienter recipere pecuniã feneratox/ niſi velint reſtituere: tñ de colentibus vineas dicunt quidã q̃ li cite poſſunt recipere: quia nõ faciunt vſurarium impotentem: quia de fructu vinearum poterit reſtituere quod dat cultoribus: ſed quia illud incertũ eſt pri me ſolutioni adheremus. ¶Adhuc querit de illis: qui per participationẽ ⁊ cõſenſum incidunt peccatũ vſure. in quibuſdam enim regionibus ſunt quidam

Alia q̃ſtio incidens. qui huic officio deputãt ſe vt indigentib⁹ querãt pecuniã ad mutuũ: ⁊ accipiũt ab vtraq̃ pte. ¶Queritur

Aſſ. q̃ nõ. de illis vtrũ peccant ſic faciendo. videt q̃ nõ. vtiles enim ſunt indigẽtib⁹ ⁊ oi vtilitati deſeruiũt. g̃ non peccant: ſed ꝫ. ipſi accipiũt ab vtraq̃ parte. g̃ a feneratore: ſcz ſortẽ. de ſorte eni nichil daret eis: hoc bene ſciunt ipſi: ergo ſcienter comedũt morticiniũ. g̃ peccãt

Alia q̃ſtio incidens. mortaliter. ¶Simili q̃riẽ de rectoribus quarũdã ciuitatũ qui cõpellunt ad reddẽdũ vſuras: ⁊ de teſtib⁹ quoꝝ teſtimonio reddũt: ⁊ de illis qui publica inſtrumẽta faciunt ſup cõtractib⁹ vſurarijs. Queritur vtrũ

Aſſ. q̃ non. Secundo. peccent: videt q̃ nõ: q⁹ hoc facĩt p̃pter cõmunẽ vtilitatẽ. ¶Itẽ. ſi aliq̃s dederit fidẽ de reddẽdis vſurꝫ eccl̃ia ꝓſulit q̃ reddat. g̃ illi q̃ cõpellũt reddere p̃ſi

In oppoſitũ mant q⁹ eccl̃ia ꝓſulit. g̃ non peccant. ¶Cõtra. eoꝝ auxilio iſte acquirit vſuras: g̃ eoꝝ auxilio facit pctm̃ ergo cõſentiũt pctõ: ſed facientes et cõſentientes pari

Alia q̃ſtio incidens. pena puniẽdi ſũt. g̃ ipi peccant mortalit. ¶Queritur aũt de iſtis q̃ p̃ter ſortẽ aliq̃d accipiũt noĩe pene: vel locatiõis vtrũ peccẽt? Quidã eni ita dicũt. loco tibi pecuniã meã vſq̃ ad nũdinas illas: et p locatiõe tm̃ dabis michi: vl̃ do tibi mutuũ vt reddas illi ⁊ nũdinis illis: vl̃ ſi nõ reddideris p pena dabis michi tm̃.

Aſſ. q̃ ſic. ¶Queritur vtrũ iſte ꝓtract⁹ ſit vſurari⁹? videt q̃ ſic. q⁹ de noibus nulla dꝫ eẽ ꝓtẽtio: g̃ ſiue dicat aliq̃s loco pecuniã ſiue aliquo alio ꝓbo vtaĩ: dũmodo intẽdat tranſferre dñium: ⁊ ex vi mutui aliq̃d hr̃e p̃ter ſortẽ cõtract⁹ eſt vſurari⁹; ergo peccat mortalit q̃ ſic dat pecuniã ſuã: ⁊ peccãt mortalit q̃ de hm̃oi ꝓtractib⁹ dant publica inſtrumenta: ſicut cardinales et papa.

Soluto. Ad primum ¶Solu. Ad p̃mũ dicim⁹ q̃ ille peccat mortalit q̃ pcurat q̃ aliq̃s det mutuũ ad vſurã alicui/ lz̃ hocvti le ſit idigẽtib⁹: tñ peccat q̃ nõ pcurat hoc p̃ter vtilitatẽ indigẽtiũ: lz̃ vt ipe habeat vſure partẽ. vñ ꝓ mu

Ad ſecundũ nicat vſure p participationẽ. ¶Sil̃r dicim⁹ ad ſcõo obiectũ q̃ peccãt rectores q̃ cõpellunt reddere vſuras ⁊ ipi teſtes: ⁊ q̃ faciunt ſcienter publica inſtrumẽta de ꝓtractu vſurario. oẽs iſti cõcãt pctõ vſure per

Duplex vſurarius. cõſenſũ. vñ q̃dã ſũt vſurarij ſimplicit: ſicut illi q̃ dãt pecuniã ſuã ad vſurã: alij ſunt vſurarij p̃ticipationẽ: ſicut vxor vſurarij ⁊ ſeruientes: et iſte q̃ pcurat vt aliquis det ad vſurã: hac de cãſa p̃tẽ inde hẽat oĩs tales ſunt vſurarij p̃ticipationez: nõ tñ ſimpliciter vſurarij. aliq̃ aũt ſũt vſurarij ẽm̃ ꝓſenſuz: ſicut rectores q̃ ꝓpellũt reddẽ vſuras ⁊ teſtes.

Ad arguñ. ¶Añ nõ vꝫ hec argumẽtatio: rectores faciũt hoc p̃pter ꝓmunẽ vtilitatẽ: ergo nõ peccãt. q⁹ nõ facĩt p̃pter cõmunẽ vtilitatẽ abſolutã: lz̃ reſpectiuã. faciũt ei hoc malũ ne pei⁹ fiat: nõ ſolũ confirmãt q̃ eccleſia conſulit: imo pl̃ facĩt: dãt ei auctoritatẽ et potẽtiã

Ad vltimũ feneradi. ¶Ad vltio obiectũ dicim⁹ q̃ p̃t eſſe q̃ iſte ꝓtract⁹ nõ iit ẽm̃ ſniam ſuã vſurari⁹: illi tñ q̃ dant pecuniã vſurarijs ſũt: i fraudẽ ei vſurarũ faciunt: ⁊ ex vi mutui intẽdũt aliq̃d recipere p̃ter ſortẽ. ꝓtract⁹ tñ i ſe nõ ẽ vſurari⁹: ſi p̃ pena negligẽtie ei⁹ q̃ debuit ſoluere debitũ ad p̃dictũ terminũ ⁊ p̃ expẽſis quas faciunt creditores vt habeãt debitũ aliq̃d p̃ter debitũ p̃ pena dat: ⁊ q̃ nõ excedat culpã vel expẽſas: ⁊ quã tũ ad hoc poſſet dare dñs papa ⁊ cardinales ſras ſuas: tuſtũ eni eſt punitri negligentez aut fraudulenter differentem ſolutionem debitam.

¶Secundum capitulum.

¶De caſibus q̃ ſunt ex incertitudine tp̃is.

Dicto de caſib⁹ in q̃b⁹ ꝓtract⁹ ẽ vſurari⁹ cũ certitudine tp̃is. dicẽdũ ẽ de caſib⁹ illis q̃ ſũt ex

Prima q̃ō. Aſſ. q̃ ſic. icertitudine tp̃is. aliq̃s g̃ ꝺ̃t itavẽdo tibi bladũ meũ vt reddas mihi tm̃ quãtũ valebit i tpe in q̃ cari⁹ erit hoc ãno. ¶Queritur vtrũ iſte ꝓtract⁹ ſit vſurari⁹? videtur q̃ ſic. q⁹ vẽdãs in intẽtiõe hz accipiẽdi aliq̃d ꝑter ſortẽ: ⁊ hoc ex p̃mit forma ꝓtract⁹. vſurari⁹ ẽ g̃ iſte ꝓtractus. ¶Cõtra. icertũ ẽ vtrũ bladũ ſit pl⁹ valitu

In oppoſitũ rũ in pte aliqua ãni futuri cũ mõ valeat. p̃t ei ꝓtingere q̃ minus valebit p totũ ſequẽtẽ ãnũ: cũ modo valeat. g̃ dubiũ ẽ vtrũ iſte ex hoc ꝓtractu acceptur⁹ ſit pluſq̃ ſortẽ vel min⁹. g̃ ꝓtract⁹ iſte nõ eſt vſurarius.

Confirmat. ¶Et q̃ hec argumentatio ſit neceſſaria: p̃bat. q⁹ ꝺ̃t dñs papa in q. dã decretali q̃ aliq̃ mercatores vẽdidẽrt merces ſuas q̃ nõ valebant niſi quinq̃ libras in tpe ꝓtract⁹ p ſex libris ad paſcha reddẽdis. dicit dñs papa: q̃ cõtractus ille nõ eſt vſurari⁹ ꝑ dubium eu̇ẽt⁹ rei: p̃t ei ꝓtingere q̃ ſex libras valiture ſũt merces i paſcha. g̃ ſi ille ꝓtract⁹ non ſit vſurari⁹ ꝑ dubiũ eu̇ẽtũ rei: eadẽ rõe nec pri⁹. ¶Itẽ. ꝫ decreta-

Sz ꝫ hoc aſſ. lẽ illã obiicit. ſi lz vẽdere merces q̃ nõ valẽt niſi q̃nq̃ libras p ſex libris ad paſcha/ lz ſilr vendẽ p ſex ⁊ ſex duob⁹ denarijs: ſilr p ſex libris ⁊ q̃ttuor denarijs et augẽdo p minutas: cũ nõ ſit deẽminate p̃ciũ i quo ſi ſtẽdũ ſit lzvẽdere p x. libris. Cõtra manifeſte intẽdit hr̃e vẽdẽs pluſq̃ ſortẽ. g̃ cõtract⁹ vſurari⁹.

Euaſio ¶Forte dicẽdũ ẽ q̃ ſiſtẽdũ ẽ in aliquo p̃cio circa. x. libras: vi delicz i illo p̃cio q⁹ det minabit vir bon⁹ vel ſapiẽs i hm̃oi ꝓtractib⁹. ¶Sz ꝫ. ſapiens nichil ſcit de futu-

ꝫ hãc aſſ. ris euẽtib⁹: q⁹ aſtronomi ſepiſſime fallũtur in hm̃oi: g̃ nichil põt determiare de talib⁹. ergo ſi iſte vltim⁹ ꝓtractus eſt vſurari⁹ nec impedit dubi⁹ euẽtus rei eadẽ rõe ꝓtract⁹ ille quẽ ꝺ̃t decretal̃ non eẽ vſurariũ eſt vſurari⁹. ¶Itẽ. ſi ꝑter dubiũ euẽtũ nõ ſunt vſu

Secundo rarij hm̃oi cõtract⁹: g̃ emere in terra bladũ non fuit vſura: ⁊ ꝯmunis opinio dicit oppoſitũ: ſi ei ſextari⁹ bladi valet mõ. x. ſol. ⁊ ꝑbabile eſt q̃ tm̃ valitur? ſit i auguſto ⁊ aliq̃s emat ꝑ quinq̃ ſolidis vſura ꝺ̃ hm̃oi eſſe: nec hoc impedit dubi⁹ euẽtus: g̃ ꝓtract⁹ q̃ eſt in decretali vſurari⁹ eſt. ¶Solutio. Ad euidẽtiã ſolu-

Solutio tiõis iſtox. Notãde ſunt q̃dam rr̃e q⁹ ꝺ̃ dirigamur in

Ultima rr̃a. hm̃oi caſib⁹: quar⁹ p̃ma hec ẽ/ quãtũcũq̃ vẽdẽs certꝫ de ſorte intẽdit accipẽ pl⁹ q̃ ſortẽ ⁊ hoc exp̃rimit forma ꝓtract⁹: ille ꝓtract⁹ vſurari⁹ eſt.

Scõa rr̃a. ¶Scõa eſt vbicũq̃ vẽdẽs vẽdit merces ſuas reſpectu futuri ꝓmationi pcio q̃ valeãt in tpe ꝓtractus ⁊ vẽdit ẽm̃ eſtimationẽ boni viri ⁊ ſapiẽtis: i hm̃oi ꝓtractib⁹ nõ eſt cõtract⁹ vſurari⁹: ſicut eni dicit ariſto. bon⁹ in ſingulis videt verũ: vt regula ⁊ mẽſura eoꝝ exiſtens. ẽm̃ hoc idẽ ꝺ̃ ap̃ls. Spũalis hõ oĩa iudicat ⁊ a nemine iudicat.

Tertia rr̃a. ¶Tertia rr̃a ẽ: ſi vẽdẽs itẽdit accipe pl⁹ q̃ ſortẽ: ſiue hoc exp̃rimit forma ꝓtract⁹ ſiue nõ ſiue pl⁹ accepturꝫ ſit ſiue vſurari⁹ ꝓtract⁹ eſt: ſaltẽ ẽm̃ intẽtionẽ vſura ei in volũtate ꝑſiſtit ſicut ⁊ ſymonia. Scõz p̃ma regulã dicim⁹ q̃ ꝺ̃ctus p̃im⁹ ſit vſurari⁹ ꝑ ſcõaz rr̃am dicim⁹ q̃ ꝓtract⁹ q̃ eſt in decretali nõ eſt vſurari⁹: ſi ei vir bon⁹ ⁊ ſapiẽs i hm̃oi ꝓtractib⁹ ⁊ ẽm̃ q̃ ſolet accidere i aliꝭ ãnis eſtimet merces ſuas valituras ſex libras ad paſcha nõ ẽ ꝓtract⁹ vſurari⁹. vñ dicim⁹ q̃ in hm̃oi ꝓtractib⁹ ſiſtẽdũ ẽ vbi ſiſtit vir ſapiẽs ꝑſideraꝫ oĩb⁹ circũſtãtijs: nõ ſolũ g̃ dubi⁹ euent⁹ facit ꝓtractũ nõ eẽ vſurariũ: ſz recta eſtiatio ſapiẽtꝫ. vñ ſi aliq̃s emat bladũ i tẽra ⁊ ꝺ̃z iudiciũ ſapiẽtꝫ ſit mẽta

tiū ꝫ hoc aſſ. acceptur⁹ ꝓter ſortē vſura ꝺr eē. ¶ Sꝫ ꝓbat ꝙ non ſit ibi vſura: qꝛ dictū ē ſupius ꝙ vſura ē cū aliqꝭ intē dit aliqd accipere ꝓter ſortē ex vi mutui: ſꝫ ibi nō eſt mutuū. g ibi nō eſt vſura. ¶ Itē. ibi ē ſimplex ēptio ꝛ

Secundo. vēditio. g nō eſt vſura. ¶ Si ꝓcedat hoc. ergo eadez

In oppoſitū rōe: ſi aliquis vēdit pānū q nōvalz mō niſi xl. ſol. ꝓ

Ad idem. xv. ad paſcha nō ē vſura: qꝛ ibi nō eſt mutuū. ¶ Sikr ſi aliquis vēdit marchā argēti q nō vꝫ mō niſi xl. ſol. ꝓ

Euaſio. xlij. ſol. ad paſcha non eſt vſura: qꝛ nō eſt mutuū: ſed ſimplex emptio vēnditio. ¶ Forte dicet q hec eſt vſura: qꝛ in fraudē ꝓhibitōis mutuꝫ ꝓtractus: ſcit enī ille qui vēdit ꝙ ꝓhibitū eſt dare mutuū ꝓ ſu

Ad hoc arguit perabūdātia: vñ nō dat mutuū: ſꝫ vendit: ꝛ ita i fraudē ꝓcepti mutat ꝓtractū: ꝓpter hoc iudicat vſura

ꝫ rius. ¶ Sikr ꝓbat ꝙ iſte qui emit bladū in ẽra vſura rius eſt: ſcit enī ꝙ ille qui vēdit indigēs eſt: ꝛ ſcit ꝙ il li tenet dare mutuū nichil inde ſperans: ſi aūt daret ꝓ ſuperabūdantia faceret manifeſte ꝓtra ꝓceptū in fraudē. ergo ꝓcepti mutat ꝓtractū et vēdit bladū ꝓ minori ꝫ valeat. g vſurari⁹ iudicādus eſt/ cū intēdit accipere aliqd ꝓter ſortē: nō enī curandū eſt vtrū in eadē intēdat accipere pluſꝫ ſortē vl̄ aliā. ¶ Itē.

Secundo. pctm̄ eſt vt videt vēdere rē pluſꝫ valeat ad terminū rōe termini. g ſivendat res pluſꝫ valeat nō ſine expectatione: imo ſtatim acciptat maⁱ pctm̄ eſt: magꝭ enī nocet. g oēs cābitores peccāt ꝙ vēdunt pluſꝫ valeat res. et ſtatim acciptunt ꝓcū. ergo ſunt vſurarij.

ꝫ hoc aſſ. ¶ Sꝫ ꝫ. tm̄ valet res quātū inde ꝓ hꝫ in ꝓſenti: er

Secundo. go ſi tm̄ vēdāt nō peccāt. ¶ Itē. pctm̄ eſt emere bla dū in ẽra quo ip⁹obabili vēdito recte eſtimātis mul to plus acceptur⁹ ē ꝫ emit. g pctm̄ eſt emere ꝓrogatus quos vendunt monachi. eſt ei aliquis clericⁱ⁹ iuuenis qui ꝓbabiliter ſua etate ꝓuiuere ꝑ. xl. annos

de mōachis. ꝛ ſunt aliq monachi valde indigētes ꝛ vēdūt ꝓrogatū aliquē huic clerico ad vitā ſuā ꝑ. c. libꝛas: ꝛ ꝓroga tus valet. xl. libꝛas ānuari: videt ꝙ iſte qui emit pec cat mortaliter. mꝛo enī plura acceptur⁹ ē ꝓter ſortē ꝛ tenet dare mutuū gratis ex quo ſcit indigētiā illoꝛ rū. ꝛ qꝛ non vult dare gratis: mutat cōtractū mutui

Soluſio. in emptionē. g peccat mortaliter. ¶ Solu. Ad primū

Ad primū. dicim⁹ ꝙ nōvalz hec argumētatio: ibi nō ē mutuū. g ibi nō eſt vſura: quidā eivſurarij directe ſūt vſurarij ſicut illi qui dāt mutuū vt aliquid habeāt ꝓter ſortez alij indirecte ſunt vſurarij: videlz illi q in fraudē ꝑce ꝑti mutant cōtractū ꝛ idē intēdūt acquirere qđ acq rent ꝙ mutuū: faciūt aūt fraudē huic ꝑcepto: mutuū dare nichil inde ſperātes: aliqñ mutatiōe nois tm̄: ſi cut ſi dicat vſurari⁹: non do tibi pecuniā iſtā mutuo: ſꝫ vēdo. pꝫ ꝙ idē ē ac ſi dicat: do tibi mutuū: aliqñ fa cit fraudē ꝑcepto murādo ꝓtractuz: ſicut iſte q emit bladū in ẽravolēs dare pecuniā ſuā mutuo ꝛ qđ vēdit ſuas merces cariⁱ⁹ ꝓpter ẽminū: hmōi hoies faciūt fraudē ꝑcepto dei ꝛ vēdūt tꝑus: vñ vſurarij dñr: ꝫ i directe: ꝓprīū ei ēvſurarij vēdē tꝑs: ꝛ ꝓpt̄ hoc ꝺr in eccle. de auaro: gr̄a vſurarij auaro nihil ē ſceleſti⁹ vl̄ iniquⁱ⁹: vſurariⁱ⁹ ei facit ꝫ triplicē legē: diuinā q ꝑce pit mutuū dare nihil inde ſperātes: facit eī ꝫ legē di uinā q ꝑcepit mutuū dare nihil inde ſperātes: facit ei ꝓtra legē naturalē ꝛ hūanā: qꝛ facit ꝫ hoc ꝑceptū: q cūqꝫ vult⁹ vt faciāt vobis hoies: ꝛ vos eadē facite illⁱ facit enī ꝓtra legē naturalē vniuerſalē: qꝛ vēdit rēp⁹ qđ ꝫ mune ē oīz creaturarū. ꝺr eī aug. ꝙ iudiciū ē ſū

Auguſtin⁹. me largitatis dei ꝙ q̄libet creatura ꝓpellatur dare ſeipam. ſol enī ꝓpellit dare ſeipꝫ ad illuminādū: ſikr terra ꝓpellit dare quicqđ ꝑ: ꝛ iſta aqua. nichil autez ita gñaliter dat ſe ſicut ipſe: qꝛ velint nolint res tꝑus hñt: qꝛ ergo vſurari⁹ vendit qđ de neceſſitate eſt oim creaturaꝝ cōe creaturis oib⁹ imurtat ꝛ lapidib⁹. vñ ſi hoies tacerēt cōtra vſurarios/ lapides clamarēt ſi poſſēt: ꝛ hec ē vna cauſa quare eccl̄ia ita pſequtur vſu rarios. vñ maxie ꝓtra illos ꝺr de⁹. cū accepero tꝑs t. cū tꝑs ita erit i manu mea ꝙ vſurarij nō poſſit ipm vēdere: tūc iuſticias iudicabo. ¶ Ad ſcōo obiectuz dicim⁹ ꝙ hec argumentatio nō valet. iſte vēdit rem pl⁹ ꝫ valz ad ẽminū z hoc rōe ẽmini: ꝛ ꝓpt̄ hoc vſu rarius. ergo iudicādus eſt vſurariⁱ⁹: ſi vendat eandē rem ꝙ eodē ꝑcio: ꝛ ſtati accepit ꝑcū. nō enī in hmōi contractu facit fraudē ꝑcepto dei: nec vendit tꝑs: ꝫ concedim⁹ ꝙ peccat: ſi decipiat ementez. in ſimplici enī vēditiōe et emptiōe pōt decipi tā vēdēs ꝫ emēs qꝛ emēs dat minus ꝫ pōt dare: ꝛ vēdens accipit pl⁹ ꝛ ꝓpter hoc determinauit lex hūana: ꝙ ſi i cōtractu venditiōis ꝛ emptiōis decipiat aliqs vltra mediera tē iuſti ꝑcij: ꝙ deceptus poſſit agere ꝓtra deceptorē ſed ſm legē diuinā: nō ꝑt vendere ſine pctō rem ali quā ſciens pluſꝫ valeat. ſed licet vēdere quātum ꝑt dūmō ꝙ mendaciū nō vēdat: nec ꝓtra ꝺicietia iuā: ꝫ quantū poſſit vēdere vel nō pl⁹ hoc aūt nō determinat ars: ꝫ caritas bonⁱ viri ꝛ ſapiēꝭ i ſingul. ¶ Ad vltimū obiectū dicim⁹ ꝙ ſi ille q emit ꝓrogatū i fraudē ꝑce pti dei ꝛ ꝙ expectatōe tꝑis emat vſurariⁱ⁹ iudicād⁹ ē: aliter ei ꝑt emē ſine pctō: dū mō emat ſm eſtimationē bonⁱ viri: qꝛ ſine dubio carⁱ⁹ ꝺz emē iuuenis ꝫ ſenex

¶ De ſupabūdātia in qua nō intꝛuenit pactū

¶ Secunda queſtio.

¶ Querit poſtea de iſta ſupabundātia in qua non intꝛuenit pactū: ſit ꝙ aliqs qui det mu tuū ſperās ſe aliqd acceptur⁹ ꝓter ſortē: nec alit̄ daret niſi ſparet ſe aliqd acceptu rum: tūnon facit pactū. ¶ Querit vtrū hoc ſit vſura videt ꝙ non. qꝛ quilibet debet eſſe gratus ad benefi cia: ergo iſte q accipit mutuū tenet eſſe gratⁱ⁹ ad mu tuum: cū mutuū ſit beneficiū: ergo ille q dat mutuū pōt ſpare aliquid ad qđ accipiēs tenet: ergo pōt ſpa re aliquā ſupabundātiā: ergo ibi non eſt pctm̄: g nec vſura. ¶ Itē. ex dono pōt ſperare vt aliquid ſibi de tur: ergo ex mutuo poteſt ſparevt aliquid ſibi detur vel dic quare non. ¶ Itē. ex dono pōt aliquis ſpare donū: ergo ex mutuo mutuū: ergo pōt dare mutuuz aliquid inde ſperās: ꝛ ob hoc nō eſt vſurariⁱ⁹. ¶ Sed cōtra. Iſte directe facit ꝓtra ꝑceptū hoc: mutuū da te nichil inde ſperantes: ꝛ illo precepto/ ꝛ in illo ꝑce pto ꝓhibet vſura/ vt dicūt gloſe: g peccat pcr̄ vſu re. ¶ Item. volūtas ꝛ opus ſunt idē pctm̄/ ſaltem in ſpecie: qꝛ dicit dñs i euāgelio. Qui viderit mulierē ad ꝺcupiſcēdū eā/ iā mechat⁹ ē i corde ſuo: ꝛ apls vo cat homicidū involūtare/ ꝛ hoicidū in ope: g cū iſte ſit vſurariⁱ⁹ involūtate vſurariⁱ⁹ iudicād⁹ eſt. ¶ Si di cat ꝙ pctm̄ ibi nō ē/ ipedit ne ſit ibi vſura: niſi ad hoc vt faciliⁱ⁹ habeat aliquid ꝓter ſortē. vñ acceſſoriū nō eſt ꝛ nō eſt de ſubſtātia vſure: ſicut ſi aliqs velit adul terari ꝛ ꝙrit opoꝛtunitatē loci ꝑ quā faciliⁱ⁹ adulteret volūtas q̄rēdi hmōi locum deformat a deformitate adulterij: nō ecōuerſo: pctm̄ g i vſura nō mutat ſubāz pcr̄i: g ſicut pactio ē vſura: ꝛ ſine pacto. ¶ Itē. ſi alt

Tertio. qs interficiat hoiez ſiue cū pacto ſiue nō cū pacto: ho

Ad ſecundū

Ad tertium

Ad rōnem.

Aliter.

Aſſ ꝙ non.

Secundo.

Tertio.

Ad vltimū

Sꝫ dicatur.

Quarto. micida ꝺr ꝛ eſt ſiꝫe: ſi aliqs ſumat aliquā ſupabūdan tiā ſiue ex pacto ſiue non ex pacto/ vſurari⁹ ē. ¶ Itē. ſi it ita ꝙ ille hēat volūtatē faciēdi pctm̄: ſꝫ non audet ꝓpter eccl̄iam ne ꝓpellat cedere: ali⁹ aūt hēat volun tatē faciēdi pctm̄ ꝛ facit inde ſic. quācūqꝫ voluntatē hꝫ ꝓtm̄⁹/ hꝫ ſcōus: et ecōuerſo. g qcūqꝫ pctm̄ habz ꝓtm̄⁹ ꝛ ſcōus ꝛ econuerſo: ſꝫ ſcōus habz pctm̄ vſu

Soluſio re. ergo ꝛ ꝓtm̄⁹. ¶ Solu. idē in diuerſis facultatib⁹ vel a diuerſis artificib⁹ diuerſimode ꝓſideraꝝ. vñ in ꝑdicto caſu ſm leges hūanas ꝛ ſm forꝫ iudiciale nō eſt vſura. qꝛ leges hūane nō cohibēt aim/ ſꝫ manū: ſꝫ lex diuina q̄ vtrūqꝫ ꝓhibz iudicat ibi eē pctm̄ vſure.

Ad rationez vñ in foro pniali iudicād⁹ ē vſurariⁱ⁹ niſi aliqs velit fa cere vi i hoc noie vſura ꝛ facē tꝑm ẽminū accidētalē: dicēs vſurā eē ſolūmō niſi pactū intueāt: ꝫ noib⁹ nul la ꝺz eē ꝑtēria: de ipa ei ſubſtātia pcr̄i q̄ram⁹. ¶ Dicim⁹ g q̄ i ꝑitate vſura ē i ꝑdicto caſu. ꝛ nōvꝫ hec ar gumētatio. iſte ꝑt ſpare licite id ad qđ tenet ipe. g ꝑt ſpare ſupabūdātiā. ſupabundātia eni eſt donū ꝓter ſortꝫ rōnē: ꝫ rōe mutui ꝑt ſpare ſupabūdātiā aliquā

Ad ſecundū ¶ Ad ſcōo obiectū dicim⁹ ꝙ ex dono ꝑt aliqs ſpa re donū ꝛ etiā mutuū: ꝛ hoc eſt qꝛ donū ē datio i red

Ad tertium dibilis: et mutuū ē datio reddibilis. ¶ Ad ẽtio ob iectū dicim⁹ ꝙ hec eſt ꝑa: iſte licite ex mutuo ꝑt ſpa re mutuū nō ex mutuo tm̄: ſꝫ ex charitate accipiētis q̄ attēdit ꝙ hoc ꝙ ei dat gratis mutuū. mutua ei bñficia attēdūt charitatē. ꝛ qđ obiect̄ de hoc ꝓcepto

Ad rōnem. ¶ Mutuū date nichil inde ſpantes: ſic exponit: nichil t. nullā ſupabūdātiā: vl̄ nihil ide. t. ex mutuo rōe mu tui: ſed aliqd poſſum⁹ inde ſpare. t. ex charitate que gr̄a mutui attendit: qꝛ ꝺr date ꝛ dabiⁱ vobis: vel pōt ſic exponi: nichil inde ſpantes. t. nullā ſupabundan tiā: qꝛ hoc eſſet mortale: vel nihil. t. nec etiā mutuū:

Aliter. quia tūc datio illa eſſet inutilis ad vitā eternam.

¶ De reſtitutiōib⁹ vſurarij. ¶ Tertiū capl̄m.

Regula. ¶ Jrca ẽtiū capitulū q̄rit de reſtitutiōe vſu re: de qua talⁱ ꝺaf regula. ¶ Ẽm ſupabūdā tiā quā habuit vſurariⁱ⁹ de vſura: teneꝫ reſti

ꝫ quā aſſ. tuere. ¶ Sꝫ obiciꝫ. ſit ita ꝙ aliqs vſurari us penitet: ſꝫ i talⁱ articulo poſitⁱ⁹ ē ꝙ ſi reſtituat q̄ cūqꝫ habuit de vſura: ipe fame moꝛit: ꝛ filij ꝛ filie eiⁱ⁹ ꝓſtituenꝫ. q̄rit ſi i hoc caſu teneꝫ reſtituere q̄cūqꝫ hꝫ

Aſſ ꝙ ſic. de vſura: videt ꝙ ſic. ¶ Qꝛ nō dimittit pctm̄ niſi reſti

Secundo tuaꝫ ablatū. ¶ Itē. q tardiⁱ⁹ reddit min⁹ reddit. g te

In oppoſitū neꝫ reddē q̄cq̄d ꝑt ꝛ quācito ꝑt. ¶ Sed ꝫ. neceſſitas nō hꝫ legē. excuſāt ei apl̄s ꝓpt̄ neceſſitatē: q alienas ſpicas vellebāt ꝛ fricabāt ꝛ comedebāt. g ille ſiꝫ ex cuſāⁱ⁹ eſt ꝓpt̄ neceſſitatē. g ſic licite pōt retinere de vſuris qđ ſibi ꝛ familie ſue neceſſariū eſt. g nō teneꝫ

Soluſio. totū reddē. ¶ Solu. hoc diſtinguēdū eſt ꝙ vſurariⁱ⁹ aut hꝫ aliquas legittimas poſſeſſiones aut nullas: ſi aliquas de illis ꝑ retinere qđ ſibi neceſſariū ē ad ar tiſſimā vitā: ꝛ totū reſiduū reddere. ꝛ hoc ſufficere ꝺz eis q̄bus reddit: dūmō iurat ſe redditurꝫ reſiduū qñ poterit: ſi ei debeā alicui. c. ſol. ꝛ nō habeā vñ vtuam poſſū retinere ꝑtē ad victū meū ꝛ reddē ei ꝑtē cui de beo: ꝛ hoc ꝺz ei ſufficere: dūmō iurē ei me redditurū reſiduā ꝑtē debite q̄cito potero: ſi vero nichil habz niſi de vſura totū teneꝫ reddere: niſi ille cui teneꝫ ex mia gratia ſiue liberalitate aliquam ꝑtē ei remittat

Aliꝫ caſus. ¶ Sꝫ ſūt aliⁱ caſⁱ⁹ difficiliores de reſtitutiōib⁹ vſura rum. eſt aliqs vſurariⁱ⁹ q̄ mille libꝛas habuit de vſura tm̄: ꝛ ex illis multa acq̄ſiuit poſtea non ꝙ vſurā ita ꝙ modo habz mille libꝛas: ꝛ ꝓterea poſſeſſiōes q̄ valēt annuatim quingētas libꝛas. ¶ Querit vtrū debet re- Alia q̄ſtio ſtituere: videt ꝙ ſic. qꝛ ſi radix moꝛtalis ē ꝛ arboꝛ. et incidens. ſi arboꝛ/ ꝛ rami/ g cū prima pecunia ſit funebriⁱ totū Aſſ. ꝙ ſic. qđ ex eadē acq̄ſitū ē/ eſt funebꝛe: g totū reſtituēdū ē. ¶ Itē. dol⁹ nemini ꝺz patrocinari. ergo nec iniuria Secundo. ſꝫ ille vſurariⁱ⁹ iniuſte detinuit pecuniā ꝙ quadragin ta annos: ꝛ ex illa iniuriosa detētiōe acq̄ſiuit mꝛtas poſſeſſiōes: ergo illa iniuriosa detētiōe acq̄ſiuit mꝛtas ergo totū ꝺz reſtituere. ¶ Preꝛea. ſicut ille vſurariⁱ⁹ Tertio. acquiſiuit poſſeſſiones ex illis mille libꝛis: ſic et ille cui teneꝫ reddere acq̄ſiuiſſet habuiſſet illos denarios. ergo nō ſolū dānificauit illū mille libꝛis: ſed etiā in poſſeſſiōib⁹ quas acquiſiuiſſet. ergo nō ſolū teneꝫ reddere mille libꝛas: ſꝫ etiā poſſeſſiōes quas acqui- In oppoſitū ſiuit inde. ¶ Sed ꝓtra. ſi de pecunia tua emeret do mū: nō teneꝫ tibi reſtituere domū: ſed tm̄ pecuniam tuā. ergo ſi de vſura emā domos ꝛ ꝑdia nō teneo re ſtituere domos ꝛ ꝑedia. ſed tm̄ vſuraz: maxime ſm eos q̄ dicūt q vſura trāſfert in dñium. ¶ Itē. ſit aliⁱ Secundo. qui habuit mille libꝛas de vſura ꝛ nihil acq̄ſiuit iſti duo equaliter habuerūt de vſura: ſed vnⁿ eſt abſolutus ſi reſtituat mille libꝛas tm̄: ergo ꝛ aliⁱ⁹. non ergo teneꝫ reddere poſſeſſiōes. ¶ Itē. vēdit bladū aliⁱ ꝙ Tertio. xx. ſol. ad terminū: et bladū illud nō vꝫ niſi decē ſol. nec valituꝝ eſt in termino ꝑdicto ꝑm eſtimatione ſapiētis niſi. xij. vel. xv. ꝓtra q ille ꝓtractⁱ⁹ eſt vſurariⁱ⁹: poſt modū accidit cariſtia ꝛ vendit bladū ille q eme Alia q̄ſtio rat ꝓ. xxij. ſol. ¶ Querit vtrū ꝓtm̄ vēditoꝛ teneꝫ ad reſtitutionē aliqd: videt ꝙ nichil: qꝛ in nullo dā- incidens. nificatus eſt: immo plus lucratⁱ⁹ eſt: ergo nihil teneꝫ Aſſ. ꝙ nō. reſtituere. Cōtra. cōtractus ille fuit vſurarius: g ali In oppoſitū quid tenetur reſtituere. ¶ Itez. aliqs habuit ab illo Secundo deꝛ vſura modium bladi q nō valebat niſi viginti ſoli dos q̄ dedit ei ꝙ vſura/ modo vꝫ. xl. ꝛ modo repetit Alia q̄ſtio ille modiū iſtū. ¶ Querit vtrū teneꝫ ei reſtituere in valoꝛe in quo mō eſt: videt ꝙ nō: qꝛ ille non ꝺz repe Aſſ. ꝙ non. tere niſi illⁱ⁹ quātū dedit ei/ vel valēs: ergo nō teneꝫ ei reſtituere niſi vigiti ſolidos. ¶ Cōtra. ſi vigiti ſol. In oppoſitū dediſſet/ vigiti poſſet repetere: ergo cū modiū bladi dederit ei pōt repetere modiū bladi: ergo ille teneꝫ reſtituere modiū bladi. ¶ Solu. Ad primū caſū di- Soluſio. cim⁹ ſine ꝓiudicio melioris ſentētie ꝙ vſurariⁱ⁹ teneꝫ reſtituere ei excepto hoc ꝙ recta rō dictaret eū de bere retinere ꝓ laboꝛe ꝛ induſtria ſua. Deberet hoc facere ꝓpter tres cauſas ſimul ſumptas inde: qꝛ to- Tres cauſe. tum qđ habet moꝛtiferū eſt ꝓpter radicem: ꝛ quia fuit in moꝛa reſtituēdi: ꝛ qꝛ raptoꝛis eſt. ¶ Ad ꝓio Ad primum obiectū dicim⁹ ꝙ licet nō habuit de vſura niſi mille libꝛas: tamē modo plura habet deꝛvſura. vnde nō eſt abſolutus ſi reddat quicquid habuit: ſed oportet ꝙ reddat quicquid haber ꝛ habuit: excepto hoc qđ di ſcernit cuⁱ⁹ recta rō. ꝛc. ſicut ſupꝛa dictū eſt. Qꝛ hec ſolutio ſit vera patet per hoc ꝙ ſi talis vſurarius pe niteret ꝛ veller penitus reſtituere deꝛvſuras cōſulat cō ſcientiam ſuam ꝛ dictabit ei ꝙ debet reſtituere ꝓuent⁹ quos acq̄ſiuit deꝛvſura ꝑdicto mō: ꝛ regula eſt ꝙ quilibet tenetur ſeq̄ ꝓſcientiam ſuā ſiue iudiciuz ſyndereſis: ſicut ꝺr ꝑ yſa. Redite ꝓuariatoꝛes ad Exponitur coꝛ. ꝛ ſicut ꝺr i euāge. mulieri ſamaritane: vocavirū dictū yſaie. tuū. t. itellectū vt ꝑm iudiciū opis. ¶ Ad ſcōo obie- Ad ſecundū ctū dicim⁹ ꝙ illi duo vſurarij eq̄liter habuerꝛ deꝛvſu ra: ſed nō equaliter habent. vndeꝛvnus eſt abſolutus

ꝫ hoc ar. si restituat mille libras: ali⁹ nō. ¶Sz videt ꝙ nō sit absolutus: qa si aliqs rapit vineā alicui⁹ nō solū tenet vineā: sed etiā fruct⁹ restituere: quos tpe detētionis potuit de vinea pbabiliter recipere. ꝯ nō solū tenet ille mille libras restituere: ſz etiā fruct⁹ quos pbabiliť potuit pcipere de illa tpe detentionis: ſz nullos fruct⁹ pceperit. ¶Solutio. nō ē simile de vinea et de denarijs: vinea enī ex se fruct⁹ sunt: denarij nō ex se: sed p accidēs. ¶Ad ſm casū dicim⁹ ꝙ usurarius qvēdit bladū ad terminū tenet et restituere quātum in pcio sit estimatiōe boni viri. z nō valet hec argumentatio. iste q̄ emit nō est damnificat⁹. ergo nō tenet restituere: qr ꝙ non est damnificat⁹ ab euētu est. euētus ei nō remouet pctm̄ usure. vñ careat successibus rerū quisqs ab euētu facta notāda putat. debet ꝯ dicere: nō ē dānificat⁹ estiatiōe boni viri: z hoc falſū ē. ¶Ad ⁊tiū casū dicim⁹ ꝙ i optiōe recipiēt̄ ē repetere modiū bladi ivaloze quē habuit qñ usurarius accepit invaloze pſenti. vñ ſm optionē repetēt̄is debz restituere: qz turpiter accepit ſm valorē pſentē tenet restituere: qz vsqz nūc iniuste detinuit: et mora restituendi siue dilatio nō debet ei patrocinari.

Regula iurꝫ. Ad tertiū casum.

Diffinitio symonie.

Prima qo.

Ar. ꝙ sic.

Alia diffinit.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

ꝓa ꝓbatur.

Solutio.

Diffinitio. spualis.

¶De symonia. ¶Tractat⁹ vicesimusseptim⁹.

QIcto de vsura. dicēdū ē de symonia. circa quā prio videndū ē qd sit symonia z in qua materia ꝓsistat. scdo de spualib⁹ casib⁹/ in qb⁹ hz originē pctm̄ symonie: z illō ca. diuidit i multa ca. ſm diuersitatē materiarū: in qb⁹ sūt hmōi cas⁹. tertio de executiōe ordinis spi⁹ symonia ci. ¶Symonia sic describit. symōia ē studiosa volūtas emēdi/ velvēdēdi spuale vl adiūctū spuali a quibusdā. z sic describit. Symonia ē pactio de tpalib⁹; ꝓt spualia faciēdavl ecōuerso ¶Circa primā diffinitionē q̄rit vtrū iudex sc̄laris ꝓmittat symoniā; vēdēdo iusticiā. videt ꝙ sic: qz ꝓceptū est: diligite iusticiā q̄ iudicatis t̄rā. cū g̃ ꝓcepta sit iusticia diligi: z videt eē res spuāl: cū iudex secularꝫ vēdit iusticiā: vendit rē spuālē vel ānexā spuali. g̃ ꝓmittit symoniā: vel symonia nō est studiosa volūtas z̄c. ¶Sz ꝓ. sup illū locū euāgelij. Abēas nūmularios cū z cathe. vēdētis euertit. vt glo. ꝙ vēditores colūbaꝝ sūt plati qvendūt spm̄ sctm̄: nō ꝓmittit g̃ pctm̄ symonie vēdēdo: nisi a platis quoꝝ tm̄ ē dare spūsc̄o. g̃ nō ꝓmittit pctm̄ symonie vēdēdo a iudice seculari. ¶Itē. licitū ē i articulo necessitatꝫ vēdere cruces z calices eccl̄ie z illa sūt spualia: vl ānexa spali: gvl symonia nō ē pctm̄: vel symonia nō ē studiosa volūtas z̄c. ¶Itē. regula est ꝙ cuilibet lz redimere ius suū. sit g̃ ꝙ aliqs habeat prebēdā q̄ in rei vitate sua ē: tm̄ deducta est in iudicium: et sit ꝙ nisi det pecuniā iudici/ nō dabit sentētiā ꝓ ipo. lz ei i hoc casu dare pecuniā iudici vt redimat ius suū: z ita emit sentētiā q̄ est res spualis vl pbēdā ergo vel nō pctm̄ vl symonia nō ē studiosa voluntas z̄c. ¶Itē. vt lex ꝙ licz aduocato vēdere ius patrocinādi: g̃ eadē rōne iudici iudiciū iustū. qđ ꝓbat: qz sicut iuste iudicare est op⁹ iusticie: ita patrocinari est op⁹ iusticie: ꝓceptū est ei: pupillos z viduas defendere. g̃ vel vtrūq; licz vēdere vel neutrū. ¶Solu. i hoc loco spuale solet diffiniri ꝓ distinctionē hoc mō. spirituale est quo habet spūsctūs: vel quo dat vel quo haberi significat: quo habet spūsctūs vt vt⁹/ quo dat vt sacramētū quo hēri ꝓt vl significat vt donū ꝓphetie z ptās faciēdi miracula; ſz sine diuisiōe ꝓt diffiniri sacramētū: habet spūsctō ad faciēdū opa ꝓtutū: donō aūt ꝓphetie z ptāte faciēdi miracula habet spūsctūs ad faciēdū opa q̄dā excellēcia: illa g̃ quattuor tm̄ spualia ꝓprie loquendo virtus/ sacramentū donū ꝓphetie/ z ptās faciēdi miracula. Jus aūt pcipiēdi decimas nō est ꝓprie spuale: sed ānexū spuali: sc̄z sacramēto ordinis. eps enī inq̄tū eps habz ius pcipiēdi decimas. ¶Ad primū g̃ dicim⁹ ꝙ iudex secularis nō ꝓt cōmittere symoniā vēdēdo: ſz emendo pōt: nō enī ꝓt dare spm̄sctm̄: qz nec ꝓt dare virtutes nec sacramenta: z ita nec vēdere ꝓt. ptz g̃ solutio ad argumētationē illā: hec ē ei interimēda iusticia quā facit iudex secularis est res spualis: nō enī reddere mihi capā ē res spualis. ¶Ad ſm dicim⁹ ꝙ ē res ipreciabilis de iure: ſz nō de facto. z est qđā ipreciabile de iure z de facto. ipreciabile de iure z de facto est virtus q̄ nō debz vendi: z ita est impreciabilis de facto: deus enī cui⁹ est ipam dare non posset vendere. impreciabile de iure et nō de facto est sacramētū nō enī dz vēdi: tm̄ ꝓvendi: qz sacramentū dat de⁹ per ministeriū sacerdot⁹: vñ sacerdos ꝓt vēdere illud de facto/ z nō de iure: z de facto est calix et hmōi et illa nec sunt spualia nec ānexa spualib⁹: qz ānexū spuali ꝓprie loq̄ndo est qđ est i eo in quo est spuale: ſz sūt q̄dā possessiones sacre z ꝓpt hoc si oporteat eas vendi lapcis: debēt redigi in massā eccl̄ie: aut possunt vēdi sub eadē forma. ¶Ad ⁊tio obie. dicim⁹ ꝙ ly illō redimat ius suū nō. tm̄ emit aliqd qđ nō facit de nō suo suū. ¶Ad vltio obie. sol. cōiter ꝙ lz aduocato vēdere ius procinādi ꝓpt laborē ānexū: qz opz eū discrere z suadere. nō ē ār ita i iudice z ꝓpt hoc nō ē sīle.

Ad primum

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū.

In oppositū

Secundo.

Tertio.

Ad primum

Ad secundū

Ad aliud.

Ar. primo.

¶In qb⁹ hz esse symonia. ¶Scdm capl̄m.

QIrca iecūdū capl̄m q̄rit de spualib⁹ i qb⁹ hz eē, symōia. z hoc diuidit i tria. ē enī qđā qđ est spuale tm̄. quoddā qđ ē ānexū tm̄ spuali: spuale z ānexū spuali est ꝑdicatio: ꝑdicatio ei ē ipsa ius: qz ꝓ ea dat ipsū sct⁹ z est ānexa spuali: ē ei ānexa ordini: qz sacerd otū ꝓprie est ꝑdicare/ vel ad minus ordinator. spualia sūt sacramēta ecclie q̄ nō lz emere vl vēdere. ānexū tm̄ spuali est ius pcipiēdi decias z exeqe mortalium/ z pbēde/ z ꝙsimilia. ¶Circa ꝑt Regula primum casum dat regula ꝙ nō lz ꝑdicare ꝓ lucro tpali/ vel inani gl̄ia/ vel fauore humano. Est enī triplex munus ſm mun⁹ vt ōt beat⁹ grego. i. mun⁹ lingue/ man⁹/ z cor. dis. si ꝙo ꝑdicet aliqs ꝓ aliquo illor⁹ ꝓmittit symoniā. ¶Sz videt ꝙ licitū est ꝑdicare ꝓ tpalib⁹: qa ꝯ hoc af. licitum est orare ꝓ tpalib⁹: orat enī eccl̄ia lic vt fructus t̄re dare z ꝑuare dignerꝫ z̄c. ergo lz ꝑdicare ꝓ tpalibus: est enī orare spuale sicut z ꝑdicare. ¶Itē. aplus ꝑdicauit cor. ꝓ tpalib⁹/ videlz vt face rent collectas sctis paupib⁹ q̄ erāt in hierusalē: g̃ lz ꝑdicare ꝓ tpalib⁹. ¶Sed si hoc g̃ licet dare ꝓben dam ꝓ tpalib⁹: qz magis est ꝑdicare cḡ dare ꝓbendā qz ꝓ ꝑdicationē dat spūsanct⁹/ z ꝓ dationē ꝓbende nō datur. ¶Forte dicet ad hoc ꝙ duplex est ꝑdicatio et duplex oratio: est enī qđā oratio spiritualis qua petim⁹ sctificari nomē dei in nobis/ z alia spiritualia: qđā terrena qua petim⁹ tpalia. sīliter est quedā ꝑdicatio spiritualis: et illā nō licz facere ꝓ tpalibus: qđā terrena: et illā licet fieri ꝓ tpalib⁹. ¶Sed ꝯ hoc af. cōtra. illa ꝑdicatio qua monebat apls cor. ad faciēdū collectas talis erat: q̄ pce seminat parce z metet

Tripler spūs rituale.

Regula primum

Secundo.

In oppositū

Equalio.

sed cōstat ꝙ hec predicatio spualis est. g̃ predicatio apli que erat ꝓ tpalib⁹ est spualis. g̃ nulla ꝑdicatio est t̄rena. ¶Itē. ꝓba que ego loquor spūs z vita sunt ergo ſm hoc ois ꝑdicatio est spualis. nulla ergo t̄rena. ¶Forte dicet ꝙ nō lz ꝑdicare principaliť ꝓ tpali: sed sc̄dario lz. g̃ cū ꝑdicare sit magis spuale cḡ dare prebendaz lz dare ꝑbendā ꝓ tpali nō principaliť: sed sc̄dario: sicut si eps det aliquā ꝑbendā alicui bono viro/ principaliter vt ecclesie illi deseruiat: z secūdario dat ei vt ipe alicui cenobio det. c. li. vnde sustentent monachi q̄ ibi seruiūt deo. g̃ dare sic ꝑbendā non est pctm̄. ¶Itē. ꝓbatur ꝓ aug. qui dicit ꝙ alie z alie voluntates alios z alios hñt fines: ſz si illi referrant ad illū finē q̄ deus est recte sunt ille voluntates atq; actiōes. ſz in hmōi actione: sc̄z in hmōi datione ꝑbēde oēs fines referūt ad deū: qz bonū ē ꝙ ipe deseruiat in ista eccl̄ia ꝓpt deū. ¶Itē. bonus est vt det centū libras ad sustentationē paupeꝝ monachoꝝ vt liberius seruiāt deo: vt vacēt ꝓplatione. g̃ quicqd ibi est in datiōe illa refert ad supremū finē: g̃ illa datio bona ē. g̃ dare ꝑbendā ꝓ tpali nō solū licitū ē: sed etiā bonū: qđ manifeste falſū ē. ¶Solu. nō ē ꝑdicandum ꝓ tpali: qz hec dictio ꝓ: notat cām primā principalem z imediatā. nō enī dicit aug. debemus euāgelizare vt māducem⁹: ſz māducare vt euāgelizem⁹ vt cib⁹ non sit primū qđ appetit: sed addatur illi qđ principaliter appetitur. debz enī qui arat vt ōt aparare in spe: nō ꝓ spe. vt ōt glo. finis quoꝝ principalis ꝑdicatiōis non debēt esse tpalia aliquo mō: sed finis cōsecutiu⁹ vel sc̄darius pōt esse. pōt el aliquis principaliter ꝑdicare vt moueat hoies ad opa pietatis. ad hmōi aūt finē consequit directio z ꝓ petenti datio tpalium. vñ licet ꝑdicatorē sic ꝑdicātē habere respectum ad tpalia tanḡ ad finē cōsecutiuum. z hoc mō lz ꝑdicatores de hospitali ꝑdicare de tpalibus: vt notetur ꝙ hāc dictionē ꝓ causa cōsecutiua: z sc̄daria. ¶Ad primū ergo dicim⁹ ꝙ nō est simile de ꝑdicatione z oratione: qz aliqua oratio est t̄rena: ſz nulla ꝑdicatio est terrena ¶Ad sc̄do obiectū dicim⁹ ꝙ apo. nō ꝑdicauit ꝓ tpali vt notetur cā principalis: z immediata et ꝓpria: sed ꝑdicauit ꝓ tpali vt notet finis ꝓsecutiu⁹: z sc̄dari⁹ q̄ mouebat ad pietatē in qua ꝓsistit dei similitudo. nō ē aūt sīle de donatōe ꝑbēde qñ ex opib⁹ pietatis ad quā mouenť hoies ꝓ ꝑdicatione directe z ꝓprie ꝓseqť datio tpalū. vñ nō lz datione ꝑbendeꝝ finis principalis/ necvt finis cōsecutus: z sc̄darius. si g̃ ibi caditvt pcīū: ponitur ergo sub pcio illō qđ est adiūctū spuali: z ita ꝓmittitur symonia. Nec ē vex ꝙ oēs volūtates ille q̄ sūt i datiōe ꝑbende de hac conditiōe vt accipiēs ꝑbendā det. c. marcas alicui cenobio referāt ad deū: qa charitas: z oīs ꝛi⁹ refugit ꝑbēdā ꝓ tpali tāḡ ꝓ pcio. vñ hoc nō ꝑt fieri bono fine. vñ nō ꝑt ibi fieri relatio actionum sicut docet aug. z sic patet solutio ad oīa obiecta.

¶In qb⁹ casibus videnť vendi sacramēta ecclie.

¶Scda questio huius capituli.

¶ Similiter obijciūt heretici/ aut ecclesia est ecclesia/ aut heresis est ecclesia: si vos dicitis q ecclesia est ecclesia q̄si solos vos dicitis ecclesias; q̄ heresis nō est ecclesia: q̄ qō est ecclesia non est heresis: ꝛz ecclesia est baptisma: ergo heresis nō est baptisma: ergo heresis nō est verū baptisma: ergo heretici nō vere baptisant: q̄ si illi quos baptisamus veniāt ad ecclesiā rebaptisandi sunt: hoc aūt falsum est: q̄ relinq̄tur q heresis ecclesia sit. ⁊ ita sola nostra conuentio ecclesia est: cū vnita sit ecclesia. ¶ Itē baptisma hereticoꝝ aut facit filios dei/ aut non facit: si non facit ergo nō est verum baptisma: ergo si ꝺmōi baptisati veniant ad ecclesiam rebaptisandi sunt/ ⁊ hoc est falsuz. si facit filios dei: ergo filios spōsi: ergo filios nuptiaꝝ: ergo filios spōse: ergo baptisati ab hereticis sunt filij ecclesie/ et ita cōuētio hereticoꝝ ecclesia ē.

Secundo

Tertio.

¶ Itē baptisma hereticoꝝ aut facit remissionē peccatoꝝ/ aut non facit: si nō facit: ergo non est verū baptisma: ergo si baptisati ab hereticis veniant ad ecclesiā: baptisandi sunt/ ⁊ hoc est falsum. si vero facit remissionē pctoꝝ: ergo ibi est spiritussanctus: ergo in heresi siue in ecclesia hereticoꝝ ꝺm q̄ baptisant est spiritussanctus: ergo conuentio hereticoꝝ est ecclesia: nā vbi est spiritussanctus est ecclesia: quia spiritussanctus non intraret ecclesiam malignātiū. vñ michee. Ego deus/ ⁊ nō homo/ et ciuitatē nō ingredior: scz citatē malignātiū ¶ Itē baptisati ab hereticis sunt filij dei: q̄ ecclesie: q̄ ecclesia genuit eos: aut ergo de suo vtero/ aut nō de suo. si de suo vtero: q̄ de suis intimis siue visceribus: sed geniti sunt ab hereticis: ergo heretici sunt de intimis ecclesie: ⁊ in de vt ꝓius. si nō de vtero suo. ¶ Contra. cum mulier parit tristitiā ꝛz: sed non habet tristiciam vel ꝓssu-

Quarto

rā nisi cū parit de suo vtero: ergo cū ecclesia tristiciā nō habeat. nō peperit illos de suo vtero. ꝛ iñ vr pri⁹

Soluuntur hic rōnes hereticorum.

¶ Solutio ad primū dicit aug. q̄ hec argumētatio nō valet: heresis nō est ecclesia: g̃ baptism⁹ nō ē baptismus ecclesie. Et ponit talē instātiā. aut paradis⁹

Ad primam Aug. est flu uius egypti et paradisi.

ē paradis⁹. aut egipt⁹ ē paradis⁹: si paradis⁹ ē paradis⁹: g̃ egypt⁹ nō ē paradis⁹: g̃ fluui⁹ egypti nō ē fluui⁹ paradisi. ꝛ hoc ē falsū. imo fluuius q̄ ē geon: ē fluui⁹ egypti et paradisi: qꝛ emanat de paradiso i egyptū. ¶ Odē mō baptisma ab ecclesia q̄ ē paradis⁹ spūalis puenit ad malos. ꝛ sine dubio illa argumētatio nō valet: ꝛ eni heresis nō sit ecclesia: tñ in multis cōuenīt vt in baptismate: ꝛ ordine. sicut q̄uis hō non

Ad secundā

sit asin⁹. tñ i multis cōuenīt. ¶ Ad secūdo obiectū dicim⁹ q̄ baptisma hereticoꝝ facit q̄dā filios dī: vt puulos. q̄dā nō: vt adultos. q̄ ibuti sunt erroꝛe hereticoꝝ. si ergo huiusmōi adultos baptisēt heretici nō faciūt eos filios dei: tñ verū baptisma recipiunt. vñ si veniāt ad vnitatē ecclesie nō sunt rebaptisandi: qꝛ vt dicit augustin⁹. S nandū est quod vulneratū est: nō curandū quod sanū ē: sani sunt huiusmodi baptisati quantū ad illud in quo cōicāt cum ecclesia. scz quātū ad baptismū. si vero heretici paruulos baptisent faciūt eos eē filios dei ꝛ dicunt illi filij ecclesie nō q̄ dīs illos genuerit de ecclesia: q̄ est legitima sponsa sua: sz quia deus illos genuerit de heresi tāq̄ de ancilla ad op⁹ ecclesie. Ecclesia eni reputat suos quoscūq; generat dīs seu p illos q̄ sunt de ecclesia siue per hereticos siue p paganos: qđ sigtū fuit i hoc qđ dixit sara ad abrahā. ingredere ad ancillam tuā: si forte ex illa suscipiā filios. ꝛ sic ptz q̄nō seq̄t̄q̄ cōuentio hereticoꝝ sit ecclesia. ¶ Vel possum⁹ dicere: q̄ de⁹ genuit eos de ecclesia. i. de hereticis secundū q̄ cōmune habēt cū ecclesia. deus aūt baptisat prima auctoritate. ecclesia p̄o primo ministerio: et secūda auctoritate. heretici p̄o vltimo ministerio

Ad tertiam.

et p̄m id quod habēt ministerium de ecclesia. ¶ Ad tertio obiectū dicimus q̄ baptisma hereticoꝝ facit remissionē peccatoꝝ. ꝛ ibi est spūsanctus. nō i hereticis: sed in sacramēto suo. i. spiritussanctus quantū in se ē: parat⁹ dare gratiā q̄ baptismū nisi q̄ recipiēte sit eterit. ¶ Ad quarto obiectū dicit augustin⁹ q̄ ecclesia quoldam generat de suo vtero: sicut illos quos fideles baptisant. Alios generat. non tamen de suo vtero: sicut illos qui baptisantur ab ifidelib⁹ quos tamē reputat suos: sicut rachel et lya filios ancillarū suaꝝ reputabāt suos. vt habēt in genesi. xix.

Ad quartā.

Augustin⁹.

Et sara filiū ancille reputauit suū. vnde augustinus ysmaelit nō obfuit vt separet a populo dei mater ancilla: sed fraterna discordia. ꝓpter hanc eni dictū ē. Eijce ancillā ꝛ filiū eius: nō est aūt simile de partu carnali et de partu spirituali: quia gratia excedit naturā: quia in partu carnali sola natura operatur i illo cuius est natura: in partu vero spirituali operat fides ecclesie siue per hereticos siue per ecclesiā. hereticiq; vero baptisant intēdēdo facere qđ ecclesia facit siue recte credēte. vnde nō ē mirū si ecclesia per gratiā alios pariat nō de suo vtero/ lcz carnalit nulla mulier pariat nisi de suo vtero. ¶ Vel possumus

Aliꝫ p̄t dici.

istā distinguere. Ecclesia genuit baptisatos ab ifidelib⁹ de suo vtero: qꝛ si itelligāt de suo vtero. i. de suis ītimis. falsa est. si de suo. i. de eo qđ suū est vera ē. hereticiq; enim nō baptisant nisi p̄m id quod ē ecclesie.

¶ De vnitate baptismi. Capitulū octauū.

Exto capitulo. Querit de vnico baptismo: q̄ dicit vnicus: qꝛ a q̄cūq; hoie dek̄ siue ab heretico siue a pagano. siue a catholico. nec debet nec potest iterari. ¶ Sz q̄rit q̄re nō iterat baptism⁹ cū eucharistia: q̄ ē magis dignū sacr̄m possit iterari: assignat autē augustin⁹ rationē quare baptism⁹ nō iterat. dicit ei augustin⁹: q̄ iniuria fieret sacramēto si iteraret: sed eadē rōne nō ē iterāda eucharistia: qꝛ si min⁹ digno sacramēto fit iniuria si iterat: g̃ magis digno sacramēto. scz eucharistie fit iniuria si itereatur. ¶ Solutio dupler assignat cā q̄re baptism⁹ nō iterat. prima eni est quia cū baptismus deleat culpā ꝛ oīmodā penā: si iteraret sine freno peccarēt hoies ꝛ discurrerent p cāpos licentie/ vsq; ad extremā necessitatē in qua facerēt se baptisari: ꝛ sic statim euolarēt. et p̄opt̄ hoc instituit dīs vt vnicus eēt baptismus. Secūda causa est allegoꝛica. baptism⁹ eni hz efficaciam suam in morte christi: quia sicut dicit apostolus. Quicunq; baptisati sum⁹ i morte ipius baptisati sum⁹: cōsepulti enim sum⁹ christo p baptismū: sicut enim quod sepultum est nō apparet: ita i baptismo sepeliri debet omnis vetustas culpe: vt de cetero nō appareat. vñ sicut christus tantū semel moꝛtuus est: ita et nos tātū semel baptisamur. Tertia causa ē efficacioꝛ quā assignat Augustin⁹/ scz ne fiat iniuria baptismo: character eni baptism⁹ pennis est: remanet eni in hereticis/ remanet in dānatis in inferno/ ꝛ sicut radi⁹ solis p q̄cūq; immūda loca diffunditur: non contrahit pollutionē aliquā: sic nec character pollui⁹ nec frāgitur nec deteriozatur/ nec adnichilatur quecūq; vtia sint in aia baptisati. vñ dicit Augustinus. Sicut iudei mali sunt in lege bona: sic heretici sūt mali in baptismo bono/ ꝛ sicut malicia iudeoꝝ nō facit legē malā/ nec eā polluit aliq̄ modo/ nec malicia hereticoꝝ facit baptismū malū/ ꝛ sicut iudei mali p̄ q̄ habēt legē bonā magis dānabūtur: sic heretici per hoc q̄ habent baptismum magis damnabuntur: si ergo iteraret baptism⁹ crederetur character baptis malis/ vel adnichilar⁹ esse/ vel deteriozar⁹/ vel pollur⁹/ q̄rū nullū ē: qꝛ ergo character sacramental ꝓpetu⁹ est: nō est iterādū baptisma: sicut nec ordo. Character eni ordinis ꝓpetuus est: ꝛ nō est simile de eucharistia: qꝛ coꝛp⁹ christi nō remanet ꝓpetuo in homine: quia nō remanet ibi nisi q̄diu forma panis durat: ꝛ forma illa nō est ꝓpetua. vnde nō fit iniuria sacramēto eucharistie si iteret. ¶ Ex p̄dictis g̃ patet q̄ baptismus penitus sepelit omnē vetustatē tā culpe q̄ pene. ꝛ sic p baptismū remittit omnis culpa ꝛ omnis pena: qđ etiam p̄batur p auctoꝛitatē apostoli ad ro. Sine penitētia sunt dona ꝛ vocatio: donavi delicet q̄ donat spiritussanctus i baptismo. ¶ Sed ꝓtra accedat aliqs ad baptismū q̄ fecit multa pctā mortalia. dicit auctoritas. Aut hō punit/ aut deus punit: g̃ vl̄ iste puniet se vl̄ de⁹ puniet ip̄z: sz iste non punit se: g̃ si decedat statī post baptismū de⁹ puniet ip̄z: ꝛ sic baptism⁹ nō tollit omnē penā. ¶ Tꝛē sacramētū coꝛporis xp̄i dignⁱ ē sacr̄m ꝛ efficaci⁹ q̄ baptism⁹: ꝛ nō tollit omnē penā: g̃ nec baptism⁹: p locū a maiozi. ¶ Solutio. Ad primū dicēdū ē q̄ baptismus efficaciā suā habuit a passione xp̄i. vñ q̄ omnez penā tollit hoc hz a passione xp̄i. de⁹ eni puniuit xp̄z

Ad secundū

Rō augustini.

ꝓ illam ar.

Solutio.

Prima causa cur baptis. nō p̄t reiterari.

Secunda cā

Tertia cā.

Augustin⁹.

Secundo.

ꝓ hoc ar.

Solutio ad primum.

i passione p̄o oībus baptisandis: qꝛ vt dicit Esa. disciplina pacis nostre sup eū: ꝛ ipe peccata nostra pertulit. i. penā p̄ pctis ptulit i coꝛpoꝛe suo sup lignuz sicut dicit Petrus: si g̃ decedat iste statī post baptismū euolabit: qꝛ de⁹ punīuit eū p cōtritionē p̄ceden tē baptismū ꝛ passionē dñi sufficiēter punit⁹ iudicat a bonitate dei. ¶ Ad scd̄o obiectū dicim⁹ q̄ coꝛp⁹ xp̄i i se efficaci⁹ ē q̄s baptism⁹: hūanitas eī xp̄i adeo digna ē: qꝛ exaltata ē sup oēs celos/ ꝛ sedet xp̄s de⁹ ad dexterā dei patris: hz nō seq̄tur q̄ sit efficaci⁹ inquātū sacramētū/ ꝛ iterū dato q̄ sit efficacius inquātū sacramētū/ nō tñ valet hec argumētatio. Eucharistia non tollit omnē penā: ergo nec baptismus: qꝛ nō ē eucharistia ordinata ad tollēdā penā: hz ē sacramētū vnītis/ baptism⁹ ꝓ o ē sacramētū renouatiōis. vñ aufert oēz vetustatē tā culpe q̄s pene. Est ei spūal⁹ regnatio: sicut dīs dicit: nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ et spiritu sancto nō potest intrare in regnū celoꝝ. p̄ ergo sacramentū eucharistie efficacius ē in suo effectu q̄s baptismus. ꝛ tamen baptismus efficacioꝛ ē in suo p̄opꝛio effectu q̄s eucharistia. ꝛ sicut sacramētū dignius est q̄s sacramentū. ita effectus est q̄s effect⁹.

Arguit augustinus.

¶ Ex hac aut̄ auctoꝛitate opponit augustinus cōtra hereticos q̄ dicūt puulos nō idigere baptismo. decedat ei paruul⁹ sine baptismo. aut itrabit regnū celoꝝ: aut nō intrabit. si intrabit ꝛ nō ē renat⁹: ergo dīs mentit⁹ est. si nō intrabit: ergo idiget baptismo

Secundo.

¶ Preterea si nō intrabit cū factus sit ad ymaginē dei et nullū peccatū habeat: iusticia fraudabit̄ a visione dei: cū significat per odoꝛē cedri: odoꝛ enim conficit serpētes. i. demones: qꝛ significat per odoꝛē cedri: odoꝛ enim conficit serpētes. vnde quasi cedr⁹ exaltata sum in libano. In huⁱ⁹ rei significatione dedit dīs discipul⁹ suis/ bis spiritūsanctū. scilicet in terra q̄ insufflauit in discipulos: dicēs. Accipite spiritūsanctū. ꝛc. hec datio significauit gratiā que datur in baptismo: semel aut̄ dedit spiritūsanctū de celo in die penthecostes. ad robur: q̄ confirmari fuerunt virtute ex alto et hoc significauit cōfirmationem ꝛ robur gratie quod datur in sacramēto cōfirmationis: i huius rei etiā significationē ter inūctus fuit Dauid: primo in bethleem in signū regni futuri/ qđ significat vnctionem que fit in baptismo: ꝑm aut̄ illā vnctionem nō possunt baptisati adhuc imperfecte regnare p̄opter debilitatē p̄tutū. scd̄o inunct⁹ fuit Dauid in ebron tantū super duas tribus/ post hāc vnctionē multos habuit aduersarios/ ꝛ hoc significat vnctionem que fit in confirmatione: ꝑm quam regnamus/ ꝛ tamen multos aduersarios habemus ꝛ multa bella. tertio inunctus fuit in ebron generaliter sup omnes trib⁹ post quā regnauit in pace: ꝛ hoc significat vnctionē qua vngemur in futuro: quando coꝛruptibile hoc induet icoꝛruptionē/ ꝛ moꝛtale immoꝛtalitatē: quādo i pace regnabim⁹ sine aliquo bello: patet ergo q̄ sacramentū confirmationis est ad hoc vt detur spiritussanctus ad robur. vñ Urbanus papa. Spiritussā cti septiformis gratia cū plenitudie sanctitatis/ sciē tie/ virtutis/ in cōfirmatione cōfertur: ꝛ iterum omnes fideles per impositionē manus episcopoꝝ post baptismū debent retinere spiritūsanctū. vt pleni inueniantur christiani. ¶ Sed ꝑm hoc videtur q̄ per baptismū nō fiant hoies pleni christiani. Sed distinguitur duplex plenitudo/ scz plenitudo sufficientie: et hec dat̄ in baptismo/ ꝛ plenitudo copie/ ꝛ hec dat̄

Aliud ar.

Solutio.

Nota.

¶ Quartus tractatus.

¶ De sacramento confirmationis. Cap̄. i.

¶ De forma verboꝝ.

Dicendū ē de sacramētō cōfirmationis: qđ ē sacramētū p̄fi-

Diuisio dicēdoꝝ.

Quinq; rectitur in isto sacramento.

Que sit forma verboꝝ.

De petro.

Oleū et balsamum.

Figura.

Dauid ter inunctus.

Bis dedit dīs spiritus sanctus.

Urbanus papa.

ꝓ hoc ar.

Solutio.

Ꝫ hoc aſ. in confirmatiõe. ¶ Sed obiicit. dicitur i psalterio. panis cõfirmat cor hois: ergo sacramentũ eucharistie: est sacramentum ꝓfirmationis: ergo supfluũ est

Secundo aliꝰ sacramẽtũ ponere ad ꝓfirmādũ. ¶ Itẽ sacramẽtũ eucharistie est sacramẽtũ dilectiõis: sed fortis vt mors dilectio/aq̃ multe nõ poterũt extinguere caritatẽ: ergo sacramentũ eucharistie est sacramẽtũ roborationis. ḡ superfluũ est ponere aliud sacramẽtũ

Opio cõis. ad dãdum spm̃ sanctum ad robur. ¶ Ad hoc dicũt magistri q̄ sacramẽtum eucharistie nõ ꝓfirmat nisi p accidẽs/ꝛ ex sequẽti: sed sacramẽtũ confirmatiõis

Ꝫ hoc aſ. ꝓprie ꝛ p se cõfirmat. ¶ Sed hec solutio nulla videtur esse: qꝛ nõ soluit obiectionẽ. Est em̃ obiectio ad hoc q̄ duo sacramẽta nõ debẽt cõmunicare in effectu. ¶ Propter hoc dicim⁹ q̄ sacramẽtũ eucharistie

Solutio. Ꝙ cõfirmatio nõ sit sacramẽtũ supfluum. quibuslꝺã est panis: quibuslꝺã est lac: sicut dicit aplꝰ ¶ Tanq̃ paruulis in xp̃o lac dedi vobis potũ nõ escã ꝛ itẽ. nichil aliud iudico me scire iter vos nisi ihesum xp̃m ꝛ hunc crucifixũ illis: ergo corpus xp̃i lac est q̄ in humanis ꝓrutibus imitatur xp̃m/ꝛ istos non confirmat vel corroborat. grādibus ꝫo qui ip̃m imitantur nõ solum in humanis ꝓrutib⁹: sed in diuinis in q̄bus iam delectanꝫ panis est. vñ dñs ad augustinum cibus sum grandiũ crede ꝛ mãducabis me/ꝛ huiusmodi grãdes cõfirmat: qꝛ ergo hoc sacramentũ eucharistie non oẽs confirmat/sacramẽtum ꝫo ꝓfirmationis ad hoc est vt oẽs cõfirmet tã paruulos q̄s grãdes: ꝓpter hoc non est superfluum ipsum ponere.

¶ Utrum detur caracter in cõfirmatione.

Capitulum secundum.

Ꝫ hoc aſ. SEd q̄rit vtrũ in confirmatione imp̄rimat caracter. videt q̄ sic: qꝛ si nõ imp̄rimit. solũ ḡ vnctio exterior q̄ fit i frõte est sacramẽtũ cõfirmationis: sed illa desinit esse: ḡ sacramentũ cõfirmatiõis desinit esse quod falsum est

Secundo. ¶ Itẽ si nõ imp̄rimit caracter: ḡ iterãdũ est hoc sacramẽtũ ex quo nõ manet: sicut iterat eucharistia ꝛ

In oppositũ pnia: q̄ nõ imp̄rimũt caracterẽ. Si dicat ꝓpter hoc q̄ imp̄rimat caract. q̄rit cui⁹ sit signũ ille caracter.

Opio cõis. ¶ Et dicũt magistri q̄ signũ strẽnuitatis vel abilitatis ad pugnãdũ ¶ Sed q̄rit q̄ sit illa strẽnuitas. aut em̃ est ꝓtus. aut dispositio ꝓtutis. certuz est ergo q̄

Aſ q̄ sic. ꝓtutibus pugnam⁹ tanq̃ armis. vt patet ad eph. in armatura apli. si ergo illa strẽnuitas est ꝓtus: sed caracter baptismalis signuz est ꝓtutis: ergo etiãsdẽ est signũ caracter cõfirmatiõis cui⁹ caracter baptismi/ vel idẽ sunt: vel alter supfluit. si illa strẽnuitas est dispositio ꝓtutiꝫ: ergo est dispositio ei⁹ q̄ significatur

Secundo. p caracterẽ baptismalẽ: ergo non est necesse ponere nouũ caracterẽ ad significãdũ illã dispositionẽ: sed sufficit aliquã dispositionẽ ponere in caracterẽ baptismalẽ ad significãdũ illã dispositionẽ. ¶ Item sicut se hz res ad rẽ. ita se hz signũ ad signũ: sz in sacrameto cõfirmatiõis nõ daꝫ alia res: sz alia grã/ q̄ in baptismo: sed q̄ data est i baptismo ꝓfirmaꝫ ꝛ roboratur: q̄ sonat ip̃m nomẽ cõfirmatiõis: ergo nõ debet imp̄rimi alius caracter: sed tm̃ ille q̄ datus est in

Solutio. baptismo cõfirmat: q̄ cõcedimus. ¶ Unde dicim⁹ sine p̄iudicio melioris sententie: q̄ idẽ caracꝫ baptismi ꝛ ꝓfirmatiõis: differens ꝑm rationem: ꝛ p hoc soluimus p̄dictas obiectiões. nõ em̃ iterãdũ est sacramẽtuz cũ caracterẽ habeat. ¶ Sed ꝑm hoc videtur q̄ sacramentum confirmationis idẽ est cũ bap-

Ꝫ hoc aſ. tismo: immo q̄ non sit sacramẽtum: sed pot⁹ sacramentale baptismi: sicut salis linitio/ꝛ lumis appositio. ¶ Et ad hoc ẽ solutio q̄ sacramẽtale baptismi ẽ illud aliq̃d: qꝛ significat aliq̃d q̄ sit in baptismo: et hoc patet: qꝛ sacramẽtũ cõfirmatiõis nõ est sacramẽtale baptismi: qꝛ hmõi cõfirmatio et roboratio gratie nõ sunt in baptismo/ꝛ licet idẽ sit caracter i essentia: differentia tamen est ꝑm rationẽ: ꝛ differũt etiã in materia cũ in baptismo sit aqua/ ꝛ in confirmatione crisma: differunt etiam ꝑm statum: quia alius est

Solutio. status incipientium: alius pficiẽtium et pugnantiũ

¶ Quare confirmatio datur tantum ab episcopis. Capitulũ tertium. Ecũdo queritur vtrũ minores sacerdotes possũt dare sacramẽtũ ꝓfirmationis. ¶ Uidetur q̄ sic: qꝛ possũt dare sacr̃m baptismi quod maius est: cũ

Aſ q̄ sic. tollat ꝛ oẽs penã ꝛ oẽm culpã/possũt etiã dare sacramẽtum corporis christi et conficere quod maꝰ est: possunt ergo dare quod minus est: scz sacramẽtũ cõfirmationis. ¶ Ad hoc dicunt quidã q̄ qꝛ consummatio boni a solo xp̃o est: initiuz ꝫo boni potest esse

opinio aliq̃ a nobis q̄ ꝓpter hoc soli episcopi dant sacramentũ confirmationis in quo confirmaꝫ ꝛ consummaꝫ gratia: sunt em̃ epi successores apostolorꝫ: qui fuerũt vicarij xp̃i: sicut dicit apostolus: quia ꝓ prima legatione fungimur: miozes ꝫo sacerdotes possunt dare initialia sacramenta. ¶ Sed hec solutio nulla videtur

Ꝫ hanc aſ. esse: quia sicut dicit dñs: ꝑcepit sibi dare decimas: sic ꝑcepit sibi dare primicias: p hoc significãs: quia sicut cõfirmatio ꝛ pfectio ab ipso est ꝛ initium boni

Secundo. ¶ Item soli episcopi scz vicarij xp̃i confirmãt: qꝛ solus xp̃s confirmat interius. Eadẽ ratione soli episcopi debẽt baptizare: qꝛ solus xp̃s baptizat interi⁹.

Tertio. ¶ Item minores sacerdotes crismãt baptizatos in vertice scz excellentiozi parte: ergo multofortiꝰ possunt crismare in fronte. ¶ Solutio. Notandũ est q̄

Solutio. sacramẽtũ dicitur magnũ quattuoz modis: dicit ei sacramẽtum magnum q̄tũ ad efficaciã: ꝛ hoc modo baptismꝰ dicit magnum

citur magnũ sacramentũ: innouat em̃ hoiem totaliter. q̄tuoz modis

Secundo dicitur magnum q̄tum ad essentiã suam: ꝛ hoc modo sacramentũ eucharistie dicitur magnũ ꝓpter dignitatem essentie corporis christi. Tertio modo dicitur sacramentum magnum q̄tum ad significatiõez: sicut dicit apostolꝰ matrimoniũ magnũ esse sacramentũ in xp̃o et ecclesia: significat em̃ matrimoniũ spirituale quod est inter xp̃m ꝛ ecclesiam. Quarto modo dicit sacramẽtũ magnũ q̄tũ ad effectus/ꝓgatiuã/ꝛ dignitatẽ: ꝛ hoc modo confirmatio ordo magna sunt sacramẽta: dignioꝛ em̃ est gratia cõfirmata vel cõsummata q̄s gr̃a simplex. ¶ Sz ꝫ hoc aſ.

Solutio. videtur q̄ hec distinctio nulla sit: qꝛ sacramẽtũ est dignioris ꝛ nobilioris essentie: dignioꝛ em̃ ꝛ nobiliorem debet habere effectũ: ḡ sacramentũ eucharistie

Ad rationẽ. dignioꝛ hz effectũ: q̄s sacramẽtũ ꝓfirmationis. ¶ Et ad hoc dicẽdũ ẽ q̄ hec est falsa. Sacramẽtũ dignioris essentie dignioꝛ debet habere effectũ: qꝛ sacramẽtũ nõ hz dignitatẽ effect⁹ solũ ꝓpter dignitatem essentie: sed etiã inquantũ est sacramentum: paruuli em̃ accipiunt corpus xp̃i ꝛ non est eis nisi lac. Sacramentum ꝫo confirmationis nos cõfirmat: quia ergo confirmare/ordinare/cõsecrare/ episcopos benedicere/abbates/ꝛ hmõi opera pfectionis sunt ad

Solutio. ordinationẽ: ꝛ decorẽ ecclie: q̄ ẽ vt castroꝝ acies ordinata ptinet vt pfectiores i ecclia. s. epi hmõi opa pfectiõis exerceãt. minoresꝫo minoꝛa opa possunt exercere. sup Matheũ: vbi dꝛ. Erat iohannes baptizans ꝛc. dꝛ qꝛ plummaꝫ p sponsum: initiatũ ẽ p paranymphũ. vñ cathecumini iterãꝫ p sacerdotes/ chrysmaꝫ p pontifices. paranymphũ ibi vocat iohãnẽ baptistã q̄ fuit iuxta nymphã. i. iuxta eccliaz docẽs eã q̄liter se deberet habere ad spõsuz icutiẽs timorẽ q̄ est initiũ sapiẽtie: dicẽdo genimina viparũ ꝛc. qꝛ ḡ plummaꝫ p spõsum. i. verũ baptisma qꝛ plummaꝫ p xp̃m/ initiatũ est p paranymphũ. i. p iohãnẽ q̄ baptizauit baptismo aq̃ docẽs remissionẽ pcꝛoꝝ. vñ cathecumini initiantꝫ p sacerdotes. i. instructi chrysmantꝫ i ꝓtice p sacerdotes simplices. chrysmantꝫ ꝫo in frõte p pontifices. vñ dꝛ q̄ ꝓfirmatiõis sacramẽtũ ortũ habuerit ab aplis q̄tũ ad man⁹ ipositionẽ. aplꝰ em̃ ipo nebãt man⁹ sup baptizatos/ et accipiebãt spm̃ sctm̃: q̄tũ ꝫo ad chrysmationẽ ortũ habuit ab ilstitutione ecclie. ¶ Sz meliꝰ est dicere q̄ q̄tũ ad vtrũq̄ ortũ habuit apostolis: licet nõ ligant chrysmasse. vñ soli epi ꝓferũt hoc sacramẽtũ/ qui sũt vicarij xp̃i: sicut ꝛ aplꝰ ꝛ sũt quasi spõsi ecclie. vñ ꝛ anulos habẽt: pꝛs ḡ quare soli epi ꝓfirmẽt. pfectoꝝ em̃ ẽ pfecta exercere opa/ꝛ minoꝛũ minoꝛa. ¶ Ad primo ḡ obiectũ dicimus q̄ nõ sequit. minores sacerdotes possunt facere maius. ḡ ꝑñt facere min⁹: qꝛ lz sacramẽtũ ꝓfirmationis min⁹ sit vno mõ q̄s baptism⁹: est tñ mai⁹ alio mõ. ¶ Ad scdo ꝛ tertio pꝛs solutio p ꝑdicta. ¶ Ad vltimo obiectũ dicim⁹ q̄ non sequit: minores sacerdotes chrysmãt in ꝓtice. ḡ possunt chrysmare i frõte: qꝛ chrysmare in ꝓtice mai⁹ est q̄s i frõte: qꝛ chrysma in ꝓtice significat fidẽ q̄ daꝫ in baptismo q̄ est in ꝓtice. i. in supiori parte aie: hoc est in findereli: sicut dꝛ i Hieremia. Filij memphios ꝫstupꝛauerũt te vsq̄ ad verticẽ. i. vsq̄ ad fidem q̄ est in vertice. i. in findereli. Chrysmatio vero in fronte significat fortitudinem ꝛ audaciam qua nõ erubescimus portare nomen christi coram regibus et principibus.

¶ Si valeat hoc sacramẽtũ ante baptismũ.

Alia q̄stio. Aſ. q̄ sic. Ultimo q̄rit si deꝭ cõfirmatio nõ baptizato: vtrũ ꝑsit ei. ¶ Uidetur q̄ sic: qꝛ dꝛ ꝛ verũ est q̄ si aliq̃s suscipiat maiores ordines ꝓtermissis minoribꝰ sufficit accipere minores ordines: ita q̄ non oportet postea accipere maiores: ergo si aliq̃s cõfirmeꝭ ꝓtermisso baptismo sufficit baptizari: ita q̄ nõ oportet eũ ꝛ confirmari. ¶ Sed ꝛa. Cõfirmatio est dispositio baptismi. est em̃ ad ꝓfirmãdũ gr̃am baptismalẽ: sed dispositio nõ põt ꝑ sine eo q̄ disponit. ergo ꝓfirmatio non põt esse sine baptismo. ¶ Qꝺ ꝛcedim⁹. Maxime cũ baptism⁹ sit tanua sacramẽtoꝝ: ꝛ nõ est simile de ordine: quia vnus ordo nõ est dispositio alterius. imo diuersi ordines diuersa habẽt officia distincta ad se inuicem. de tempore aũt huius sacramenti: scz confirmationis: dicitur q̄ ieiunus debet dari ꝛ ieiunis.

¶ De sacramento eucharistie.

¶ Tractatus Quintus.

QUist sacramẽtũ baptismi ꝛ ꝓfirmationis: dicẽdũ ẽ de sacramẽto eucharistie: et hac rõne: qꝛ sacramẽtũ istũ dari nõ habet nisi dignis: ꝛ ꝓpter hoc sequit sacramẽtũ baptismi. ꝛ est eucharistia cibus grandiũ ꝛ ꝓfirmatoꝝ

sicut dicit dñs ad Augu. Cibus sum grãdiũ crede ꝛ mãducabis me: ꝛ sic sequit sacramẽtũ ꝓfirmatõis ꝛ etiã alia rõne: qꝛ etiã ꝓfirmati sepe cadunt ꝑ pctm̃ veniale. Septies em̃ cadit iustus nõ a caritate ḥz i ꝓfirmatiõis caritate. vñ necessaria est medicina: et eucharistia medicina ẽ melioratiua inq̃tũ augmẽtat gr̃as: et pseruatiua inq̃tũ deletvenialia q̄ sepe occasio fuit cadẽdi ꝑ pctm̃ mortale. vñ aug. vitasti grãdia: caue ne obzuaris arena. ¶ Circa sacramẽtũ eucharistie pri

Diuisio dicẽ mo videndũ ẽ de cã ilstitutiõis hui⁹ sacramẽti: ꝛ de essentia hui⁹ sacramẽti. ꝛ vtrũ sit vnũ sacramentũ vel plura. ¶ Scdo de ilstitutiõe naturali: ꝛ q̄liꝫ fiat hec trãsubstãtatio panis i corpꝰ xp̃i: ꝛ vini i sanguinẽ. ¶ Tertio de modis sumẽdi: corpꝰ xp̃i: ꝛ qdvaleat sumẽtib⁹. ¶ Quarto de fractiõe formꝫ: ꝛ quare i tres ptes frãgat. ¶ Quinto de dignis ꝛ idignis sumẽtib⁹ ¶ Sexto de q̄buslꝺã auctoritatib⁹ q̄ fũt i canõe missa q̄ magnã dubitationẽ facit: q̄liter itelligẽde sũt. ¶ Septimo ꝛ vltimo de hereticꝫ qualit errẽt ꝫ hoc sacramẽtũ/ꝛ vtrũ ꝓficiãt: ꝛ de grecꝫ q̄ de fermẽtato cõficiunt/vtrũ errent: et qualiter errent.

¶ Cap⁹. i. De cã institutiõis hui⁹ sacramẽti.

Multiplex cã hui⁹ sacrĩ

CIrca primũ capitulũ notãdũ ẽ q̄ multiplex est cã ilstitutiõis hui⁹ sacramẽti. prima ẽ cõmemoratio passiõis xp̃i: sicut ipe dñs dicit. Triplex cõ

Triplex cõmemoratio. hoc facite i meã cõmemorationẽ: q̄ triplex ẽ. Prima ẽ cõmẽmoratio amoris: quẽ ostẽdit nobis xp̃s in cruce

Prima. qꝛ maiorẽ charitatẽ nemo hz ꝛc. Scda ẽ cõmẽmoratio liberatõis: qꝛ p passionẽ suã liberauit nos a ꝑ

Secunda. iutute diaboli ꝛ carcere iferni ꝛ mortꝭ. Tertia cõmẽmoratio

Tertia. est imitatiõis xp̃i vt imitemur patiẽtiã ꝛ hũilitatẽ: ꝛ alias ꝛtutes quas ipe ostẽdit nobis i cruce: ꝛ sic itel ligit ꝛbũ apli: michi aũt absit gl̃iari/nisi i cruce dñi nr̃i ihesu xp̃i. i. i amore quẽ michi exhibuit q̃n crucifixus ẽ ꝓ me: ꝛ i liberatiõe q̄ ipe liberauit me p passionẽ suã: ꝛ imitatõe ꝛtutũ ei⁹ q̄s ostẽdit i cruce. vñ subiũgit stygmata dñi nr̃i ihesu porto i corpe meo ¶ Se

Secunda cã principalis. cũda cã ilstitutiõis ẽ: meritũ fidei: qꝛ fides nõ hz meritũ cui hũana rõ pbet experimẽtũ: qꝛ meritũ fidei ẽ ꝛ laus credere q̄ nõ vides: ꝛ maxie illõ ẽ q̄ ẽ supra rõnẽ naturalẽ vbi hõ pꝛ⁹ abnegat seipz dũ potiꝰ credit pꝛime ꝛitati q̄s sibi vel alicui rõni: nõ em̃ aliter põt

Augustin⁹. coli deꝰ. vñ Augu. i lib. de vtilitate credẽdi dicit: q̄ tãta ẽ fides q̄ nec etiã parẽtes carnales colim⁹ nisi ꝑ fidẽ: credo em̃ q̄ ille sit pat⁹ me⁹/ nescio/ qꝛ nõ eraz q̃ genuit me. sic nec patrẽ spũalẽ cognoscim⁹ nisi ꝑ fidẽ: vt ḡ fides habeat magnũ meritũ: credim⁹ sub forma panis esse verũ corpꝰ xp̃i: q̄ tñ nõ videmus.

Tertia cã ¶ Tertia cã ẽ subleuatio spei: vult em̃ dñs quotidie ꝑtialiter obtinere petitiões nr̃as: ipe em̃ ẽ dator eorũ q̄ petim⁹: ꝛ ipe orat ꝓ nob⁹/ꝛ petit/ꝛ cũ ipe sit petitor/ oratoꝛ/ꝛ dator/ sine dubio obtinebim⁹ q̄ḋ petimus nisi ꝑ nos fleterit. ¶ Quarta cã est istructio: ꝑ

Quarta cã. hoc em̃ instruit nos deꝰ vt magꝭ credam⁹ ei q̄ visui nr̃o: imovt ꝫ visuz nr̃m credam⁹ ei: visus ei dicit tibi eẽ panẽ ꝛ vinũ: ꝛ deꝰ dicit tibi eẽ carnẽ ꝛ sanguinẽ. vñ

Exponit illud euãgeliũ dñs i euãgl̃. q̄ vult venire post me/ abneget semetipz i. ꝓpriũ itellectũ/ꝛ ꝓpriã volũtatẽ. vñ vocatꝭ me magister ꝛ dñe/ꝛ bñ dicitꝭ: suz ꝛ eñ. Qꝛ ḡ ipe magꝭ est: magꝭ ei debem⁹ credere q̄s nobꝭ: ꝛ qꝛ dñs ẽ abnegare debem⁹ ꝓpriã volũtatẽ: ꝛ ei tãq̄ dño obedire/id ẽ volũtatẽ nostrã volũtati ei⁹ ꝛformare. ¶ Quinta cã

Quinta cã. est vt epulemur i azimis sinceritatꝭ ꝛ ꝛitatꝭ. vñ pasti

Augustin⁹ in ꝓspectu meo mēsaz aduersus. z Aug. dicit: vt pa
nē ageloꝝ māducaret homo: creato⁹ āgelorū fact⁹
Declarat dictū sapiētis. est homo. de hoc pane dicit in. xvj. sapiētie. Panem
de celo prestitisti eis sine laboze: oīe delectamētū
in se habentē/et ois saporis suauitatē. de isto aūt pa
ne verissime dicitur q habet oīe delectamētū in se
delectat em̄ visum spiritualem: per pulchꝝtudinē.
vñ. Speciosus forma ꝑ filijs hoim. delectat audi
tū spūalem per melodiā. vñ audiā quid loquat̄ i me
dñs de⁹ me⁹. delectat olfactū spiritualē per odorē.
vñ in cāticis. Currimus in odorē vnguentoꝝ tuoꝝ.
delectat gustū spiritualē ꝙ dulcedinē: vt ibi/q̄ ma
gna multitudo dulcedinis tue dñe. delectat tactuz
spūalem ꝙ suauitatē. vñ/gustate z videte q̄m̄ suauis
est dñs: delectat vt diuitie: qz in eo oīs thesauri sa-
Sexta causa pientie z scientie dei sunt absc̄diti. ¶ Sexta causa
est vt homo q̄ per esum de ligno sciētie boni et mali
fuerat mortuus: ꝙ esum ligni vite reuiuisceret. vñ si
cut de illo ligno dictū ē. Quacūq; die de ligno scie-
tie boni z mali comederitꝭ morte morieminī: ita de
hoc pane dictū est. q̄ manducauerit ex hoc pane: vi-
Septima cā uet in eternū. ¶ Septima z vltima est ad remedium
Tria in hoc pctoꝝ venialiū q̄ quotidie facimus. ¶ Intelligunt
sacramento. aūt in hoc sacrameto tria. s. forma panis. forma vini:
ꝑm corꝑ⁹ xp̄i verū q̄ ꝓtraxit de vgine. tertiū corꝑ⁹
xp̄i mysticū q̄ est eccl̄ia. primū est sacramētū tm̄. se
cūdū est res z sacramētū. tertiū est res tm̄. primū est
Forma ꝓais sacramētū secūdi: ꝑm scz corꝑ⁹ xp̄i est sacramētū cor
assimilat̄ cor poris mystici. forma em̄ panis ē corꝑis xp̄i: z habet
pori. duplicē similitudinē cū corꝑe xp̄i. Prima ē: qz sicut
Prima simi panis tritice⁹ ex purissimis granis cōstat: ita corꝑ⁹
litudo. xp̄i verū q̄ traxit de vgine ex purissimis mēbris cō
sistit purificatis opatiōe spūsci: z sicut corꝑ⁹ xp̄i ve
rū ꝙstat ex purissimis mēbris: ita corꝑ⁹ xp̄i mysticū
cōstat ex puris fidelibus depuratis a pctō mortali.
Scda similitudo Scda similitudo est: qz sicut panis tritice⁹ maxime
reficit z ꝙfirmat corꝑ⁹: ita corꝑ⁹ xp̄i maxime reficit
z cōfirmat aiam. ¶ Similit̄ forma vini duplicē ha-
Prima silitu bet silitudinē cū sanguine xp̄i. Prima ē: qz sicut vinū
do sanguis z ex puris vuis vel guttis ꝙstat/ita sanguis xp̄i ex pu
vini. rissimis sanguinib⁹ ꝙstat. ¶ Scda ē: qz sicut vinū le
Secunda. tificat: ita sanguis xp̄i letificat z inebriat bona ebri-
ꝙ ista arguit etate. vñ calix me⁹ inebrians q̄ p̄clarus est. ¶ Sz vi-
deꝝ q̄ forma panis nō sit sacramentū corꝑis xp̄i: qz
nullā habet silitudinē cū ipo: panis em̄ ibi nō ē: sz so
Secundo. la forma ei⁹. ¶ Itē. forma illa non efficit corꝑ⁹ xp̄i:
hoc certū est. q̄ nō est sacramētū illi⁹: qz sacramentū
Euasio. noui testamenti efficit qđ figurat. ¶ Si dicat̄ q̄ for
ma illa gr̄a corꝑis xp̄i ꝺz efficere qđ figurat scz vnit-
ꝙ hoc arguit tatē eccl̄ie. Cōtra. i baptismo ipa aqua exterꝰ ablu
ens efficit qđ figurat. hz em̄ vim regeneratiuā. q̄ ea-
dē rōne forma panis q̄ visibilis est debet efficere qđ
Tertio. figurat. ¶ Itē in sacrameto eucharistie sunt plures
materie z plures forme: qz forma panis/forma vini:
z vtraq; illaꝝ est sacramētū: q̄ ibi fūt plura sacramē
Ad primū. ta: nō q̄ fūt tm̄ septē sacramēta noue legꝭ. ¶ Ad pri-
mū dicēdū ē q̄ forma panis ꝺz habere silitudinē cū
corꝑe xp̄i: nō gr̄a sui/ sed gr̄a panis cui⁹ fuit forma.
Ad secundū ¶ Ad secūdo obiectū dicim⁹ q̄ forma panis nō so-
lū ē sacramētū corꝑis xp̄i verꝰ: sz etiā corꝑis xp̄i my
stici. vñ ꝙcedim⁹ q̄ efficit qđ figurat: vnit em̄ recipiē
tē corꝑi mystico. efficit aūt nō ꝙ modū cause efficiē-
tis: sz ꝙ modū materie: sicut dictū ē superi⁹ de aqua
baptism̄i. sicut em̄ in alio liquore nō dar̄ gr̄a baptis-
malis: ita sub alia forma q̄ sub forma panis et vini
Ad vltimū. nō datur corꝑus xp̄i. ¶ Ad vltimo obiectū dicim⁹
Sacramētū q̄ quodāmodo sūt ibi duo sacramēta: quodāmodo
eucharistie ē vnū: sed verius vnū q̄ multa: quia ab vnitate signi-
veri⁹ vnū q̄ ficati deberet esse vnitas sacramenti: et vtraq; illaꝝ
multa. formarū ꝓprie significat ecclesie vnitatē. vnde vna
est forma z perfectio vtriusq; illarū: sicut iste voces
albus/alba/albū: potius dicunt̄ vnū nomen q̄ mul-
ta ab vnitate significati z institutionis. vnde in colle
ctis aliquādo significatur hoc sacramentū singula-
riter: vt hic/presta vt hoc tuū sacramentū non sit no
bis z̄. aliquando pluraliter: vt hic. perficiant in no-
bis q̄s dñe tua sacramenta que cōtinent. ¶ Sed vi-
ꝺ hoc arguit detur nulla petitio esse. quia hec sacramenta nō con
tinent nisi ipas formas: z corꝑus christi verū qđ tra
xit de virgine. corꝑus em̄ mysticū non continent: qz
illud est dispersum per mūdū. petere vero q̄ hec sa-
cramenta perficiant in nobis formas: aut verū corꝑus
Ad rationē. christi: hoc nichil est ¶ Ad illos dicimus q̄ cō
tinent vnitatem ecclesie siue corꝑus christi mysticū
efficacia et significatiōe: non locali circūscriptione.

¶ De transsubstantiatione. Capitulū scm̄.
¶ Secunda questio.

Af primo Secūdo querit̄ de trāssubstantiatione siue de trāsitu/siue de mutatione panis in corꝑus christi. ¶ Et videtur q̄ nō sit ibi trās subst̄antiatio: quia dicit Boetius in libro de duabus naturis: et vna ꝑsona xp̄i q̄ois mutatio est ꝑm aliq̄d cōmune: sicut ei ex aere generat̄ ignis eadē materia q̄ erat pri⁹ sub forma aeris: postea est sub forma ignis. similiter in aliis mutationibus est aliquod cōmune qđ manet sub vtroq; termino mu-
tationis: sed cū panis sit corꝑus xp̄i nichil remanet de pane: ergo nichil est ibi cōmune: ergo non est ibi mutatio: ergo non transsubstantiatio siue transitus.
Secundo. ¶ Item. hoc importat nomen mutatiōis q̄ aliquis mutetur ab aliquo in aliquid: g̃ importat q̄ aliquid
Opio aliḡrū sit cōmune: z inde vt prius. ¶ Ad hoc dicunt quidā q̄ nichil aliud est dictū: panis trāsit in corꝑus q̄ q̄ sub eisdem accidentibus sub quibus erat panis mo
do est corꝑ⁹ christi: sed hoc nichil est: quia eadē rōne transiret magister in magistrū: quando aliquis ma-
gister cedit alij magistro aduenienti/ z dimittit ei lo-
Alia opinio cū suū: in eodē em̄ loco in quo prius erat ille cedēs/ est ille cui cedit. ¶ Alij vero dicunt q̄ idē est: panis
ꝺ ista arguit. trāsit in corꝑus christi: q̄ corꝑus christi incipit esse vbi panis est: vnde dicūt q̄ panis manet. ¶ Sed ex hoc sequit q̄ trāsitus ille nō est miraculosus: qz corꝑus glorificatū naturaliter potest esse cum corꝑore
Secundo. nō glorificato in eodē loco: dicunt aut̄ sancti q̄ trā situs ille miraculosus est. ¶ Item dicit Joh. dama scenus q̄ sicut panis et vinū transit per nutrimentū in corꝑus hominis et non aliud corꝑus: sed in ipm̄ prius corꝑus: sic panis ꝓpositionis. i. qui ꝓponit in altari: et aqua transit in corꝑus christi z sanguinē q̄ pri⁹ erat: sz i nutrimēto ē ver⁹ trāsit⁹: g̃ ver⁹ trāsi-
tus ē panis i corꝑ⁹ xp̄i: z sic auctoritas damascени ē
Tertio. ꝓ prima opinionē: subiūgit aūt postea damas. vt hec duo. s. pa. z vi. nō duo sūt: sz vnū corꝑ⁹ xp̄i/et hoc ē ꝓ secūdā opinionē/q̄ ponit corꝑ⁹ xp̄i eē cū pane/z pa-
nē eē aliud q̄ corꝑ⁹ xp̄i. ¶ Itē dicit Joh. damasc. fi ꝺbū dei sēp viuū z actiuū ē q̄ dixit: fiat lux/ z facta ē

lux/cui⁹ ꝺbo celi z ēra firmata sūt et ois decor: q̄ ex
purissimis sanguinib⁹ btē ꝺginis se fecit hoiem: nō-
ne poterat panē z vinū corꝑ⁹ z sanguinē suū facere/
quasi diceret: q̄ de nichilo creauit oīa poterit de pa
ne z vino corꝑ⁹ suū z sanguinē facere. min⁹ em̄ videt̄
facere de aliquo aliq̄d q̄ de nichilo aliq̄d. g̃ pa. fit
Quarto. corꝑ⁹ xp̄i: qđ ē ꝺ vtraq; opinionē. ¶ Itē. quare hoc
dicis q̄ panis manet: si dicis hoc qz nōvides modū
transeundi: respōdet sic damas. q̄ opatione spūsci fit ille trāsit⁹: sicut em̄ in ꝓceptiōe filij dei spūsctus
Quinto. supuenerat: cui⁹ opatione facta est illa ꝓceptio/qz p verbū sacerdotis supuenit spūs cui⁹ opatione fit illa transsubstātiatio. ¶ Itē. dicit Johānes damas. sufficere deberet tibi q̄renti qualiter fit trāssubstantiatio: sic respōdeo tibi sicut angel⁹ respōdit cū bea
ta virgo q̄reret: quō fiet istud q̄m̄ virū nō cognosco⁹ respōdit angelus. Spūsctus supueniet z̄. quasi di
ceret: operatiōe spūssancti fiet. similiter dico tibi: q̄
operatione spūssancti fit illa transsubstantiatio: suf-
Sexto. ficere tibi debet/ qđ sufficit beate virgini q̄ per fidē
quā adhibuit angelo oraculo concepit dei filiuz. vñ
beata q̄ credidisti z̄. ¶ Item. ostēdo tibi q̄ in natu-
ris sit aliquis transit⁹ vbi remanet de eo qđ dicitur
transire: in generatione em̄ hois primo est materia
sub vili forma seminis: postea recipit meliorē formā
quousq; abilitata sit abilitare vltima siue vltima or-
ganizatione ad receptionē aie: ibi igitur manifestū
Solutio. est q̄ forma transit in formam/ et tm̄ nichil de forma
transeunte remanet. similiter in cōpositione elemē-
tati forme elemētares transeunt in formā mixti: ita
q̄ nichil de illis remanet/ forma em̄ simpliciter est.
ergo intelligibile est q̄ panis transeat in corꝑ⁹ xp̄i:
ita q̄ nichil de pane remaneat. ¶ Propter hoc dici
mus q̄ ille due opiniones minus fideles sunt. dici-
mus ergo sicut dicunt sancti: q̄ panis vere trāsit in
corꝑus xp̄i. vñ oēs locutiones q̄ significāt transitū
cōcedende sunt sicut hec: panis transit in corꝑ⁹ xp̄i
vel transfertur/ vel trāssubstantiat̄/vel mutatur/ vel
panis fit corꝑ⁹ xp̄i. Et oēs ille negande sunt in qb⁹
nō significat̄ transit⁹/sicut iste: panis est corꝑus xp̄i
Ad primū panis erit corꝑ⁹ christi/panis pōt esse corꝑ⁹ christi.
¶ Ad primū ergo obiectū dicim⁹: ois mutatio ꝑm
cōmune nō tenet in formis naturalib⁹: vt ostensum
est q̄ trāsit forma in formā: z nichil de trāseunte re-
manet: sed tenet tm̄ in subiectis naturalibus: z non
tenet in reb⁹ diuinis q̄ sunt supra naturā. multa em̄
tenent in naturis/q̄ nō tenent in diuinis: qz in natu-
ris tenet q̄ pluriū plures sunt nature: sed nō in diui
nis. qz plures ꝑsone diuine vnicā habent naturam.
Ad secundū ¶ Similiter dicim⁹ ad secūdo obiectum: q̄ hoc no
men mutatio nō importat q̄ aliquid sit cōmune: vel
si importat ista est neganda/panis mutat̄ in corꝑus
xp̄i: nisi in alia significatiōe sumat̄ hoc verbū mutat̄
Notandum. sc̄z ꝙ trāsitu. ¶ Et notādū est q̄ duo inueniunt̄ i hoc
Primū. transitu. Primū est q̄ de pane trāseunte nichil relin
Secundū. quit. Scōm est q̄ transit⁹ fit in id quod erat: scilicet
In transsub in corꝑus christi: vtrūq; istoꝝ per se bene inuenit in
stantiatione naturis. primū inuenit in transitu formarū/quia ni-
duo inueniun chil de trāseunte manet: sed scōm non: qz nō fit trāsi
tur q̄ nō inue tus in illud quod erat: scōm inuenitur in nutrimento
niunt̄ i alijs nutrimentū em̄ trāsit in corꝑus qđ erat: vt dicit da-
mutationib⁹ mascen⁹. sz primū nō inuenit̄: qz aliq̄d de nutrimēto relinquit̄. vñ illa duo nō inueniunt̄ simul i naturis: sz in diuinis inueniunt̄ simul: tustū est em̄ vt diuina exce
dant naturalia. ¶ Ex ꝓdictis ꝑz qualis sit illa trās Conclusio. latio. est em̄ vt dicit magister in sententijs essentialit
ter: siue subst̄antialis trāseūt. ꝑz em̄ panis accidētales remanēt: sz oia subst̄antialia trāseūt. ꝑz em̄ in q̄d sit trāssubstātiatio: qz panis trāssubstātiat̄ in corꝑ⁹ xp̄i/z vinū z aqua simul sumpta: i sanguinē xp̄i: vt dicit damas. vñ nicholaus papa/calix dñi nō est tm̄ vinū: nec tm̄ aqua/ sed vinū z aqua simul. si em̄ ibi est tm̄ vinū incipit xp̄s esse sine nobis, si tm̄ aqua incipit ecclesia esse sine xp̄o: qz cōiunctio aque cū vi
no significat ꝓiunctionē ecclesie z xp̄i: qz aque multe populi multi. tū si ex negligētia ꝑtermittat̄ aqua. di cit magister in sentētijs: q̄ verū est sacramētū/sz nō est perfectū: qz nō significat̄ ibi vnio xp̄i et ecclesie.
¶ Sed querit̄ vtrū peccet sacerdos si ex negligētia Nota diligēt nō apponat aquā. ¶ Et ad hoc dicim⁹ q̄ si negligē- ꝙstio incides tia illa sit ex libidine mortali/ mortalis est illa negli Responsio. gētia: sicut si ex cupiditate oblationū tm̄ accelerat sacerdos vt recedāt hoies/ z ex illa acceleratiōe ꝑ-
termittat aquā mortaliter peccat. si vero ex libidine venialiter peccat. si ꝺo sacerdos totaliter in-
tentus sit meditatiōi ꝓteplationi legis dei: z ex hoc ꝑtermittat aquā: negligētia illa nō est pctm̄: tm̄ repu
tare se debet reum. ibi em̄ habet locū illud Grego- Dictū Gre rij. bonarū mentiū est ibi culpam agnoscere vbi cul- gorij. pa nō est. ¶ Sciendū aut̄ q̄ aqua apponenda est in notādū itez tam parua quātitate q̄ possit absorberi a vino: quia christus nō mutatur in ecclesiā: sed eccl̄ia mutat̄ in xp̄m. sicut dictū est ad Aug. crede z māducabis me
nō ego mutaboz in te: sz tu mutaberis i me. ¶ Sciē Aliū notabile dū aūt q̄ q̄dus panis trāssubstātiat̄ in corꝑ⁹ christi/ z vinū z aqua in sanguinē: tamē sub vtraq; specie est christus integer: nō em̄ corꝑ⁹ christi est sine sangui-
ne z anima/nec sanguis sine corꝑe z anima. Sed nō Hec rō non valet hec argumentatio: sub forma panis est corꝑ⁹ valet. christi z sanguis z ex trāssubstātiatiōe: ergo aliq̄d est trāssubstātiatū in sanguinē: z patet istātia in aia xp̄i q̄ ibi est ex trāssubstātiatiōe/nichil tū est trāssubstan tiatū in ea: sicut nō valet hec argumētatio: hoc pno men ego significat me/ ex institutiōe: ergo est institu tū ad significandū me. De tēpore trāssubstātiatiōis De tempore dicim⁹ q̄ in finali tēpore plationis hoꝝ ꝺboꝝ: hoc est corꝑus meū/ fit trāssubstātiatio panis in corꝑus christi. ¶ Sed querit̄. qđ demōstrat̄ ꝙ hoc ꝓnomen Questio ici hoc/ si panis: g̃ hec est falsa/hoc est corꝑ⁹ meū: si coz dens. pus xp̄i. Cōtra. illud nō est in platiōe ꝓnominis: qz nō est adhuc facta trāssubstātiatio. ¶ Ad hoc dicit Solutio. q̄ hoc ꝓnomē hoc/vagā z simplicē habet demōstra Quid demō tionē. vnde is est sensus: existēs sub hac forma ē coz stratur qñ ꝺz pus xp̄i: sicut cū dicit: tu aperi: ꝓnomen indetermi- hoc est cor natā habet demonstrationē: ille em̄ qui extra domū pus meum. est z dicit/ tu aperi/nescit qđs sit int⁹. Vel potest dici Aliꝭ ꝑt dici. q̄ hoc ꝓnomē hoc/demōstrat corꝑus christi ad ītel lectū corꝑus sc̄z christi: quod nō est ibi: sed erit z ni-
chil. ¶ Contra. de verbis dñi: similiter solet obijci: ꝺ hoc arguit quib⁹ dixit: accipite z māducate: hoc est corꝑ⁹ meū ita em̄ dicunt euangeliste / accipiens Jesus panem benedixit/fregit/deditq; discipulis suis: dicens/ac cipite et comedite: hoc est corꝑus meum: sed cōstat q̄ dedit corꝑ⁹ suū: ergo ꝓius facta trāssubstātiatio cū ꝓferrent̄ ista verba: hoc est corꝑus meum: ergo

opio aliq̃ꝑ. per ista verba nō trāssubstātiauit. ¶Quod cōcedūt quidam dicēres/ q̃ dominꝰ prius benedixit panem quadā benedictione sacrata ꝑm quā facta est transsubstantiatio:sed illa benedictio non est reuelata ecclesie:postea vero dedit discipulis:dicēs. Accipite & comedite/hoc est corpꝰ meū: & tūc dedit vim istis verbis/hoc est corpus meū: vt ad prolationem eoꝝ fiat transsubstantiatio. ¶Sed melius videt q̃ ad ꝓlationē horum verborū/hoc est corpus meū/ mutauerit dominus panem in corpus suū. vnde bis sunt intelligēda illa verba hoc modo:accipiēs Jesus benedixit panem quadam benedictione ꝑm quaꝫ non fuit facta mutatio: sicut sacerdos noster multas benedictiones facit ꝑm quas nō fit transsubstantiatio benedixit inq̃ dicens/hoc est corpus meū: & postea fregit / et dedit discipulis suis: dicens/ accipite et comedite:hoc est corpus meum. Vel potest intelligi sic:dedit discipulis suis dicens prius.

Alr dicēdū est.

Alr ꝓt dici.

De modis sumendi.

¶De modus sumēdi corpus x̃pi. Capꝰ. tertiū

Exponit illud psal. sicut in psalmo dicitur. Rex virtutuꝫ dilecti dilecti ꝛ speciei domꝰ diuidere spolia. xꝑs ei diuisit spolia i. ordinauit illos qbꝰ spoliauit diabolū ad speciem siue decorē ecclie. vñ q̄dā sunt archiepiscopi/ quidā epi/ quidā archidyaconi: ꝛ sic de alijs. Et ad episcopū cū sit sup officiū ecclie intēdēs ptinet dedicatio ecclesiarū/ ꝓsecratio ꝓginū/ ꝛ ꝑdicatio. cū em̄ sit spon

sus ecclesie debz habere semē spirituale: vt generet filios spirituales deo. propter hoc em̄ domos quietas extra tumultū ciuitatis habet: vt ibi vacet cōtēplationi et hauriat in ocio contēplationis: quod effundat postea in opere predicationis. vnde in cantici
Officiū epi. cis Aduiuos filie hierusalem per capreas ceruosq; campoꝝ ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam: donec ipsa velit. O fideles aie aduro vos si vultis esse similes sanctis qui sunt sicut capre ꝛ cerui campoꝝ/ ne suscitetis ab ocio contemplationis: dilectam. i. ecclesiam in prelatis donec ipsa velit. epi
In canticis. scopus ergo debet vacare contemplationi ꝛ ꝑdicationi. vnde dicimus q̄ aliꝰ cōmittenda sunt iurgia: scz archidyacono. vñ dicimꝰ q̄ de officio ꝛ dignitate archidyaconi est iurisditio ꝓtentiosa ꝛ cohercio ꝑ censuram ecclesiasticā. vnde de officio suo habet po
Officium archidyaconi. Ad q̄stionē. testatem excōmunicandi ꝛ absoluendi: non tamē habet claues: quia non habet alios vsus clauium qui principales sunt. principalis em̄ vsus clauium est remissio peccatorum: sicut dicit Quorum remiseritis peccata/ remittuntur eis: hūc aūt vsum non habēt archidyaconi: quia non habent claues.

¶Quarta questio.
¶De excōmunicatione.

Quarta q̄o. Diffinitio excōicationis. ¶Quarto pauca dicēda sunt de excōmunicatione. Est aūt excōmunicatio a cōmunione eccle separatio: q̄ fit ꝓpter ꝓtumaciā vel aliā manifestā offensam. Cōsistit aūt hec separatio in mēsa/ in sacramētis/ i salutatione/ ꝛ oratiōib⁹ ecclesiarū: q: excōicatꝰ separat a sacramentis ꝛ oꝝonib⁹ eccle: nec exhibet et socie
Dupler excōicatio. tas i mēsa/ nec i salutatiōe/ nec i oꝝonib⁹ aliq̄b⁹/ nec in aliqua collocutōe/ nisi sit de correptiōe eiꝰ. ¶Excōicationū alia maior/ alia minor. Maiori excōicatione sūt illi excōicati q̄ in ipa sentētia excōicatiōis noiatim ꝓtinent/ ꝛ ō hac nō absoluit nisi ille q̄ excōicauit vel suꝑior. Minori excōicatiōe excōicati sunt illi q̄ participāt excōicatis minori excōicatōe/ exceptis q̄busdā ꝑsonis q̄ exciptunt i decretis/ ꝛ de hac pōt absoluere etiā simplex sacerdos in confessione.
Alia diuisio ¶Itē excōicationū q̄dā iusta/ q̄dā iniusta. iusta ē q̄ fit a iō corripiēdi/ ꝛ ꝓpter culpā debitā: et ordine iuris obseruato. iniusta est cū nō meruit excōicari ille q̄ excōicat si iuris ordo nō obseruat. habuit aūt ortū excōicatio ab apl̄o q̄ fornicatorē corinthū tradidit sathane: vt spūs saluꝰ eēt. ¶Sed videt ꝙ ecclia male
Ad q̄ dicta aſſ. faciat cū excōicat: q: punit in spūalibꝰ illū q̄ peccauit in tēporalib⁹. aufert em̄ et spūalia q̄ in infinitū melioza sunt q̄ tpalia: ḡ magis punit illū q̄ meruit: ḡ peccat. ¶Itē cū excōicat videt facere cōtra deū: q:
Secundo. deꝰ nūq̄ aufert spūalia/ nec pōt auferre: imo quātū in se ē semp dat. dicit em̄ ꝙ dextera dei semp ē apta in qua est lōgitudo dierū. i. bona spūalia ꝛ eterna: ſz sinistra nō semp est apta in qua sunt diuitie ꝛ glia vt dicit Salomon. Nō em̄ semp vult dare bona tpalia: q: semp nō expedit: ꝛ ecclia aufert spūalia: ḡ nō conformat voluntatē suā voluntati diuine: ḡ peccat cū nota sit ei voluntas diuina. ¶Itē excōicatio videt iplicare cōtrarietatē: q: excōicat ecclia vt spūs saluꝰ sit
Tertio. ergo excōicat vt ille habeat spūalia: ergo aufert spūalia vt ille habeat spūalia: sed hoc est cōtrarietas: ḡ excōicatio implicat ꝓtrarietatē: ḡ nulla est. ¶Item
Quarto. videt ꝙ excōicatio iusta quātū ad illū qui excōicat

nulla sit: q; si nō peccauit nō nocet et excōicatio: sicut dicunt oēs. ergo adhuc est de ecclesia merito ꝯtus nō numero: ergo particeps est orationū ecclesie: ergo nō est separatus a spiritualib⁹ ecclie: ergo nō est excōmunicatus ꝑm veritatem: ergo excōmunicatio iniusta nulla est: ergo non est timenda. z hoc falsum est: quia sentētia pastoris iusta/ vel iniusta tenenda est. ¶Item. dicit Hieronym⁹: q; ꝺdā sumūt de superclio phariseoꝝ: sc; soluere nō soluendos/ z ligare nō ligādos. ergo ꝑm hoc excōicatus iniuste nō est ligatus. ¶Item. cū ecclesia excōicat reddit malū pro malo: ergo facit contra hoc preceptū apostoli: nō reddentes malū pro malo. similiter facit cōtra hoc preceptū: benedicite ꝓsequentes vos/ benedicite z nolite maledicere. ecclesia vero excōicat cū maledictione: ergo peccat cū faciat cōtra preceptū apostoli. ¶Itē. ecclesia excōicando facit ꝓtra māsuetudinē angelicā. legitur em̄ in epistola iude: cum michael archāgelus cū diabolo disputās altercharetur de moysi corpore: nō est ausus iudiciū inferre blasphemie: sed dixit/ imperet tibi dñs: quasi dicat. reprimat dñs malicia tua. q; cū ecclesia debeat imitari māsuetudinē angelicā nō debet aliū excōicare: sed dño relinquere vindictā. ¶Item. videt male dixisse apl̄us cū dixit/ licet aūt angelus de celo euāgelizet vobis ꝓter ꝯ euāgelizauim⁹ anathema sit. si em̄ angelus de celo nō ausus est angelū de inferno anathematizare: multomin⁹ paulus q; erat de terra debuit anathematizare angelū de celo. q; videt peccare cū dixit illud. ¶Solutio. Ad primū dicim⁹ q; ecclesia nō magis punit illū quē excōicat ꝯ ille meruit: q; ille meruit penā eternā q; in infinitū maior est ꝯ pena excōicationis: nec est verū q; ecclesia aufert ei spūalia: sed nō dat ei q; ipe indignus est ¶Et p hoc patet solutio ad secūdo obiectū. ecclia em̄ nō aufert alicui excōicato spiritualia nisi eodēmodo q; deus aufert. de⁹ aūt dicit auferre solūmodo: q; non dat: z q; nō dat hoc ē ideo q; hō nō accipit. de⁹ ei parat⁹ est dare: iz hō idignū se reddit ¶Ad tertio obiectū dicim⁹: q; nō est ꝓtrarietas in excōicatiōe. ad tēpus em̄ subtrahit ecclia isti spūalia: vt ea melius beat postea. ¶Ad quartū dicim⁹: q; ille q; excōicat iniuste separat nō a deo z oriōnib⁹ ecclie: sed a spūalibus z subtrahit ei cōmunio mēse: et multa alia. vñ quātū ad illa tenenda est. ¶Ad auctoritatē Hieronymi dicim⁹ q; intelligit de illis q; credebāt de excōicatione iniusta nocere excōicato/ et nō nocet ei si nō meruit excōicari: imo ꝓdest ei subtātia excōicationis. excōicatio em̄ medicina q̄daz est. ¶Ad quintū dicim⁹ q; ecclia cū excōicat nō reddit malū p malo imo bonū: q; causa correptiōis subtrahit spūalia vt ille redeat ad cor: q; q; parcit virge odit filiū. z qō dicit apo. nolite maledicere: itelligēdū est ex odio vel intuitu vindicte: excōicatio em̄ nō est faciēda ex odio vel intuitu vindicte: iz intuitu correptiōis. ¶Ad illud qō obiectū est de angelo dicim⁹: q; cūvirt⁹ constat imediate quo ad nos p loco z tpe debet maledicere ecclia: sicut z de⁹ maledixit ade z eue: z scrī maledicebant: nec facit cōtra māsuetudinē angelicā: iz ꝓpter māsuetudinē angelicā. perfectissimoꝝ em̄ est nullo modo maledicere. opa vero impfectionis nō sunt ꝯtra opa pfectionis. ¶Advltimo obiectū dicimus: q; apl̄us nō anathematizauit angelū de celo: sed iste est sensus illius locutionis: sicut impossibile est consequētis: scilicet angelū de celo anathematizari: sic impossibile est antecedentis: scilicet angelū de celo aliud predicare nobis ꝯ euangelium.

¶Nonū capitulū huius tractatus.

¶De relaxationibus q̄ fiunt per claues.

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Octauo.

Solutio ad primū.

Ad secundū

Ad tertiū.

Ad quartū.

Ad auctoritatem.

Ad quintū.

Ad aliud.

Ad aliud.

DIcto de clauibus: dicendū est de relaxationibus q̄ fiunt per claues. Circa istā q̄stionē primo querēdū est/ vtrū valeat tm̄ relaxatio quātū ecclesia videtur ꝓmittere. secundo/ vtrū ꝑ sit equaliter relaxatio diuitib⁹ et pauperib⁹. tertio de iusta estimatione: q̄ exigitur vt dicunt magistri ad hoc vt fiat relaxatio.

¶Primo ergo querit/ vtrū in veritate tm̄ valet relaxatio quātū ꝓmittit ecclesia: qō videt: dicit em̄ ecclesia sic. ¶Quicūq; dederit de suo aliqd ad fabricam istius loci/ remittitur ei tertia pars penitentie z peccata oblita z huiusmodi. si ergo tātū valet hec relaxatio quātū ecclesia videtur ꝓmittere. videt q; p tribus obolis iste absoluat a tota penitentia sua: q; dat obolū ad fabricā istius ecclesie: dimittitur ei tertia pars penitētie. z similiter si det ad fabricā alterius ecclesie dimittit alia tertia pars: z ita p trib⁹ obolis penitus absoluit. qō est incōuenies. ¶Ad opō aliq̄d hoc dicunt quidā: q; relaxatio non tātū valet quātū ecclesia ꝓmittit: sed facit vt excitentur fideles ad dandū/ et decipit eos ecclesia: sed illa deceptio pia fraus est: z nō est peccatū. ¶Sed cōtra hoc obiicit Si ecclesia decipit fideles aut dicendo verū aut dicendo falsum: sed nō dicēdo verū: q; nullus decipit dicendo verū: ergo dicendo falsum: ergo generalis ecclesia dicit falsum z scienter: ergo mentitur: q̄ generalis ecclesia peccat: qō absurdū ē dicere. ¶Itē ꝓbat q; tantū valet relaxatio quātū ecclesia ꝓmittit: q; beat⁹ Gregorius instituit rome hmōi relaxationes: z si aliquis est rome per quadragesimā: z sequitur ꝓcessiōes/ habet de relaxationibus plus ꝯ quinquaginta annos: ergo si tāta relaxatio habetur rome: possunt et alij ꝑlati dimittere tertiā partē penitentie: et ita tantū valet relaxatio quantū ꝓmittit ecclesia. ¶Itē in euāgelio. Caput Johānis baptiste traditū est puelle: z dicit glo. i. ecclesie de gētib⁹ ergo ecclesia de gentibus habet caput Johānis: id est caput gratie: ergo pōt dertuari ad subditos relaxationē/ z ita valet relaxatio tātū quantū ꝓmittit ecclesia. ¶Itē. sacerdotes i die veneris dāt charitatē z licentiā comedendi bis hīs qui audierūt missam: z hoc approbat generalis ecclesia: ergo totū dimittitur quod ꝓmittit illa relaxatio: eadem ratione totū dimittit quod ꝓmittit relaxatio episcopi. ¶Itē. in scōa Cori. iecūdo. dicit apostol⁹: cui aliq̄d donastis z ego donaui/ z ego qō donaui/ si quid donaui ꝓpter vos in ꝑsona xp̄i. glo. dicit. i. acsi ipe xp̄us donasset: z si xp̄s totū donasset. i. cōdonasset totū cō donatum esset: ergo cū apostolorū loco sint episcopi: si episcopi totū condonant: totū condonatū est: z ita tm̄ valet relaxatio quātū videt ꝓmittere ecclia. ¶Ad illud idē facit illa auctoritas. Quodcūq; sc; solueris super terram ꝛc. si concedatur q; tm̄ valet relaxatio quātū ecclesia ꝓmittit. ¶Contra dicit auctoritas: aut homo punit aut de⁹ punit: ergo iste non est absolutus ꝓ tribus obolis a tota penitentia: imo deus punit ipm̄ nisi ille puniat se. cōstat em̄

Primo.

Secundo.

Tertio.

Figura.

Quarto.

Quinto.

Confirmat.

In oppositū

Secundo. q; nō est sufficienter punitus. ¶Item in euangelio ꝓcipitur. facite dignos fructus penitentie: vt sc; qui multū peccauit multum puniatur. sed ꝓtra euāgeliū non potest dispensare: ergo non potest facere quin cum multū peccauit multū puniatur: sed si relaxatio tm̄ valet quantū videtur ecclesia ꝓmittere minus puniretur ille aliquādo q̄ magis meruit puniri: z magis puniret q̄ meruit puniri minus. ¶Solutio. Ad hoc q; huiusmodi relaxationes tm̄ valeāt quantū ꝓmittit ecclesia sex exiguntur. Primū est potestas ligandi z soluendi: sc; vt absoluatur ille q̄ absolutur a ꝑlato suo/ vel ab alio de ꝓcepto ꝓlati. Et scōm ē necessitas loci z illi⁹ cui fit relaxatio necessitas loci per se patet: necessitas cui datur relaxatio quādo nō potest ieiunare ꝓ debilitate vel ꝓter egritudines iiūctas penitētias facere. Tertiū est deuotio fidei vt sc; credat ille cui fit relaxatio ecclesiā talē potestatē habere. Quartū est status illi⁹ cui datur: vt sc; ille cui fit relaxatio sit in statu cōtriti. oportet em̄ q; habeat charitatē/ aliter em̄ nō prodest ei relaxatio. Quintū est discretio: vt sc; discernat apud se p quāto vellet exonerari: vel quātū vellet dedisse vt absolut⁹ esset a tāta penitentia. Sextū est iusta estimatio: vt ꝑm q; ei dimittitur ipe recōpēset. ista ergo sex intelligūtur in relaxatiōib⁹ quas facit ecclesia: vt prosint quātū ecclesia ꝓmittit: sed ecclesia tenet illa duab⁹ de causis. Prima est: q; si determinarētur nō essent fideles: ita ꝓni ad dādū: sicut si ꝑdicaretur laicis/ q; quātū valet vnū opus meritoriū ad vitā eternā: tm̄ z mille facta ex tanta charitate nō essent ita ꝓni ad faciendū bona opa. Secunda est: q; si charitatē habet ille cui fit relaxatio/ cū charitas nō sit sine fide: habebit iustā estimationē de oib⁹ hīs. fides em̄ adiuncta charitati iusta est matrix operū spūalium. potest ergo cōcedi q; si hoc verbū decipit nō imporat defōmitatē: ecclesia decipit fideles: tm̄ nō mētitur. ¶Et ad aliud q; queritur an decipiat dicendo/ verū vel falsum. dicimus q; dicendoverū: sed nō in dicēdoverū: siue quia dicit verū: sed quia nō determinat illa sex. ¶Ad illud ergo qō obiectū est de relaxationib⁹ quas instituit Gregorius dicim⁹: q; ideo valent quantū ecclesia videt ꝓmittere: q; bene cōsiderauit Grego. labores qui sunt in eundo romā: et sequēdo ꝓcessiones. vnde ibi est: z discretio/ z iusta estimatio. ¶Ad scōo obiectū dicim⁹ q; sacerdotes debēt facere huiusmodi relaxationes cū iniūgunt opa misericordie: z tūc valet: q; elemosyna de facili recōpensat ieiuniū. exercitatio em̄ corporis ad modicū valet: pietas aūt vtilis est ad oia. vnde in Esdra. Comedite pinguia z bibite mulsum z mittite partes eis: qui non preparauerunt sibi z̄c. ¶Ad quarto obiectum dicimus: q; si christus totū cōdonat/ totum condonatū est: sed primū est impossibile q; christus totū condonet: quia sic euacuaret iusticia dei. ¶Ad illud aūt̄/ quodcunq; solueritis: z cetera: dicim⁹/ q; intelligendū est iuste: z per iuste intelligūtur illa sex que dicta sunt. ¶Sed ꝓtra hoc quod dictū est q; ad hoc q; relaxationes valeant tm̄ quantū ꝓmittit ecclesia: exigitur iusta estimatio: scilicet q; ipm̄ datū recompenset penitentiā iustam obiscitur q; relaxatio non tantū valet ratione dati: sed ratione precum z suffragioꝝ ecclesie: q̄ obligat se ad orandum ꝓ illo qui dat aliquid de suo ad fabricam ecclesie: et ecclesia per preces suas meretur ei remissionē pene. quod ꝓbatur: q; per preces suas meretur ecclesia alicui remissionē culpe: multo fortius remissionez pene. ¶Item. in euangelio vbi habetur de sanatiōe paralytici: dicit glosa. Multū valet apud deū fides ꝓpria apud quem tantū valuit fides aliena: vt hoiem intertius z exterius sanaret. ergo per preces ecclesie dimittitur non solū culpa: sed etiā pena peccati. ¶Forte dicet: q; hoc intelligendum est tantū de dimissione culpe: et nō de dimissione pene. ¶Sed ꝓtra hoc sunt multe auctoritates: quia in Daniele habetur: q; precibus eius relaxata est captiuitas babylonica. ¶Itē i Exodo: q; precibus Moysi dimissa est pena q̄ debebat iudeis ꝓ peccato idolatrie. vnde dñs dixit ad Moysen: dimitte me vt irascat furor meus cōtra eos: z Moyses nō dimisit. ¶Itē. precibus Dauid angelus exterminator dimisit populū. ¶Itez. precib⁹ ecclesie ceciderunt cathene de manibus Petri. in eccla em̄ oratio fiebat sine intermissiōe ad deū ꝓ eo. ¶Item precib⁹ sanctoꝝ ceciderūt squame ab oculis pauli. ¶Itē. dicit Augustin⁹ q; suffragia ecclesie nō tātū ꝓsunt vt facilioꝝ fit absolutio: sed vt tollerabiliora sit dānatio. i. pena. his auctoritatib⁹ euidens est q; ecclesia meretur alicui per preces suas remissionē pene: ergo cū aliquis dat obolum ad fabricaz ecclesie dimittitur ei pena: non solū ratione dati: sed ratione precum ecclesie: que obligat se ad orādū ꝓ eo. sic ergo ratione vnius misse cuius particeps est iste dimittitur ei aliquid de pena. z ratione alteri⁹ misse: si militer aliquid dimittit ei de pena: ergo cū in eadez die misse vel duo milia missarū celebrētur in illa dioc̄esi: quarū particeps est iste ꝓ obligationē ecclesie/ in vna die dimittit ei tota penitētia sua: etiā in donatione oboli: ergo nō oportet in relaxationib⁹ q; qdā recōpēsat penitētiā iniūctā: ergo nō exigit iusta estimatio. ¶Si ergo dicit: ergo euacuabit hec auctoritas: facite dignos fructus penitētie: z similiter/ aut homo punit/ aut de⁹ punit. ¶Solutio. bene cōcedimus q; ecclesia non solū meret remissionē culpe alicui: sed etiā remissionē pene/ et relaxationes valent nō solū ratione dati: sed ratione precū. et potest esse q; alicui in datione oboli gratia dandi z gratia pciꝑ dimittatur tertia pars penitētie: tamē adhuc stat iusta estimatio/ z adhuc tenetur facere dignos fructus penitētie: ꝓpter tria. Primū est ꝓpter incertitudinem: nescit em̄ sibi dimissam penā illā esse: nescit em̄ quātū prosint illi suffragia ecclesie. Secūdū/ ꝓpter omissionem vitandā: quia nisi faceret penitētiā quā tenetur facere/ omitteret/ z ita peccaret mortaliter. Tertiū est/ ꝓpter maiorē z certiorem z meliorem satisfactionem: quia magis prodest ei penitentia ꝓpria q̄ aliena: z nō valet hec argumētatio. Tota illa pena dimissa est ei: ergo nō exigitur iusta estimatio: quia nō dicim⁹ q; exigatur quātū ad peccati remissionem: sed quantū ad tertitudinem z certitudinem.

¶De equali conditione pauperis z diuitis

¶Secunda questio.

Secundo.

Euasio.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

In oppositū

Solutio.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Ad primū

Ad impro-
bationem.

Ad aliud.

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū.

Ad aliud.

Ad q̄ sic.

Secundo capitulo queritur/ vtrum equalis sit ꝺditionis pauper z diues in huiusmodi relaxationib⁹. videtur quibusdā q; sic: quia in spiritualibus nō debet pauper

Secundo. esse peioris conditionis q̄ diues. ¶Item. volūtas pro facto reputatur quantū ad meritum vite eterne z remissionem pene eterne. eadem ratione quātū ad

Tertio. relaxationem pene tēporalis. ¶Item dicit Augustinus super illū locum/In conuertendo: superversum illum/Qui seminant in lachrymis ꝛc̄. zacheus dans dimidiū bonorū suorū: vidua dans duo minuta: z alius dans calicem aque frigide. pauper q̄dam non habens nisi bonam voluntatem: omēs isti equales sunt in meritis. ergo equalis est cōditionis pau

Quarto. per cum diuite in dimissione pene. ¶Item. velle seruire deo: seruire est deo z velle mereri: mereri est cū illo velle est ex charitate. ergo velle satisfacere/satisfacere est. ergo cū pauper z diues equaliter velit satisfacere: equaliter satisfaciūt. licet non equaliter

In oppositū Secundo. Tertio. dent. ¶Sed cōtra. dictū est nabuch. Redime pctā tua elemosinis: nō volūtate dādi elemosinis. ¶Itē in prouer. redēptio aīe viri propīe diuitie. ¶Itē. habet in euangelio: q̄ prudētes virgines dicture sunt fatuis: ne forte non sufficiat nobis z vobis. ergo prudentes nō audēt dicere q̄ merita sua sufficiāt sibi et aliis: ergo ecclesia non debet p̄esumere q̄ merita sua sufficiant sibi z aliis. idem enī est ecclesia q̄ prudentes virgines: sicut dicit Apostolus. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere x̄o. peccat ergo ecclesia p̄esumendo cū facit huiusmodi relaxationes. ¶Item. potest contingere q̄ tota ecclesia

Quarto. vir sibi sufficiat q̄ si vnus est in eccla qui sibi sufficit sunt centū q̄ sibi non sufficiunt: z ita tota ecclesia vir sibi sufficit: vel etiā vir sibi nō sufficit: ergo nec alius sufficit. si ergo plurimi valde pctōres acciplant crucem cū tota ecclesia: vir sibi sufficiet. Non sufficit: q̄ ad liberationē illorū cruce signatorū: ergo si illi statim decedāt nulla parte peregrinationis facta/non statim euolāt/cū merita ecclesie illis non sufficiant: ergo nulla est illa relaxatio. ¶Sed contra. dicim⁹:

In oppositū Secundo dñs papa habet plenitudinē potestatis: ergo potest facere tantā relaxationē. ¶Item. necessitas facit licitum q̄ alias non esset licitū: ergo eadē rōne necessitatis facit sufficiēs quod alias esset insufficiēs. sed nulla maior necessitas q̄ subsidiū terre sancte: ergo subsidiū terre sancte facit q̄ mia eccle sufficiat cruce signatis/que alias esset insufficiēs: ergo valet relaxatio quam promittit ecclesia. ¶Item licet merita

Tertio. Abrahā ysaac z Jacob nō eis sufficerunt ad tātam gloriam quantā habēt: q̄ deus remunerat supra cōdignum: tñ nobis sufficiunt. vnde Moyses post peccatum ydolatrie orauit sic dñm. Quiescat ira tua et esto placabilis super nequicia populi tui. recordare Abraham ysaac z Jacob z israel ꝛc̄. ergo licet merita ecclesie vir sibi sufficiant: tñ sufficiunt cruce signatis. ¶Solutio. Ad primum dicim⁹ q̄ i veritate

Solutio. Ad primū. multa promittunt prelati que non soluūtur. vnde cū magna discretiōe z nō passim faciēde sunt huiusmodi relaxationes. ¶Dicimus ergo q̄ cum iusta estimatio nō possit fieri de peccatis oblitis/ z votis fractis/non est necesse q̄ tātū valeat illa relaxatio quātum promittit ecclesia. vnde sic est intelligendum. Quicunq̄ dederit de suo aliquid ad fabricam talis ecclesie dimittitur ei tertia pars penitētie iniuncte: et pctā oblita z vota fracta/dimittūtur inq̄ vel i parte: vel in toto/z hoc magnū est: sed eccla nō determinat vt magis exerciteē deuotio fidelium nō est bonū oia nota exprimere sicut non est predicādum laicis

Ad rationē. largitionē. ¶Et ad illud quod obicit voluntas pro parte reputat: intelligendum est q̄tum ad meritū vite eterne: non q̄tū ad relaxationē pene. similiter q̄ dicit Aug. sup psalmū de illis quattuor: intelligēdū est q̄tū ad meritū vite eterne. ¶Ad vltimo obiectū dicim⁹ q̄ nō valet hec argumētatio: velle mereri/est mereri: velle seruire deo/est seruire deo: ergo velle satisfacere/est satisfacere: q̄ ad hoc q̄ aliquid sit satisfactoriū/vel sit dei seruitiū exigit q̄ sit ex charitate z etiā q̄ sit penale: et q̄ voluntas satisfaciendi non est penalis nec est satisfactoria.

Ad aliud. Ad augustinum.

¶De iusta estimatione.

¶Tertia questio.

TErtio capitulo queritur de iusta estimatione in quibusdā casibus: sicut in relaxationibus pctōrum oblitorū: z votorū fractorum z in eis qui sunt cruce signati. fit enim relaxatio aliquando sub hac forma quicunq̄ dederit de suo ad fabricā talis ecclesie: dimittitur tertia pars penitentie sue: et pctā oblita et vota fracta. si ad eadem redierunt et consimilia.

Ꝫ dicta aī. ¶Sed videt q̄ hec relaxatio nulla sit: q̄ ad hoc q̄ huiusmodi relaxationes valeāt exigit iusta estimatio: et quia nescitur quez quot sunt pctā oblita: ergo nulla est relaxatio huiusmodi. ¶Item. obiicitur de

Secundo. relaxatione q̄ fit in cruce signatis; propter quam multi faciūt expeditionē quā predicatores sic exponunt. Quicunq̄ acceperit crucem ad subsidiū terre sancte: dimittuntur ei oia pctā sua: ita q̄ si statī decedat sumpta cruce statī euolabit. videt q̄ hec relaxatio nulla sit: z q̄ illi peccent qui ita predicāt. dicitur enim in ysa. Consolamini cōsolamini popule me⁹ dicit deus vester: loq̄mini ad cor hierusalē z aduocate eam: q̄m malicia eius dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu dñi duplicia: p oibus pctis suis. ibi dicit glosa. Consolationis causa est remissio pctōrū remissionis pctōrū causa est: quia suscepit de manu dñi duplicia. i. penā duplicem: scilicet penā in aia z in corpore: nisi de manu dñi recepertimus duplicia: remissionē pctōrum nō habemus. sed iste qui assumpta cruce statī decedit/ non accepit de manu dñi duplicia: ergo non habet remissionē pctōrum: ergo nō statim euolat. z ita nulla est illa relaxatio. ¶Itē. habet in euangelio: q̄ prudētes virgines dicture sunt fatuis: ne forte non sufficiat nobis z vobis. ergo prudentes nō audēt dicere q̄ merita sua sufficiāt sibi et aliis: ergo ecclesia non debet p̄esumere q̄ merita sua sufficiant sibi z aliis. idem enī est ecclesia q̄ prudentes virgines: sicut dicit Apostolus. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere x̄o. peccat ergo ecclesia p̄esumendo cū facit huiusmodi relaxationes. ¶Item. potest contingere q̄ tota ecclesia

Quarto. vir sibi sufficiat q̄ si vnus est in eccla qui sibi sufficit sunt centū q̄ sibi non sufficiunt: z ita tota ecclesia vir sibi sufficit: vel etiā vir sibi nō sufficit: ergo nec alius sufficit. si ergo plurimi valde pctōres acciplant crucem cū tota ecclesia: vir sibi sufficiet. Non sufficit: q̄ ad liberationē illorū cruce signatorū: ergo si illi statim decedāt nulla parte peregrinationis facta/non statim euolāt/cū merita ecclesie illis non sufficiant: ergo nulla est illa relaxatio. ¶Sed contra. dicim⁹:

In oppositū Secundo dñs papa habet plenitudinē potestatis: ergo potest facere tantā relaxationē. ¶Item. necessitas facit licitum q̄ alias non esset licitū: ergo eadē rōne necessitatis facit sufficiēs quod alias esset insufficiēs. sed nulla maior necessitas q̄ subsidiū terre sancte: ergo subsidiū terre sancte facit q̄ mia ecclie sufficiat cruce signatis/que alias esset insufficiēs: ergo valet relaxatio quam promittit ecclesia. ¶Item licet merita

Tertio. Abrahā ysaac z Jacob nō eis sufficerunt ad tātam gloriam quantā habēt: q̄ deus remunerat supra cōdignum: tñ nobis sufficiunt. vnde Moyses post peccatum ydolatrie orauit sic dñm. Quiescat ira tua et esto placabilis super nequicia populi tui. recordare Abraham ysaac z Jacob z israel ꝛc̄. ergo licet merita ecclesie vir sibi sufficiant: tñ sufficiunt cruce signatis. ¶Solutio. Ad primum dicim⁹ q̄ i veritate

Solutio. Ad primū. multa promittunt prelati que non soluūtur. vnde cū magna discretiōe z nō passim faciēde sunt huiusmodi relaxationes. ¶Dicimus ergo q̄ cum iusta estimatio nō possit fieri de peccatis oblitis/ z votis fractis/non est necesse q̄ tātū valeat illa relaxatio quātum promittit ecclesia. vnde sic est intelligendum. Quicunq̄ dederit de suo aliquid ad fabricam talis ecclesie dimittitur ei tertia pars penitētie iniuncte: et pctā oblita z vota fracta/dimittūtur inq̄ vel i parte: vel in toto/z hoc magnū est: sed eccla nō determinat vt magis exerciteē deuotio fidelium nō est bonū oia nota exprimere sicut non est predicādum laicis

Ad aliud. q̄ tñ valeat ad vitā eternā dare vnū denarium q̄tū ꝫstruere cenobiū cū ex equali charitate fiant ¶Ad illud q̄ obiectum est de cruce signatis dicim⁹ q̄ nō est necesse q̄ assumpta cruce statī euolāt si decedāt: sed illa relaxatio intelligit vt frequenter in plurib⁹. frequenter enī illi q̄ accipiunt crucē parati sunt mori p̄o x̄po: z in hoc p̄posito augmentāt in eis contritio. et sic per cōtritionē dimittit eis pe. sicut dicit de magdalena. Dimissa sunt ei pctā multa/q̄m dilexit multū: z quia dilexit multū fleuit multū/ et q̄ fleAd aliud. uit multū: dimissa sunt ei pctā multa. ¶Ad illud q̄ dñs papa habet plenitudinē potestatis: dicim⁹ q̄ habet hanc potestatē vt faciat cruce signatos participes oim suffragiorū eccl'ie: sed non habet hāc potestatē vt iſtū qui est pene debitor faciat euolare sine solutione pene: imo necesse q̄ suscipiat de manu dñi duplicia: z q̄ faciat fructus dignos penitētie: sed intelligit facere penitētiā: si vel ipse vel ecclesia faciat p̄o eo sicut dñs papa non pōt facere qui vsurarius cruce signat⁹ restituat quod habet de vsura ad hoc q̄ peregrinatio sit ei vtilis: sicut enī dicit tob. nō indiget deus nostro mēdacio: vt p̄o eo loquamur dolos: sic non indiget nostro auxilio/ vt p eo faciamus

Ad aliud. necessitas facit licitum q̄ alias dolum vel rapinā. ¶Ad ſcōs obiectū dicim⁹ q̄ hec argumentatio non valet. Necessitas facit licitum q̄ alias non esset licitū: ergo necessitas facit sufficiēs: quod alias non esset sufficiēs. ¶Necessitas enī facit

primus casꝰ de illicito licitū in duobus casibus. Primo de cerimoniali illicito facit licitū: sicut in dauid q̄ comedit panes p̄opositionis. z in aplis qui fricabāt spicas i die sabbati: huiusmodi enī cerimonialia non fuerūt illicita nisi ad tēp⁹: scilicet q̄diu durauit figura. vñ

Scōs casꝰ. necessitas hmōi illicitū potuit facere licitū ¶Scōo necessitas illicitū facit licitū cū ipsa necessitas claditur in p̄cepto: sicut cū dicit. non occides/intelligitur sine causa. vnde licitū est occidere i casu necessitatis: sed q̄ debitor pene soluat pe. vel ipse vel aliꝰ p̄o ipso pure morale est. vnde non est hic primꝰ casꝰ nec scōs: q̄ non claudit ibi necessitas. Preterea ne-

Ad aliud cessitas nō facit de non sufficiēti sufficiēs. ¶Ad tertio obiectū dicimus q̄ nō valet hec argumētatio: licet merita Abrahā/ysaac/et Jacob/ non sufficerent sibi: tñ sufficiūt nobis: ergo q̄uis merita ecclie vir sibi sufficiant: tñ sufficiūt cruce signatis: z hoc est q̄ cum aliquis mereꝫ alij vitā eternam/meretur z sibi: et econuerso. et p̄opter hoc non est simile.

¶De sacramento extreme vnctionis.

¶Septimus tractatus

DIcto de penitentia ꝓpter quā fit remissio pctōrum: dicendū est de sacramēto extreme vnctionis: per quā fit cōpletio remissionis pctōrū. Circa hoc sacramentū primo videndū quid sit huiꝰ sacramenti mysterium: z quid sit essentia huius sacramenti: z quis effectus. ¶Materia huiꝰ sacramēti est oleū consecra-

materia huiꝰ sacramenti. tum ab epo: q̄ dicitur oleū ad infirmos Est enī multiplex vnctio. vngunt carhecumini baptisati oleo sācto in pectore z inter scapulas vngunt crismate ivertice. quod cōponit ex balsamo z oleo. z oleū significat nitorē bone conscientie: balsamū nitorē bonevite: et in his duobus est p̄fectio x̄piani: tungit etiā x̄pianus in fine vite sue oleo quod dicit ad infirmos vt dimittātur ei pctā que per penitentiā nō sunt dimissa.

patet ergo q̄ materia huiꝰ sacramenti est oleū: sicut materia baptismi est aqua: z materia cōfirmationis crisma. ¶De essentia ergo huiꝰ sacramēti: querit q̄d Prima q̄o. sit: z videtur q̄ aliquis caracter sit essentia huiꝰ sacramenti. Est enī triplex vnctio. Prima in baptismo in Triplex vnctio. signū regni eius qui baptisat/ que est sacramentū īstrantium. Scōa in confirmatione que est sacramentum pugnantiū. Tertia in extrema vnctione que est sacramentū exeūtiū. In figura huiꝰ triplicis vnctionis fuit inunctus dauid. Primo in domo pris sui in Figura. signū futuri regni: z hec vnctio significat vnctionez que fit in baptismo. Scōo inunctus fuit in ebron vt esset rex super tribū iude tñ: z post hanc vnctionem multa bella habuit: z hec vnctio significat que fit in confirmatione post quā pugnam⁹ contra diabolū/z carnem/z mūdū. Tertio iterū vnctus fuit i ebron vt esset rex super vniuersum hierl'm. z post illā vnctionem in pace regnauit. et hec vnctio significat illam vnctionem que fit in extrema vnctione post quā regnamus in pace in x̄po: q̄n sumus vtiles reges: scilz quando oia nostra sunt/scz deus q̄ est oia in oibus.

Sed constat q̄ i baptismo imprimit caracter qui est ipsa essentia sacramenti. et in cōfirmatione similiter vt multi dicunt: q̄ in extrema vnctione iprimit caracter: qui est ipsa essentia huius sacramēti. si enim in vnctione iniciatiua que est in baptismo iprimitur caracter: multofortiꝰ i hac vnctione que est cōsummatiua iprimit caracter: z ita essentia huiꝰ sacramēti est caracter. ¶Sed cōtra. caracter est iseparabilis/ ita In oppositū hoc sacramentū nō debet iterari: z hoc falsum: ergo relinquit q̄ essentia huius sacramēti nō sit caracter est ergo aliq̄d aliud. Quid si exterior vnctio est essentia huius sacramenti. ¶Sed multe sunt ibi vnctiones: inungit enī infirmus in oculis/in manibus/i ceō hoc arguit terīs mēbris quibus peccauit / aut agitur quelibet illarū essentia est huius sacramenti/ aut aliqua illarum tantum: q̄ nō est ratio quare vna magis q̄ alia: sed quelibet est essentia huiꝰ sacramenti: hoc non potest esse: q̄ ille particulares vnctiones nunq̄ simul sunt ergo nulla vnctio que fit vnū sacramentū constat ex illis. ¶Propter hoc dicūt quidā q̄ vnctio qualitas opio aliq̄rū que relinquit in fine vltime particularis vnctionis: est essentia huius sacramenti. ¶Sed probat q̄ ipsa Item arguit vnctio passio est sacramentū: q̄ vnctio oculorū est signum sacre rei: q̄ significat remissionē pctī quod cōtractum est per oculos: mors enī intrat per fenestras sensuū: ergo est sacramentū vel sacramentale: q̄ non deseruit alicui sacramento: ergo est sacramentū non sacramentale/z nō aliud q̄ extrema vnctio: ergo ipa vnctio passio est essentia huius sacramēti. ¶Queri Alia opinio tur postea de effectu sacramēti huius: de quo dicit beatus Jacobus: infirmat aliquis in nobis inducat p̄sbyteros z orent super eū vngentes eum oleo in noie dñi: z oratio infirmi saluabit infirmū z alleuiabit eū dñs z si in pctis sit dimittent ei: ergo ꝑm hoc sacramentū duplicem habet effectū scz alleuiationē corporis z/remissionem pcti: z hoc patet in ipso oleo est enī mitigatiuū z sanatiuū : z hoc sacrm est sacrm noue legis. ergo i digne suscipiēte efficit q̄d figurat ergo quicunq̄ digne suscipit hoc sacramentū z ꝑse quit sanitatē corpis z remissionē pcti. z hoc manifeste falsum. multi enī digne suscipientes moriuntur.

¶Solutio. Dicim⁹ q̄ in hoc sacramento nullius i- Solutio.

Prima cā. p̄rimitur character duabus de causis. Prima est: q̄ hoc sacramētū institutū est ad cōpletionē penitētie vnde sicut in sacramento penitētie non imp̄rimitur
Scōa causa character: ita nec in hoc. Secunda est q̄ non est nisi duplex character: scz character discretiōis/z excellentie. ¶Character discretōis datur in baptismo quo discernūtur fideles ab infidelib⁹. ¶Character excellentie datur in ordine ministris ecclesie quo excellunt alios in hoc sacramento/ non datur character discretionis quem cuz fideles omnes habeant: non oportet suscipere in hoc sacramento: nec est hic character excellentie: quia nō est hic excellentia aliqua dicimus ergo q̄ quelibet illarū vnctionū particularium est sacramentū extreme vnctionis: nec est inconueniens multa esse p̄m essentiam in sacramento/ dūmodo vnū sit in significādo. Sicut in baptismo multa sunt: scz aqua z ablutio: passio et character/ et oia
Exemplum. illa vnū sunt sacramentū/ quia vnū significāt. ¶Similiter in sacramento eucharistie multa sunt: scz forma panis/z forma vini: tamen sunt vnū sacramentū ab vnitate significati. signant em̄ corpus x̄pi mysticum: scz vnitatē ecclesie. similiter ille vnctiones passiones que fiunt in extrema vnctione sunt vnū sacramentum: quia significant vnū scz remissionē peccati
Ad rationē. ¶Ad illud q̄ obiectū est de effectu huius sacramēti dicunt quidā q̄ alleuiatio corporis infirmi est effectus huius sacramenti: sed nō res. vnde nō semper
Aliter dicit. efficit hunc effectū: q̄ non figurat illū. Vel potest dici q̄ vtrūq; est res non tm̄ semper vtrūq; consequitur digne suscipiens: sed remissionem pcti semper consequitur: q̄ semper vtilis est: sed salutem corporalē non semper consequit: q̄ non semper vtilis est. sicut deus semper digne petenti dat bona spūalia: quia semper vtilia sunt: sed non semp dat bona tpalia: q̄
Alia q̄stio. non semper vtilia sunt. ¶Queri⁹ postea cū extrema vnctio sit sacramētū cōfirmationis: z ita dignius videatur q̄ illa sacramēta que sunt sacramenta initiationis: quare in ipsa non apponit balsamum: sed tm̄ oleū. in baptismo em̄ et confirmatione apponit balsamū cū oleo. ¶Ad hoc dicimus: q̄ baptism⁹ z cōfirmatio sacramenta sunt intrātiū quib⁹ necessarius est nitor bone conscientie propter seipsos qui significantur per oleū/ z odor bone fame propter p̄ximos qui significant per balsamū. z propter hoc in illis sacramētis est oleū cū balsamo. sed extrema vnctio sacramentū est exeuntiū quibus sufficit nitor bone cōscientie. vñ tm̄ oleo consecrato ab epō inunguntur
Alia q̄stio. sine balsamo. ¶Queritur postea vtrū ordo sacerdotij de necessitate ad essentiā huius sacramenti exigatur?
Af. q̄ non ¶Videtur q̄ nō: quia ad sacerdotes ptinet baptisare: tū in articulo necessitatis alius potest baptisare. eadem ratione/ licet extrema vnctio ad sacerdotem pertinet: tū in casu necessitatis ali⁹ q̄z sacerdos
In oppositū potest hoc sacramentū dare. ¶Sed contra. institutum est ab apostolis q̄ soli sacerdotes dent hoc sacramentū: ergo null⁹ alius potest dare hoc. ¶Ad
Solutio. cōcedimus: z nō est simile de baptismo: q̄ ad ifusionem gratie q̄ datur i baptismo: homo nō operat nec cooperatur sed solus deus. vñ a quocūq; datur ver⁹ baptism⁹ est: sed extrema vnctio est sacramentū institutū ad cōsummationē penitētie: vt quod in penitētia dimissum non est. i extrema vnctione dimittat. vnde sicut in penitētia exigūtur claues q̄tum ad dimissionem pene temporalis quas solis sacerdotib⁹ ptulit dñs sicut apostolis. Sacerdotes em̄ ex vi cuius aliquid faciunt ad dimissionem pene temporalis: vt patet in resuscitatione lazari: quē solus deus suscitauit: sed apostoli soluerunt illū ab institis quibus ligatus erat: quod significat q̄ solus deus resuscitat animā a morte culpe: sz sacerdotes aliquid dimittunt ex vi clauiū de pena temporali ¶Queritur
Alia q̄stio. postea/ vtrum ordo sit de essentia huius sacramen
Af. q̄ sic. ti. videtur q̄ sic: quia dicit beatus Jacobus. Orent super eum vngentes oleo in nomine dñi: et oratio fidei saluabit infirmū et alleuiabit eum dñs: sed alleuiatio infirmi tam corporalis q̄ spiritualis: de effectu huius sacramenti est. sed hoc sacramentū habet effectum siue efficaciā suam per orationez. ergo oratio est de essentia huius sacramēti. ¶Contra. di
In oppositū ctum est q̄ ip̄a vnctio est ip̄m sacramentum: sed oratio non est de essentia vnctionis: est em̄ aliud q̄z vnctio. ergo oratio non est de essentia huius sacramenti. ¶Ad hoc dicimus: q̄ sicut de essentia baptismi
Solutio. dicuntur esse tria: scilicet materia z forma verborū: et intētio baptisandi. Similiter de essentia sacramēti eucharistie dicūtur esse tria: scilicet ordo sacerdotalis: et forma verborum: et materia: scilicet panis z vinū. eodēmodo in essentia huius sacramenti dicūtur esse tria: scilicet ordo sacerdotalis: z oratio fidei et materia: scz oleum consecratum ab episcopo: non est autē ip̄a oratio ip̄a vnctio/ vel pars eius: sed hoc modo dicitur esse de essentia: quia per ipsam habet vnctio q̄ sit sacramentū: id est q̄ similitudinem eius gerat quod figurat/ et causa existat. est aūt oratio talis. Per istam suauissimā vnctionem/ et suam pissimam misericordiā dimittat tibi deus quicquid peccasti per visum. z sic de aliis: non datur autē hoc sacramentū nisi adultis: quia paruuli non indigent re
Cur hoc sa missione peccatorum: quia in baptismo dimissus est cramētū non originale: et nullū postea actuale addiderunt: nō dat sanis et
Dat sanis et tur autē adultis sanis: quia principalis et propt̄ius paruulis. effectus huius sacramēti sanatio est corporalis qui non habet locum nisi in infirmo: sed dignissimus effectus est remissio peccatorum.

¶De iteratione sacramenti.

¶Secunda questio principalis.

Secundo capitulo queritur/ vtrum hoc sacramentū debeat iterari?
Af. q̄ sic. ¶Videt q̄ nō: quia quattuor sacramēta sunt in quibus sunt vnctiones/ scz baptismus/ confirmatio/ ordo/ extrema vnctio: sz tria predicta
Secundo nō iterāt: ergo extrema vnctio nō est iterāda. ¶Itē dicit Augustinus iniurisam facit sacramento qui iterat ip̄m: ergo sacramentū extreme vnctionis nō est iterandum ne fiat iniuria. ¶Sed contra. dicit Ambrosius q̄ quandocūq; invalescit morbus iteranda
In oppositū est medicina: sed sepe ivalescit morbus: quia sepe infirmatur: ḡ sepe iteranda est extrema vnctio. ¶Ad
Solutio. Ad primū. concedimus. et non est simile de baptismo/ z confirmatiōe/ z ordine: quia in illis est character: in extrema vnctione non est character: vt dictum est supra.
Ad aliud. ¶Ad auctoritatē Augustini dicimus: q̄ non fit iniuria sacramento si iteratur vbi non est character: sicut iteratur sacramentū eucharistie z iteratur penitentia: sed si iteraretur vbi est character/ iniuria fieret ei. aut si iteraret q̄ datū est a malo ministro. auctoritas ergo illa intelligenda est de illis sacramentis que semp permanēt. illa em̄ nunq̄ sunt iterāda. maxime vero dixit illam aug. propter baptismā. hereticī em̄ baptisatos a catholicis rebaptisabant quoruz neutrū faciendū est: q̄ solus deus infundit gratiā q̄ datur in baptismo: nec ministri operantur/ nec ministri cooperantur ad effusionē gratie. vñ non sunt ibi nisi canales. vñ sicut canales non dant pluuiam: ita nec ministri dāt gratiā: iniuriā ergo facit baptismo qui iterat ip̄m. videtur em̄ sentire baptismū meliorē a meliori ministro dari: z ita ponit hoīes cooperari ad meliorē baptismū: z ita nō solū deum esse q̄ baptisat seu qui gratiā baptismalē infundit. diminuit ergo dignitatem baptismi: z ita iniuriam facit baptismo.

¶De sacramento ordinis.

¶Octauus tractatus

Dicto de sacramētis in q̄bus confert gr̄a. dicēdum est de sacramento in quo confertur gr̄a p̄rogatiua: scz de ordine. Et primo videndū est quid sit ordo: z quot ordines. Sc̄o vtrū ordo sacerdotalis idē sit i
Diffinitio ordinis. no. z ve. te. Tertio de ordinatis ab hereticis. Quarto de tēpore z etate ordinandoz. ¶Circa p̄timū notandū est q̄ ordo est sacrū signaculū quo spūalis potestas confert alicui z officium. z intelligendū est q̄ character ordinis dat sup̄ characterem baptismi: et sic in baptismo est character z ablutio exterior: q̄ significat interiorem. similiter i ordine dat character
Duplex character discretionis: scz excellentie se cretionis. similiter character in ordine signū est expē ordines. cellētie. ¶Notādū aūt q̄ quicq̄d quesitū est de characterе in tractatu de baptismo: posset z hic q̄rī habito quid sit ordo. ¶Notandum q̄ septē sunt ordines
Septem ordines. quoz̄ p̄im⁹ est hostiarius seu tantor q̄: scz i veteri testamēto electi fuerūt ad custodiendū tēplū. vnde
Vide quomō dñs exercuit septē ordies. debet iste custodire tēplū z ostiū ipsi aperire debent et cognoscere quis debet intrare: et quis nō: in cui⁹ signū dāt̄ur ei claues. hoc officio vsus est dñs in p̄pria persona q̄n electi erant̄es z vendētes de tēplo flagello de funiculis facto ¶Et scōs ordo est lectoris a legendo dictus. debet em̄ legere lectiones vete. z recte pronūciare: z ea q̄ prophete dixerūt populis predicare in signū huj⁹ traditur ei liber. hoc officium exercuit dñs in medio seniorū/ libz̄ Ysaie aperiens z legens ibi. Spūs dñi sup̄ me zc̄. ¶Tertius ordo est exorcistar/ ad quos pertinet p̄ impositionē man⁹ liberare obsessos a demonib⁹ adiurādo eos p̄ dñm vt exeāt ab illis: sed modo nō fit ita: q̄ pauci vel nulli sunt obsessi: z in signū huius accipiūt de manu epi libzum exorcismorū. hoc officio vsus est x̄ps: q̄n multos demoniacos liberauit ¶Quart⁹ ordo est acolitus q̄ grece ὁ ceroferari⁹: a portādo cereos q̄n legitur euāgelū in festiuis diebus: tūc em̄ duo cereū ferunt in signū duoz̄ p̄conū q̄ p̄cedent secūdū aduentum: scz helyez enoch: in non festiuis diebus non ferūt nisi vnus cereus in signū primi aduent⁹ quo vn⁹ p̄cessit: scz bnūs iohānes baptista. hoc officiū dñs testat se habere q̄n dixit. Ego sum lux mundi. ¶Quintus ordo est subdyaconi ad quē pertinet ministrare dyacono calicem cū patena: vnde dic⁹ est subdyacon⁹. hoc officio vsus est dñs q̄n linteo se precinxit ad lauandum pedes discipulorū. ¶Sextus ordo est dyaconi qui dicit leuita: quia i veteri testamēto ministrabant leuite z ferebant tabernaculū. sic dyaconus debet ministrare sacerdoti/ z ferre libzum predicando hoc officio vsus est dñs quando post cenā sacramentum sanguinis z carnis ministrauit discipulis: z q̄n predicauit. ¶Septim⁹ ordo est presbiteri/ qui interpretatur grece senior: latine pater: propter honorez et dignitatem quam accipiūt: adhuc pertinet corp⁹ x̄pi consecrare propter quod finis est z cōsummatio aliorum ordinū. hoc officio vsus est dñs quando consecrauit corpus suū in cena: et q̄n seipsum obtulit in ara crucis. ¶Sed videtur q̄ plures debeant esse ordines q̄ septem: sicut corona siue p̄rima tōsura/ que
5 dicta af. est signaculum dignitatis. ¶Preterea quādo accipit coronā dicit. Dñs pars hereditatis mee zc̄. quasi separat se in hereditatem dei. Q̄ videtur esse propter ordinem que recipit. ¶Item dicit dūs Dionysius. Humana hierarchia facta est ad similitudinez celestis: ergo sicut in celesti debent esse nouem ordines ita in humana. ¶Item. precepit dñs Moysi vt
Quarto. faceret templum ad similitudinem illius q̄ vidit in monte q̄ ostendit ei dñs. ¶Solutio. corona signū
Solutio. est regalis dignitatis: q̄ se debet regere q̄libz deo seruire vult: quā propt̄ie habēt oēs ordinati. Unde
Ad primū. est signū materiale ad p̄parandum z ad suscipiendos ordines: propter q̄ non est sacramentū: sed sacramētale: sicut p̄signatio in baptismo: z est signū separationis in parte dñi: quod notat cū dicit/ dñs pars hereditatis mee. zc̄. ¶Ad aliud dictum⁹ q̄ simi
Ad aliud litudo celestis hierarchie attendit p̄m gratias: p̄m quas imitamur deum. vnde cū sufficiēter imitemur deum per septē dona in hoc debet attendi similitudo/ z ppter hoc dictū est Moysi q̄ faceret templum ad omnem similitudinem illi⁹ tēpli/ quod ostensum fuit i mōte. vnde nō oportet q̄ sint. ix. ordines in hominibus sicut in angelis: q̄ ordo angelor̄ non distinguitur p̄m id i quo assimilat eis: sed p̄m officia diuersa. ¶Dictū est q̄ septē sunt ordines. Sed videt q̄ lō
5 illa af. ge sunt plures q̄z septem: q̄ dyaconatus est quidam ordo p̄m q̄ dyaconus subest sacerdoti: eadē ratione episcopatus est ordo p̄m q̄ episcop⁹ p̄est sacerdoti. ¶Itē in baptismo z cōfirmatione in quib⁹ est vn-
Secundo. ctio de crismate imp̄rimitur character: ergo pari ratione in cōsecratione episcopi cū fiat vnctio de crismate imp̄rimit character nō nisi character excellentie: sed character excellētie est ordo: ergo episcopatus est ordo. ¶Itē ordo est sacrū signaculū quo cō-
Tertio. fertur potestas spūalis: sed in consecratione episcopi est sacrū signaculū: scz sacra vnctio: z confert episcopo potestas spūalis: hoc per se patet: ergo ibi est ordo a diffinitione ordinis. ¶Itē in ordinib⁹ ange-
Quarto. lorum est vnus ordo qui dicit dīatio: q̄ dominat inferioribus ordinibus z vsum dominādi edocet: sed episcopus dominat inferioribus: z vsum dominādi edocet: ergo episcopat⁹ est ordo z primat⁹ z patriarchatus/z papatus: z ita plures sunt ordines in militanti ecclesia q̄z in celesti: non ergo penit⁹ ordinata
Quinto. est militās ecclesia ad exemplar triūphātis ecclesie ¶Item videt q̄ decanat⁹ z archidyaconat⁹/z huiusmodi sunt ordines: q̄ decanus z archidyaconi p̄sunt et dominant inferiorib⁹ personis z vsum dīandi edocent: ergo est ordo ad similitudinē illi⁹ ordinis q̄ ōz

Ad predicta dñatio in celestibus ordinibus. ¶Ad predicta duplex est solutio Quidã eñ dicũt q̃ nõ sunt nisi septẽ ordines: quorũ summus est ordo sacerdotalis/z supra ip̃m nullus est ordo. oẽs eñ alij ordines redeũt ad istũ ordinẽ: p̃m quẽ fit consecratio corporis z sanguinis dñi/quod est corp⁹ excellentissimũ. vnde supra ordinem sacerdotalem non est ordo: apud eosdẽ vocat presbyteros ad Thymo. z episcopos. ¶Alioz̃ est opinio que nobis magis placet: q̃ tot sunt ordines in ecclesia militanti quot sunt in celesti: scz septem predicti/ z preterea episcopatus z archidyaconat⁹: z licet ordo sacerdotalis dignissim⁹ sit quãtũ ad dignitatẽ rei cõsecrate: tamen episcopatus dignior est quantũ ad qualitatẽ: episcopus eñ dat potestatẽ consecrandi corp⁹ z sanguinẽ dñi. Ad archiepiscopũ aũt de proprio officio pertinet consecrare episcopos qõ maxima est dignitas/ licet in casu aliquo episcopus consecret episcopũ. Primatus vero z patriarchatus ꝛc. nõ sunt ordines nec differũt nisi cõtractione z ambitu/ scz p̃m maiorem z minorẽ potestatẽ: si quis vero contradicat eis que dicta sunt dicens: q̃ episcopatus/archi. nõ est ordo: quia ois ordo datur per manus impositionẽ: z nõ est alia man⁹ impositio sup archiepiscopũ q̃s super episcopũ. Dicimus tamen q̃ ad minus archiepiscopat⁹ est ordo ad modũ ordinis angelici: decanatus vero z archidyaconat⁹ nõ sunt ordines: nõ eñ ibi est sacrũ signaculũ quo confertur potestas spiritualis: sed sunt dignitates ãminiculãtes ad ordines: iuuãt eñ episcopos: similiter thesauraria z cãcellaria/ officia q̃dam sunt z nõ ordines: q̃ ibi nõ est sacrum signaculũ: sed q̃ ampliata est res ecclesie: institutus est thesaurarius ad conseruãdũ res ecclesie sine aliquo sacro signaculo. Qz autẽ episcopatus z archiepiscopatus sunt duo ordines p̃ter alios septẽ: vt sint nouẽ ordines in hũana hierarchia sicut in celesti. ¶Probaꝛ q̃ auctoritatẽ apli q̃ dicit ad Hebre. sine vlla ꝺ̃dictione q̃ minoꝛa maioꝛe bñdicit q̃diu benedicit: ergo maioꝛ est qui bñdicit q̃s qui benedicit: sed archiepiscopus de officio suo benedicit z psecrat episcopũ: ergo maioꝛẽ dignitatẽ habet q̃s episcopus/ z ita maioꝛẽ ordinẽ. ¶Itẽ Moyses z Aaron in sacerdotib⁹ eius: ergo Moyses z Aaron fuerũt sacerdotes: aut ergo equales/aut alter maioꝛ: ꝓbaꝛ q̃ Moyses maioꝛ: q̃ dixit dñs moysi i quarto exodi. Tu eris aarõ i his q̃ ad deũ pertinẽt: ergo maius fuit sacerdotiũ moysi q̃s aaron: ergo maioꝛẽ ordinẽ habuit: hoc aũt est: q̃ cõsecrauit aaron: ergo cũ archiepiscopus de officio suo cõsecraret episcopũ maioꝛis ordinis est q̃s episcopus. ¶Sed cõtra hoc obiscitur q̃ episcopus consecrat archiepiscopũ/ yhostiensis consecrat papã: non tñ est maioꝛis potestatis. ¶Ad hoc dicimus sine p̃iudicio melioꝛis sententie: q̃ aliud est qõ ex dispẽsatiua necessitate fit: aliud quod ex dignitate officij: archiepiscopus eñ psecrat episcopũ ex dignitate officij sui/ et p̃m hoc maioꝛis dignitatis est: z sic intelligitur auctoritas apostoli q̃ maioꝛ est: sine vlla contradictione qui ex officij dignitate bñdicit aliquẽ q̃s ille qui benedicitur: quãdo vero episcopus consecrat archiepiscopum dispensatio necessitatis est: sicut cum ad sacerdotez ꝓprie pertineat baptisare: in articulo necessitatis tamen licite alius põt baptisare q̃s sacerdos. similiter cũ dñs papa nõ habeat superiorẽ vel parẽ de necessitate inferioꝛ cõsecrat eum. vnde si non essent in mundo nisi tñ tres simplices sacerdotes: oporteret q̃ aliquis illoꝝ cõsecraret aliũ in ep̃m/et aliũ in archiepiscopũ. ¶De Moyse dicim⁹ q̃ nõ fuit sacerdos nisi in semiplena significatiõe sacerdotis: q̃ sacerdotẽ offerre hostias/ z ip̃e nõ offerebat. sed dict⁹ est sacerdos: quia cõsecrauit fratrẽ suũ in sacerdotẽ. p̃m allegoricã expositionem Moyses qui interpretat sumpt⁹ ex aquis: significat scientiã que sumit ex aquis sacre scripture. z aaron qui interp̃tatur mons fortitudinis: significat virtutẽ que proprie est sacerdotis: quia ex virtute offerimus spirituales hostias deo/ sciẽtia vero nõ est proprie sacerdotis: sed dicitur sacerdotis. q̃ dirigit virtutẽ. vel Moyses significat fidem/ z aarõ charitatez. facit enim offerre ea spiritualia hostias deo: quia fides operatur per dilectionem.

¶Utrum sit idem sacerdotium.

¶Secunda questio.

